# HYMENO- ET GASTERO-MYCETES HUCUSQUE IN IMPERIO...

Johann Anton Weinmann

Digitized by Google

3 2044 106 414 675

W424h

W. G. FARLOW.




Digitized by Google

142592 Fu

# HYMENO- ET GASTERO-MYCETES

HUCUSQUE

IN IMPERIO ROSSICO OBSERVATOS

RECENSUIT

C. A. WEINMANN

HTI. IMP. PAWLOWSK. INSP. IMP. ACAD. SCIENTT. PETROPOL. A LITTERIS.

PARS
PRODROMI FLORAE ROSSICAE.

PETROPOLI
INPENSIS ACADEMIAE IMPERIALIS SCIENTIARUM.
1 8 3 6.

Digitized by Google

*Jussu Academiae*

*Dec.* 1835.

P. H. Fuss.

Digitized by Google

Si ausus sum, Hymeno- et Gasteromycetum enumerationem in me suscipere eo consilio, ut illa partem Prodromi Florae Rossicae, ab Imp. Academia scient. Petrop. edendae, efficeret, equidem, quamquam longos annos studio huic impendi, et Fungorum familiam satis mihi familiarem reddidi, ante omnia tamen subsidia Virorum doctorum gratissimo animo agnoscere teneor, qui, in hoc genere principes, eum labori meo perfectionis gradum conciliarunt, qui mihi animum addidit, ut me socium jungerem Viris eximiis, qui circa grande illud Academiae molimen occupantur. Curtius Sprengel, cum in vivis esset, primus erat, qui collectanea mea revidenda curaret; post eum eandem

animi promptitudinem et benevolentiam mihi impertivit, qui egregie Fungorum familiam tractavit, illustrissimus C. G. Nees ab Esenbeck. Quibus duumviris cum jam plurima deberem, mox studiis hisce meis, Vir humanitate non minus insignis quam principatu illo quo regnum tenet in hac difficili Botanices parte, El. Fries, vitam vere vitalem inspiravit, cum non tantum de collectis meis tam speciebus quam observationibus, quas sibi missas inspicere non dedignatus est, dubia mihi suborta dilucidaret, sed praeterea, qua est animi liberalitate, scripta sua novissima, nondum in lucem edida, de apte disponenda omni hac, Agaricorum praesertim, familia, ad utendum mecum communicaret; quibus egregiis praesidiis, in quantum licere potuit, venia Viri summi, in conscribenda hac Monographia me usum esse gratus profiteor.

Continentur autem hoc libello, quaecumque ex omni, de quo agitur, plantarum genere hucusque in Rossia detegi potuerunt. Fatendum tamen, non nisi exiguam

Digitized by Google

partem vasti imperii, cryptogamicas quod attinet plantas, exploratam haberi, ita ut plurima pars operae meae eam potissimum regionem spectet, quae a multis jam annis inquisitionibus meis unice patuit, Floram dico mycologicam agri Petropolitani. Sed partim hanc ipsam regionem plurima offerre putaverim, quae et aliis regionibus propter terrae situm coelique rationes propria haberi possunt; partim alia omnia diligenter in usum vocavi, quae de fungis ex interioribus regni regionibus in Herbariis Imp. Academiae scient. asservantur, inter quae collectio mycologica, a celeberrimo Bongard in Rossia minori diligentissime instituta, primarium omnino occupat locum.

Caeterum, quod per se intelligitur, in redigendis his observationibus nihil praetermisi, quod vel ab antiquioribus vel recentioribus Botanices in Rossia cultoribus, ut Buxbaumio, Gmelino sen., Pallasio et Liboschitzio in doctis eorum operibus editum esset. Contigit etiam Gmelini jun. observationes manu scriptas, quae in bibliotheca Academica servantur, usurpare; dolen-

Digitized by Google

dum tamen, passim in his libris, nominatim in Buxbaumii Centuriis, nimis multa tam obscure et dubie dici, ut minorem inde utilitatem haurire potuerim, quam optaveram; qua reprehensione, magnam partem, et Sobolewskii species fungorum, in Flora Petropolitana descriptas, laborare, rei peritis manifestum est.

Dab. Pawlowskii m. Sept. 1835.

J. A. Weinmann.

Digitized by Google

# F U N G I.

## CLASSIS I. *HYMENOMYCETES.*

CHAR. *Hymenium nudum.*

---

## ORDO I. *PILEATI.*

*Char.* Receptaculum dilatatum, utplurimum orbiculare, subinde ramosum. Hymenium inferum ascigerum. Asci lineares, fixi.

## SUBORDO I. *AGARICINI.*

*Char.* Hymenium lamellatum l. plicatum.

### I. AGARICUS Linn.

*Agaricus et Fungus* MICH. *Gen. p.* 122 et 133. — LINN. *Gen. plant. p.* 492. — BATSCH *Elench. Fung. p.* 38. VENT. *Tabl. du Regn. Veget. II. p.* 24. — BOLT. *Hist. Fung. I. p.* 4. — PERS. *Syn. Fung. p.* 246. (Amanita) *et p.* 257 (Agaricus). BULL. *Hist. des Champ. II.* 1. *p.* 369. — DC. *Fl. Franç. II. p.* 132. — NEES *Syst. p.* 188. — FRIES *Syst. myc. I. p.* 8. (exclusis sequent. gen.) *Elench. Fung. I. p.* 2. — *Syst. Orb. Veg. I. p.* 65. — SPRENG. *Syst. Veg. IV.* 1. *p.* 377.

Pileus carnosus, carnoso-membranaceus, membranaceus, integer aut dimidiatus. Lamellae a pileo discretae, sim-



Digitized by Google

plices, inaequales (in Russulis nonnullis tantum aequales), parallelae, exsuccae.

*Ser. prima.* LEUCOSPORUS.

Vellum varium l. nullum. Lamellae immutabiles, persistentes. Sporidia alba!

A) *Velati, centrales.*

1. AMANITA. Velum duplex, univerale discretum, partiale annuliforme, subpersistens.

1. Volva laxa, pilei margine laevi.

1. *A. vernus DC.* Pileo carnoso, convexo, demum applanato, subumbonato, subsquamoso, margine laevi; lamellis undique attenuatis, liberis, confertis; stipite subbulboso, tereti, glabro; volva libere vaginato.

A. VERNUS DC. *Fl. franç.* 2. *p.* 210. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 13. LENZ *Abbild. der n. und sch. Schwäm. p.* 21. — A. BULBOSUS VERNUS BULL. *Champ. tab.* 108. — AMANITA VERNA PERS. *Syn. Fung. p.* 250.

Venenatus. Odor ingratus. Candidus. Pileus 2—3′ lat., umbone lutescente. Lamellae 2 — 3″ lat. Stipes 3—4′ long., 3—4″ cras., farctus.

Hab. In sylvis mixtis prope Gatschinam una vice an. 1822. Jun.

2. *A. phalloides Fr.* Pileo carnoso, convexo-plano, orbiculari, subsquamoso, margine sublaevi; lamellis antice latioribus, liberis, confertis; stipite cylindrico, apice cavo, bulboso; volva connata, bulbiformi.

A. PHALLOIDES *FR. Syst. myc.* 1. *p.* 13. *Elench. Fung.* 1.

Digitized by Google

*p.* 3. — VAILL. *par. p.* 74. *tab.* 14. *fig.* 5. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 210.

a) pileo albo. — A. BULBOSUS SCHAEFF. *tab.* 241. — SOBOL *Fl. pet. p.* 287. — A. VERNALIS BOLT. *tab.* 48. — AMANITA BULBOSA PERS. *Syn. Fung. p.* 250.

b) pileo flavo. — A. CITRINUS SCHAEFF. *tab.* 20. — NEES *Syst. tab.* 19. *fig.* 165. *α. β.* — LENZ *Abbild. der nützl. und schädl. Schwäm. p.* 22. *tab.* 1. *fig.* 1. — A. BULBOSUS BULL. *Champ. tab.* 2. — A. MAPPA SOBOL. *Fl. pet. p.* 286.

c) pileo pallide-viridi. — A. VIRESCENS *Fl. Dan. tab.* 1246.

d) pileo olivaceo-viridi. — A. BULBOSUS BULL. *Champ. tab.* 577. *fig. D. G. H. M.* — AMANITA VIRIDIS PERS. *Syn. Fung. p.* 251.

e) pileo fuscescente. — A. BULBOSUS BULL. *l. c. Fig. E. F.*

Venenatus, sed odor non ingratus. Pileus 1—4′ lat. Squamae albae v. lutescentes. Lamellae 2 — 4″ lat. Stipes 2—5′ long., 2—4″ cras.

Hab. in sylvaticis graminosis muscosis, pratis humidiusculis et apricis et inter folia decidua passim. In Rossia min. (DR. BONGARD.).

3. *A. porphyrius Fr.* Pileo carnoso, convexo, obtuse-umbonato, livido, nudo, glabro, margine laevi; lamellis liberis, confertis; stipite fistuloso subbulboso, subfibrilloso; volva laxa, ocreata.

A. PORPHYRIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 14. *Observ. myc.* 2. *p.* 4. — MICH. *Gen. tab.* 76. *fig.* 3. — A. GRACILIS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 252. — AMANITA PORPHYRIA ALB. ET SCHW. *Consp. Fung. p.* 142. *tab.* 11. *fig.* 1. (mediocris). — *Fl. Dan. tab.* 1958.

Digitized by Google

Antecedente gracilior et inodorus. Pileus 2—2½′ lat. Lamellae subventricosae, 2—3″ lat. Stipes 2—3′ long., 2—3″ cras., sursum leviter attenuatus.

Hab. in pinetis humidis sphagnosis prope Koirowam semel. Aug.

2) Volva ut in 1; pilei marg. striato.

4. *A. vaginatus Bull.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo, margine striato-sulcato, nudo l. squamulis albis obsito; lamellis liberis, subremotis, subdistantibus, crassiusculis; stipite sursum attenuato, subfibrilloso; volva longa, vaginali.

A. vaginatus Bull. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 14. — Buxb. *Cent.* 4. *p.* 12. *tab.* 19. — Mich. *Gen. tab.* 76. *fig.* 2. — Trat. *tab.* 13. *fig.* 25.

a) pileo albido. — A. vaginatus Bull. *Champ. tab.* 98. — A. Fungites Batsch *Elench. Fung. tab.* 17. *fig.* 79 (male).

b) pileo griseo l. livido. — A. plumbeus Schaeff. *tab.* 85 *et* 86. — Fl. Dan. *tab.* 1014. — Amanita livida Mart. *Fl. mosq. p.* 235.

c) pileo spadiceo. — A. pulvinatus Bolt. *tab.* 49. — A. badius Schaeff. *tab.* 245. — Lenz *Abbild. p.* 26. *tab.* 1. *fig.* 2. — Amanita spadicea. *a.* Pers. *Syn. Fung. p.* 248.

d) pileo alutaceo. — Bull. *l. c. tab.* 512 (except. *fig.* M., quae ad var. b. pertinet).

e) pileo citrino.

Solitarius. Pileus 2—4′ lat., jun. convexus, mox planus. Lamellae candidae, 3—6″ lat. Stipes 4—6′ long., supra 2—4″, ad basin 8—14″ cras.

Hab. in sylvis et fruticetis frequens. — In Livonia; in Ros-

Digitized by Google

sia min. (Dr. Bongard.); prope Mosquam (Mart.) Jul. — Octob.

Observ. 1. Hic fungus ab incolis numquam commeditur!

Observ. 2. Synon. Buxbaumii a beato Gortero in flora ingrica p. 179 ad A. integrum Linn. l. A. emeticum Schaeff. citat., huc certe pertinet.

3) Volva obliterata; pilei marg. ut in antecedent.

5. *A. muscarius Linn.* Pileo carnoso, convexo, margine substriato, aurantio-rubro, verrucis albis vestito; lamellis liberis, confertis, candidis; stipite spongioso-farcto, cylindrico, bulboso; volva squamosa, obliterata.

A. muscarius Linn. *suec. Nro.* 1235. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 16. — Mich. *Gen. tab.* 78. *fig.* 2. — Schaeff. *tab.* 27. — Lenz *Abbild. p.* 88. *tab.* 1. *fig.* 3—4. — Nees *Syst. tab.* 1. *fig.* 3—4. — Nees *Syst. tab.* 19. *fig.* 166. *α. β.* — Gort. *Fl. ing. p.* 180. — Sobol. *Fl. pet. p.* 286. Friebe *oeconom. techn. Fl. p.* 302. — A. pseudo-aurantiacus Bull. *Champ. tab.* 122. — A. imperialis Batsch. — Fl. Dan. *tab.* 1129. — Amanita muscaria Pers. *Syn. Fung. p.* 253. — Mart. *Fl. Mosq. p.* 235.

*β.* formosus. — A. muscaria *β. formosa.* Pers. *l. c.*

Pileus 6—7′ lat., aurantio-fulvus. Lamellae 4—5″ lat. Stipes 8—9′ long., 1—1¼′ cras., squamosus. Bulbus 2′ et ultra cras., subrotundus. Annulus 1′ lat. laxe dependens.

*γ.* Puella. — A. muscaria *γ. Puella* Pers. *l. c.* — Schaeff. *Fung. tab.* 28.

Pileus 2—4′ lat., utplurimum albido-incarnatus, nudus. Lamellae 2—4″ latae. Stipes 3—7′ long., 4—5″

Digitized by Google

cras., aequalis l. bulbosus. Annulus subfugax, dependens.

Hab. in sylvis, fruticetis, graminosis totius fere Rossiae. Jul. — Sept. — Ross. *Мухоморъ* audit, et ab incolis nunquam commeditur!

6. *A. pantherinus DC.* Pileo subcarnoso, convexo, demum applanato, margine striato, olivaceo-fuscescente, squamis minutis, albidis obsito; lamellis liberis, albidis; stipite subfarcto, subaequali; volva obliterata.

A. PANTHERINUS DC. *Fl. Fr.* 6. *p.* 52. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 16. — LENZ *Abbild. p.* 31. — *Fl. Dan. tab.* 1911. *fig.* 2. — *A.* MACULATUS SCHAEFF. *tab.* 90. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 286. — A. CAULESCENS etc. GORT. *Fl. ing. p.* 180. — BUXB. *Cent.* 5. *p.* 25. *tab.* 40. (*excluso synon. Sterb.*). — AMANITA UMBRINA PERS. *Syn. Fung. p.* 254.

Pileus 1—3′ lat. Lamellae 1—3‴ lat. Stipes 2—3″ long., 4—5″ cras., demum cavus.

In locis elevatis fruticetis ad Tosnam perraro. Aug.

4) Volva ut in antecedent.; pilei marg. laevi.

7. *A. rubescens Fr.* Pileo carnoso, convexo, demum subplano, fusco-rubello, verrucis inaequalibus, farinoso-floccosis obsito, margine laevi: carne rubescente; lamellis in stipite prominentibus, albis; stipite farcto, subbulboso, squamoso, rufescente.

A. RUBESCENS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 18. — LENZ *Abbild. p.* 32. — A. PUSTULATUS SCHAEFF. *tab.* 91. — A. CRASSIPES *Fl. Dan. tab.* 831. — A FLOCCOSUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 228. — AMANITA RUBESCENS PERS. *Syn. Fung. p.* 254.

Digitized by Google

Pileus 3 — 4′ lat. Lamellae 3—4″ lat. Stipes 3—4′ long., 1′ ſere cras., ad basin incrassatus.

*β.* circinatus. — AMANITA CIRCINNATA PERS. *Syn. Fung.* *p.* 255. — A MYODES SCHAEFF. *tab.* 261 (*exacte*).

Pileus 2—3′ lat. hemisphaericus: squamis verrucisque inaequalibus obsitus, ceterum obscure rubens. Lamellae ut in a. Stipes 2′ et ultra long., ſarctus, basi incrassatus. Caro rubescens.

Hab. *α*: in pinetis et campis parce; *β*. in campis elevatis prope Pawlowam semel. Aest., Auct. — In Rossia min. (DR. BONGARD.)

8. *A. asper Pers.* Pileo carnoso, hemisphaerico, subumbonato, rubescente-fuligineo, verrucis submagnis, acutis, sordide albis obsesso, margine laevi; lamellis candidis, laxe adnexis; stipite ſarcto, basin versus incrassato, ſurſuraceo.

A. ASPER PERS. *Syn. Fung.* 256 (*Amanita*). — FR. *Syſt. myc.* 1. *p.* 18. BUXB. *Cent.* 5. *p.* 25. *tab.* 48. *fig.* 1. — A. VERRUCOSUS BULL. *tab.* 316. — DC. *Fl. Fr.* 2. *p.* 207. — A. MYODES BOLT. *tab.* 139 (*noster fungus major*). — A. MARGARITACEUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 286.

Odor subingratus. Pileus 2—3′ lat. Lamellae 3—4″ lat. Stipes 2′ long., apice 5—6, basin versus 8″ cras. Annulus dependens, 4—5″ lat.

In locis sylvaticis deustis hinc inde. Aest., Auctum.

2. LEPIOTA. Velum simplex, annuliforme, subpersistens.

a) Velo demum libero; lamellis remotis.

9. *A. procerus Scop.* Pileo carnoso, convexo, umbonato,

Digitized by Google

rufescente-cinereo l. fuligineo, fusco-squamoso, margine fibrilloso; lamellis ventricosis, albidis, remotis; stipite cavo, transversim squamoso, cylindrico, basi bulboso; annulo mobili.

A. PROCERUS SCOP. FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 20. — PERS. *Syn. Fung. p.* 257. — DC. *Fl. Fr.* 2. *p.* 207. — SCHAEFF. *tab.* 23. — FL. DAN. *tab.* 722. — LENZ *Abbild. p.* 32. *tab.* 2. *fig.* 5. 6. — NEES *Syst. tab.* 19. *fig.* 167. — A. COLUBRINUS BULL. *Champ. tab.* 78. *et* 583 (optime!). A. ANNULATUS BOLT. *tab.* 23. (minus bene!). — A. EXTINCTORIUS LINN. *succ. Nro.* 1196. — PALL. *Russ. Reis.* 1. *p.* 44. — FRIEBE *oeconom.-techn. Fl. p.* 301.

Odor satis gratus! Pileus 10 — 13′ lat. Caro nivea. Lamellae 8—9″ lat. Bulbus 2—2½′ cras. Stipes pedalis et ultra.

*β.* tepidariorum. — A. TEPIDARIUS WEINM. *Sylloge plant. nov.* 1. *p.* 96.

Pileus 7—8′ lat: squamis latis bruneis obsessus. Lamellae aquose-albidae, ¾′ lat. Stipes 4—6′ long., ¾′ cras., albus, glaber, bulbosus; bulbo fere biunciali.

Hab. a: in pinetis apertis aliquoties; in Rossia min. (DR. BONGARD) passim; in Tauria (STEV.) (secundum Fr. Elench. Fung. 2. p. 56); *β*: in tepidariis nostris ad terram stercoratam per 6 annos observavi. Aest. Auct. — Prope Murom. (PALLAS). In Livonia (FRIEBE). — Rossice: *Скипица.* — Incolae apud nos hunc fungum non commedunt!.

10. *A. acute-squammosus Weinm.* Pileo carnoso, primo hemisphaerico, rufo-umbrino, tomentoso, dein planiusculo, papilloso-squamoso; lamellis liberis candidis

Digitized by Google

confertis; stipite villoso-tomentoso; annulo magno, sericeo-gossypino, subfugaci.

A. ACUTE-SQUAMOSUS WEINM. *Sylloge plant. nov.* 1. *p.* 70. — A. FRIESII LASCH *in Linnaea* 1828. *Fasc.* 2. *p.* 155.

Gregarius. Odor fortis, fere narcoticus! Pileus 4—6′ lat., in statu seniori squamis rufis, acutis, mollibus, subdeciduis obsessus. Lamellae 3—4″ latae. Caro nivea, floccosa. Stipes 3—5′ longus 1—10″ cras., bulbosus, intus floccis sericeis repletus, dein cavus. Velum primo margini pilei adnexum, tenue, dein irregulariter stipiti annuliforme adfixum, dependens, intus sericeo-gossypinum, candidum, extus rufo-squamulosum, ½—¾′ latum.

Hab. Primo in graminosis prope Gatschinam, deinde etiam in sylvis umbrosis in humo fertili prope Pawlowsk, legi. Aug. — Octob.

11. *A. excoriatus Schaeff.* Pileo carnoso, hemisphaerico, campanulato, cinereo-rufo, epidermide contigua; lamellis albis, remotis; stipite aequali, cavo; annulo mobili.

A. EXCORIATUS SCHAEFF. *tab.* 18 *et* 19. (praesertim fig. V. in tab. 19. fungum nostrum bene repraesentat). FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 21. — LETEL. *Fasc.* 2. *tab.* 610. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 287. — A. PROCERUS $\gamma$. PERS. *Syn. Fung. p.* 257.

Pileus ultra 3′ lat. Stipes 3—4′ long., basin versus paullo incrassatus. Lamellae 3—4″ latae.

Hab. In campis elevatis prope Koirowam una vice an. 1822 legi. Aug.

b) Velo fixo; pilei epiderm. secedente; lamellis liberis.

12. *A. clypeolarius Bull.* Pileo subcarnoso, umbonato



Digitized by Google

albo-rufeſcente, squamoso; lamellis approximatis, liberis, albis; stipite flocccoso-villoso, fiſtuloso; annulo fugaci.

A. CLYPEOLARIUS BULL. *Champ. tab.* 405 *et* 506 *fig.* 2. FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 21. — MICH. *Gen. tab.* 78. *fig.* 6. — A. COLUBRINUS PERS. *Syn. Fung. p.* 258. — FL. DAN. *tab.* 1732. *fig.* 1.

b) calidariorum WEINMANN. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 83.

Valde confertus l. basi cohaerens. Pileus carnosus, marginem versus membranaceus, $1\frac{1}{2}$—5′ latus, jun. ovoideus, ferrugineo-cinnamomeus, demum fere planus, albus, marginem versus fuscescente- atque tenue- squamulosus fibrillosusque, subsulcatus, umbone plano, fere unciali, obscuriori. Lamellae attenuatae, siccae, subdistantes, 3—4″ latae, candidae. Stipes 2—9′ longus, apice 2—6″, basin versus fere $1\frac{1}{2}$′ crassus, albo-villosus, ceterum fuscescente fibrilloso-squamulosus, cavus, supra annulum albus. Annulus subpersistens, angustus, intus albus, extus fuscescens, tumidulus. Inodorus!

**Hab.** *α*: in graminosis sylvaticis his in regionibus parce. In Rossia min. (DR. BONGARD.) *β*: in cortice calidariorum per totum fere annum.

13. *A. cristatus Bolt.* Pileo subcarnoso, campanulato, albo, squamis rufeſcentibus parvis instructo; lamellis liberis, obovatis, candidis; stipite fiſtuloso, cylindrico, rufeſcente, laevi; annulo fugaci.

A. CRISTATUS BOLT. *tab.* 7. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 22. — MICH. *Gen. tab.* 78. *fig.* 8. — A. SUBANTIQUATUS BATSCH. *Elench. Fung fig.* 205. A. COLUBRINUS PERS. *Syn. Fung. p.* 259.

Solitarius, graveolens. Pileus 1—2½ lat., adultior fere planus. Lamellae 1—2½″ lat. Stipes 1½′ long., 1—2″ et ultra cras.

*β.* totus albus. — MICH. *gen. tab.* 78, *fig.* 7.

Hab. in locis graminosis et in pinetis passim. Jul. — Octob.

14. *A. cepaestipes Sow.* Pileo carnoso-membranaceo, conico-campanulato, floccoso; lamellis undique attenuatis, liberis, confertis; stipite subfistuloso, constricto; annulo fugaci.

A. CEPAESTIPES SOW. — PERS. *Syn. Fung. p.* 416. (*excluso synon.* With.) — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 280. — WEINM. *Sylloge plant. nov.* 1. *p.* 123. — FL. DAN. *tab.* 1798 (*noster fungus est altior et totus candidus.*)

Odor fortis, suballiaceus. Candidus et elegans. Pileus 1½′ altus, umbonatus. Lamellae 2″ lat. Stipes 5—6′ long., apice 1″, ad basin 3—4″ cras. Annulus 1—1½″ lat., fugax. Sporidia alba.

Hab. in cortice calidariorum per totum fere annum.

c) Velo lamellisque ut in antecedent.; pilei epidermide contigua.

15. *A. Lerchii Weinm.* Pileo carnoso, hemisphaerico, demum subplano, glabro, margine tenuissime fibrilloso, dilute-incarnato, lamellis candidis, liberis, confertis; stipite solido, albido, l. pileo dilutiore, fibrilloso, bulboso; annulo membranaceo, subfugaci.

Solitarius, pulcher! — Odor et sapor ingratus! Pileus 2—2½′ lat. Lamellae 2—3″ lat., dein aquose albae Stipes 2—2½′ longus, 3—4″ cras., undique fibrillo-

Digitized by Google

sus. Annulus 3—4″ lat., stipiti concolor. Caro alba, firma.

Hab. in sylvis apertis prope Gatschinam. Septemb.

16. *A. putidus Weinm.* Pileo carnoso, margine tenui, membranaceo, campanulato, lateritio, humido, glabro; lamellis liberis, rotundatis, crassiusculis, albidis; stipite spongioso-farcto, albo, fibrillis lateritiis vestito; annulo fugaci.

Gregarius. Odor fastidiosus! Pileus demum magis explanatus, obtusus, 1½—2½′ lat. Lamellae 3—4″ lat., confertae, integrae. Stipes 4—5′ long., 3″ et ultra cras., intus albidus, fibrillis longitudinalibus farctus, extus floccoso-fibrillosus, aequalis. Annulus tenuis.

Hab. in sylvis humidis prope Gatschinam. Aug.

17. *A. mesomorphus Bull.* Pileo carnoso-membranaceo, planiusculo, flavo, sicco, laevi; lamellis ventricosis, liberis; stipite fistuloso, glabro, pileo concolori; annulo tenui, erecto.

A MESOMORPHUS BULL. *Champ. tab.* 506. *fig.* 1. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 23. *Elench. Fung.* 1. *p.* 4. — NEES *Syst. tab.* 20. *fig.* 169. — PERS. *Syn. Fung. p.* 262. — DC. *Fl. Fr.* 2. *p.* 205.

Pileus ½—1′ lat., acute-umbonatus. Lamellae candidae, 2″ latae. Stipes 2′ et ultra long., vix 1″ cras., sursum paullo attenuatus.

Hab. In graminosis prope Pawlowsk semel; prope Petropolim (DR. BONGARD).

Digitized by Google

d) Velo ut in antecedent.; pileo vestito; lamellis subadnexis.

18. *A. granulosus Batsch.* Pileo carnoso, hemisphaerico, furfuraceo-granuloso, scrobiculato; lamellis candidis, adnexis; stipite floccoso-farcto, pileo concolori, infra annulum patulum squamoso.

a. pileo ochraceo. — A. OCHRACEUS BULL. *Champ. tab.* 362 *et* 530. — A. GRANULOSUS BATSCH. — PERS. *Syn. Fung. p.* 264. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 24. — A. FLAVO-FLOCCOSUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 19. *fig.* 97. *a — c.* A. CROCEUS BOLT. *tab.* 51. *fig.* 2. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 290. — A. MURICATUS FL. DAN. *tab.* 1015.

Pileus ½—1½′ lat., margine fimbriato. Lamellae 1—2″ lat. Caro tenuissima, flavescens. Stipes 2—3′ long., ½—1½″ cras., demum cavus.

b. pileo cinnabarino. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 147. FL. DAN. *tab.* 1677.

c. pileo ferrugineo. — BATSCH *Elench. Fung. tab.* 6. *fig.* 24. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 260.

d. pileo incarnato. — A. CARCHARIAS PERS. *Syn. Fung. p.* 263. — A. ALBO-MARGINATUS SCHUM. *l. c. p.* 261.

e. pileo albido. — A. LANUGINOSUS FL. DAN. *tab.* 1248.

Hab. in pinetis et in pratis apricis muscosis passim. Jul. — Sept.

19. *A. bulbiger Alb. et Schw.* Pileo carnoso, hemisphaerico, obtuso, humido, rufo-cinnamomeo, margine leviter villoso; lamellis emarginato-adnexis, albis; stipite farcto, albo, rufo-flocoso-fibrilloso, bulboso; annulo depauperato.

A. BULBIGER ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 150. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 27.

Digitized by Google

Solitarius, firmus. Pileus 2—3½′ lat. Lamellae 2—3″ lat., confertae, demum pallescentes. Stipes 2′ long., 3—5″ cras. Annulus fugax. Bulbus fere globosus, supra depresso-cavus. Odor satis gratus.

Hab. In pinetis inter muscos bis legi. Aug. Sept.

**20.** *A. mucidus Schrad.* Pileo disco carnoso, margine membranaceo, glutinoso, convexo, demum planiusculo; lamellis rotundatis, adnexis, distantibus; stipite curvato, bulboso, supra annulum striato; annulo reflexo iterumque erecto, sulcato.

A. mucidus Schrad. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 28. — Pers. *Syn. Fung. p.* 266. — A. nitidus Fl. Dan. *tab.* 773. (optime!). — A. splendens Schum. *Saell.* 2. *p.* 258. — Fl. Dan. *tab.* 1130.

Caespitosus. Pileus candidus (ut totus fungus), 1—2′ lat., diaphanus. Lamellae demum paullo decurrentes, crassiusculae, 2—3″ lat. Stip. 3—4′ long., mox aequalis, mox basin versus incrassatus et nigro-squamulosus.

Hab. Semel tantum legi in trunco putrido Betulae albae. Aug.

**21.** *A. melleus Vahl.* Pileo carnoso, hemisphaerico, sordide luteo l. ochraceo, piloso-squamuloso; lamellis adnato-decurrentibus, albidis; stipite solido, pileo concolori, fibrilloso; annulo tumido, patulo.

A. melleus Vahl. — Fl. Dan. *tab.* 1013 (exacte!). — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 30. — Mich. *Gen. tab.* 81. *fig.* 2. — Lenz *Abbild. p.* 33. *tab.* 2. *fig.* 7. (valde parvus). — A. annularis Bull. *Champ. tab.* 377. *et*

Digitized by Google

*tab.* 540. — A. OBSCURUS SCHAEFF. (male). — A. POLYMYCES PERS. *Syn. Fung. p.* 269. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 297. — A. MELLEUS BOLT. *tab.* 141. A. CONGREGATUS BOLT. *tab.* 140. A. FUSCO-PALLIDUS BOLT. *tab.* 136. — A. INGRICUS WEINM. *Sylloge plant. nov.* 1 *p.* 72.

Pileus 2—6′ lat., demum subdepressus atque margine substriatus. Lamellae postea pallescentes et rubiginoso-maculatae, 2—3″ lat. Stipes 3—5′ long., 2—5″ cras., basi saepe griseo- l. virescente-villosus. Annulus 2—3″ lat., dependens, deciduus.

Hab. in graminosis et in vicinitate truncorum vetustorum frequentissime. Auctum. Ross. *Апенокъ* l. *Апенокъ березовой.*

3. LIMACIUM. Velum universale viscosum, fugax. Lamellae adnato-decurrentes.

a) Pileo laevi, margine flocculoso.

22. *A. erubescens Fr.* Pileo carnoso, planiusculo, albo-rubescente, margine involuto-tomentoso, lamellis subdistantibus, albis, crassis, adnato-decurrentibus; stipite solido, sursum subincrassato, squamuloso.

A. ERUBESCENS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 32. — A. RUBESCENS PERS. *Syn. Fung. p.* 366. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 103. — A. CRASSUS WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 923.

Pileus humidus, subviscidus, 2—3′ et ultra lat., demum fere infundibuliformis. Lamellae 2—3″ lat., adultiores rubro-maculatae. Stipes 2—3″ long., 4—6″ cras.

Nascitur in sylvis ad terram graminosam. Auctum.

Digitized by Google

b) Pileo laevi; stipite squamuloso.

23. *A. eburneus Bull.* Pileo disco carnoso, convexo-plano, obtuse-umbonato, viscoso, laevi; lamellis decurrentibus, l..is, distantibus; stipite farcto, albo-squamuloso, demum cavo.

A. EBURNEUS BULL. *Champ tab.* 551 (optime!). — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 33. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 174. — PERS. *Syn. Fung. p.* 364. *Myc. europ.* 3. 1. *p.* 100. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 20. *tab.* 30. *fig.* 2. — LENZ *Abbild. p.* 35. *tab.* 3. *fig.* 8. — A. LACTEUS SCHAEFF. *tab.* 39. PALL. *Reis.* 1. *p.* 503. — A. VIRGINEUS *Batsch Elench. Fung. tab.* 3. *fig.* 12. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 288.

Totus candidus. Pileus 1—4′ lat. Lamellae 1—3″ lat. Stipes 2—3′ long., 2—6″ cras., apicem versus praesertim squamulosus.

Hab. Uberrime in sylvis mixtis. Auctum. Prope Murom (PALLAS). — Incolae his in regionibus fungum non commedunt!

c) Pileo et stipite squamulosis.

24. *A. purpurascens Alb. et Schw.* Pileo carnoso, convexo, dein planiusculo, obtuso, albo, colore purpurascente tincto: squamulis obscurioribus ornato, subsicco; lamellis subdecurrentibus, subdistantibus, albis; stipite farcto, albo: squamulis purpurascentibus vestito.

A. PURPURASCENS ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 182. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 34. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 105.

Succosus, pulcher! Pileus obtusus, margine albus, ceterum plus minus squamulis l. potius papillis obscu-

rioribus dense vestitus. Lamellae 2″ lat., detritae purpurascentes. Stipes 1—3′ long., 4—6″ cras.

Hab. in pinetis prope Koirowam rarius. Septemb.

25. *A. pustulatus Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, planiusculo, cinereo-livido, papillis discoideis albidis ornato; lamellis adnato-decurrentibus, distantibus, albis; stipite farcto, elastico, albo-squamuloso.

A. PUSTULATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 354. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 92. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 34. — A. AGATHOSMUS FR. *Observ. myc.* 1. *p.* 16.

Pileus humidus viscosus, siccus glaber, inaequalis, 1—2′ lat., obtuse-umbonatus. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 2—3′ long., 1—4″ cras., apice praecipue farinuloso-squamulosus.

b) consimilis Pers.

Pileus 1—2½′ lat., viscidus, dilute-cinereus, levissime fibrillosus. Lamellae subdecurrentes, subdistantes, 1—2″ lat. Stipes 2—2½′ long., 2—4″ (in majoribus individuis subinde ½′) cras., albidus: squamulis cinereis dense vestitus.

Hab. inter muscos in pinetis haud frequens. Sept. Octob.

d) Pileo demum depresso; stipite maculato.

26. *A. olivaceo-albus Fr.* Pileo carnoso, convexo, demum circa umbonem depresso, olivaceo-fusco, viscido, margine substriato; lamellis decurrentibus, candidis; stipite solido subaequali, transversim nigro-rimuloso-squamoso.

A. OLIVACEO-ALBUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 35. — A. LIMA-

cinus Schaeff. *tab.* 312. — Pers. *Syn. Fung. p.* 355. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 95. — Fl. Dan. *tab.* 1914. *fig.* 1.

Pileus 1—1½′ lat. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 1½—2½′ long., 1—2″ cras. Caro sublutescens.

Hab. In pinetis ad terram parce. Auctum.

27. *A. hypothejus Fr.* Pileo carnoso, convexo, dein applanato depressove, olivascente flavido, glutinoso; lamellis subdecurrentibus, subdistantibus, albis, mox flavescentibus; stipite solido, lamellis concolore.

A. hypothejus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 35. *Observ. myc.* 2. *p.* 8. — *Fl. Dan. tab.* 1914. *fig.* 2. — Buxb. *Cent.* 4. *p.* 2. *tab.* 2. — A. vitellinus Alb. et Schw. *Consp. Fungorum p.* 179. *tab.* 10. *fig.* 3. — A. vitellicolor Pers. *Myc. europ.* 3. 1. *p.* 93 *et* A. bufonius *ib. p.* 214.

Valde variabilis! Pileus ½—4′ lat. Lamellae crassae, 1—3″ lat. primo adnatae, dein decurrentes. Stipes 2—3′ long., 2—3″ cras., initio flavescens, postea rubedine tinctus.

Amat loca muscosa in pinetorum umbris. Sept. Octob.

4. TRICHOLOMA. Velum fibrillosum, marginale fugacissimum. Lamellae emarginatae l. rotundatae.

*a*) Tricholomata limacina. Pileus vere carnosus, subobtusus, humidus viscosus, margine involuto, pubescente. Lamellae emarginatae. Stipes vestitus.

28. *A. albo-bruneus Pers.* Pileo carnoso, convexo, margine involuto, dein plano, obtuso, umbrino, viscoso; lamellis emarginato-adfixis, albis, stipite farcto, albido-

Digitized by Google

fuscescente, glabro, apice albo-pulverulento, subsquamoso.

A. ALBO-BRUNEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 293. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 175. *a.* — *Fr. Syst. myc.* 1. *p.* 37. — A. STRIATUS SCHAEFF. *tab.* 38. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 291.

Pileus humidus viscosus, siccus glaber, 2—3′ lat. Caro alba, compacta. Lamellae 2—3″ lat., postea dente decurrentes et apice subrufescentes. Stipes 2—3′ long., ½′ et ultra cras., demum cavus, basin versus paullo incrassatus.

Nascitur in acervis acuum in pinetis infrequens. Sept.

29. *A. fulvus DC.* Pileo carnoso, convexo, demum subplano, rufo-fulvo, virgato, viscoso; lamellis adnexis lutescentibus; stipite demum cavo, aequali l. sursum paullo attenuato, sordide-albo, rufo-fibrilloso.

A. FULVUS DC. *Fl. Fr.* 2. *p.* 186. — BULL. *Champ. tab.* 555. *et tab.* 574. *fig.* 1 (optime!). — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 37. — A. FLAVO-BRUNEUS FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 119. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 177. — A. INCERTUS SCHAEFF. *tab.* 62 (*junior*).

Pileus margine subinde remote-striatus, demum planiusculus, 2—3½′ lat. Lamellae 2—3″ lat., adultiores saepe rufescentes. Stipes 2—3′ long., 4—6″ cras., intus flavus, apice nudus.

Provenit nobis perara haec species in sylvis subhumidis. Sept.

30. *A. equestris Linn.* Pileo carnoso, compacto, flavo-rufescente, planiusculo, margine flexuoso, subviscido; lamellis emarginatis stipiteque farcto, aequali, fibrilloso-squamuloso sulphureis.

Digitized by Google

A. EQUESTRIS LINN. *succ. nro.* 1219. — FR. *Elench. Fung.* 1. *p* 6. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 7. *tab.* 10. — FRIEBE *oeconom.-techn. Fl. p.* 301. — A. FLAVO-VIRENS PERS. *Syn. Fung. p.* 319. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 41. — A. AUREUS SCHAEFF. *tab.* 41.

Pileus initio convexus, mox fere planus, flavus, adultior flavo-rufescens, margine flexuosus, 2—3′ lat. Caro in toto fungo alba, diffracta deinde paullo flavescit. Lamellae 2—4″ lat., purae, vix adnexae, subconfertae. Stipes 2—3½′ long., 4—8″ cras., strictus l. curvatus, firmus.

Praeamat pineta sicciora. Aug. Sept. In Livonia (FRIEBE).

31. *A. ustalis Fr.* Pileo carnoso, plano, subviscido, badio-rubro, laevi, lamellis rotundato-emarginatis, albis, stipite subfarcto, aequali l. sursum paullo attenuato, albo, rufo-fibrilloso, apice nudo.

A. USTALIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 37. *Observ. myc.* 2 *p.* 122. — A. LEUCOPHYLLUS ALB. et SCHW. *Consp. Fung p.* 163.

Pileus interdum obtuse umbonatus, glaber, 2—4′ lat., jove pluvio viscosus, ceterum semper siccus. Lamellae 2—3″ lat., saepe crenulatae, albae, tactu rutilantes. Caro alba, compacta. Stipes 2—3½′ long., 3—10″ cras., basi subinde curvatus.

Hab. In sylvis ad terram haud frequens. Septemb.

32. *A. pessundatus Fr.* Pileo carnoso, compacto, convexo, margine repando, viscido, rufescente-pallido; lamellis emarginatis, confertis stipiteque solido brevi villoso-squamuloso albis.

A. PESSUNDATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 38.

Digitized by Google

Pileus 2—3′ lat., subinde granulatus. Lamellae angustae. Stipes 1—1¼′ long., dense villoso-squamulosus, 5—6″ cras., basi bulbiformis.

In pinetis siccis ad montem Duderhow an. 1833 Aug. legi.

33. *A. Russula Schaeff.* Pileo carnoso, convexo-plano, dein depresso, roseo-rubro, viscoso, granulato; lamellis subemarginatis, subdistantibus, candidis; stipite solido, brevi, aequali, apice villoso-pruinato.

A. Russula Schaeff. *tab.* 58. (optime !). — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 38. — Pers. *Syn. Fung. p.* 338. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 173. — Nees *Syst. tab.* 20. *fig.* 171. — Letel. *Fasc.* 2. *tab.* 616.

Pileus satis firmus, 3—4′ lat. Lamellae 3—4″ lat. Stipes 1—1¼′ long., ½—¾′ cras., apice subsquamulosus.

Perraram et pulchram hanc speciem an. 1822 aliquoties in sylvis ad terram prope Nicolajewsky ad Tosnam Septemb. legi.

b. Tricholomata genuina. Pileus semper siccus, squamosus, margine juniore involuto, tomentoso l. villoso. Lamellae liberae, emarginatae. Stipes subsquamosus.

34. *A. rutilans Schaeff.* Pileo carnoso, compacto, subplano, flavo, fibrillis squamulisque violaceis vestito; lamellis emarginatis, confertis, lutescentibus; stipite farcto, pileo concolori.

A. rutilans Schaeff. *tab.* 219. — Buxb. *Cent.* 5. *p.* 24. *tab.* 46. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 41. — Pers. *Syn. Fung. p.* 320. *Mycol. europ. p.* 174. — *Fl. Dan. tab* 1910. *fig.* 2.
A. variegatus Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 294 (*exacte*).

Digitized by Google

Pileus margine tenuiori, 1—5′ lat. Caro flava, mollis, aquosa. Lamellae 1—4″ lat. (subinde exacte adnatae), floccoso-serrulatae. Stipes 1½—3′ long., a 2″ ad 1¼′ cras., aequalis, apice albus.

Passim occurrit in pinetis inter muscos. Auctum.

35. *A. imbricatus Fr.* Pileo carnoso, convexo, obtuso, squamuloso, umbrino-rufo, margine pallidiore pubescente; lamellis subemarginatis, albis, confertis; stipite farcto, rufescente-fibrilloso, apice albo-pulverulento.

A. IMBRICATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 42. *Observ. myc.* 1. *p.* 27. — A. RUFUS PERS. *Mycol. europ.* 3. *p.* 175 *et.* A VACCINUS * *imbricatus ib. p.* 184. — A. VACCINUS SCHAEFF. *tab.* 25.

Pileus 3—4′ lat., siccus. Caro primo alba, dein dilute rufa. Lamellae 3—5″ lat., demum albido-rutilae, crassiusculae. Stipes 3½′ et ultra long., inaequalis, initio farctus, dein fere semper vermis erosus.

Hab. In sylvis siccioribus parce. Aug. Sept.

36. *A. rufus Pers.* Pileo carnoso, umbonato, rufo-squamuloso-piloso, margine subrevoluto, tomentoso; lamellis adfixis, ventricosis, albido-rutilis; stipite subaequali, cavo, elastico, pileo concolori, tenuissime fibrilloso-squamuloso.

A. RUFUS PERS. *Icon. et descript. Fasc.* 1. *p* 6. *tab.* 2. *fig* 1—4. — A. VACCINUS PERS. *Syn. Fung. p.* 293. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 184 (*excluso synon. Schaeff.*). — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 42 (*excluso synon. Schaeff.*).

Pileus 2—3′ lat., demum fere planus. Lamellae 2—4″ et ultra latae, adultiores rutilantes l. dilute-cinnamo-

Digitized by Google

meae. Stipes 2—3½′ long., 3—5″ cras., jun. ſarctus, elasticus, subinde basi ventricosus.

Provenit in sylvis mixtis minus frequens. Aug. — Octob.

37. *A. gausapatus Fr.* Pileo leviter carnoso, plano, obtuso, repando, fusco-nigroque ſibrilloso, margine villoso; lamellis emarginatis, griseis; stipite solido, aequali, ſibrilloso, candido.

A. GAUSAPATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 43.

Odor et sapor nullus. Pileus 2—3′ et paullo ultra lat. Lamellae 2—3″ lat. Stipes 1—1½′ long. 3—5″ cras. Caro tenuis, sed compacta, candida.

Ad terram graminosam, muscosam, una vice. Septemb.

38. *A. saponaceus Fr.* Pileo carnoso, convexo, demum plano, subdepresso, cinereo l. livido, ſibrilloso-squamuloso; lamellis emarginatis, crassiusculis; stipite inaequali, ſarcto, albo.

A. SAPONACEUS FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 101. — *Linnaea* 1830. *Fasc.* 5. *p.* 721. *a.* — A. MYOMYCES FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 44 (*ex parte*).

Gregarius l. solitarius, ſirmus, siccus. Odor ingratus, saponaceus. Sapor amaricans et ingratus. Pileus saepe irregularis et in disco subdepressus, 2—3′ lat. Lamellae initio albae, mox albo-cinereae, 2—4″ lat., semper emarginatae! Stipes nunc teres, nunc compressus aut paullo curvatus l. sursum attenuatus (in nostris semper) albo-nitens, 1—3′ long., 2—4″ cras. Substantia alba et satis ſirma.

b. pileo alutaceo. — A. COGNATUS WEINM. *Sylloge plant. nov.*

Digitized by Google

2. *p.* 84. — A. FRUMENTACEUS BULL. *Champ. tab.* 571. *fig.* 1. *bene!*

Pileus carnosus, convexus, dein subplanus, margine subinvolutus, glaber, siccus, fuligineo-alutaceus, 3—4′ lat. Caro mollis, floccosa. Lamellae ½′ lat., emarginatae, rotundatae, subdistantes, dilute-alutaceae. Stipes 3′ long., 3—5″ cras, basi subbulbosus, extus intusque aquose-alutaceus, superne albo-fibrillosus, basin versus nigrescens, solidus. Odor debilis, acidulus. Sapor aquosus, mitis.

c. pileo fere toto albo, levissime nigro-fibrilloso. — BULL. CHAMP. *tab.* 513. *fig.* 2. *E. non obstat!*

Pileus demum fere planus, carnosus, argenteo-nitens: umbone acutiusculo, obscuriori; 2—3′ lat. Lamellae crassiusculae, distantes, albido-cinereae, 3—4″ latae, emarginatae! Stipes aequalis, farctus, pileo fere concolor, leviter fibrilloso-squamulosus, basi villosus.

d. pileo nigrescente; lamellis lutescentibus. — A. AFFINIS WEINM. *Sylloge plant. nov.* 1. *p.* 71.

Pileus carnoso-membranaceus, subcampanulatus, subdifformis, glaber, nigrescens, 3′ et ultra latus. Lamellae emarginato-adnexae, e cinereo alboque-lutescente-micantes, 5—6″ lat. Stipes 2′ long., ½—¾′ cras., extus intusque albido-sulphureus, subinde curvus, cylindricus, solidus.

e. pileo lurido-virescente. — A. LURIDUS SCHAEFF. *tab.* 69. *exacte!* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 40.

Pileus carnosus, compactus, initio hemisphaericus, dein magis applanatus et subinde subflexuosus, e cinereo-

Digitized by Google

rutilante-olivascens, medio plus minus transversim rimulosus, margine involutus, subvillosus. Lamellae emarginato-adnatae l. totae adnatae, crassiusculae, subconfertae, primo albidae, mox lutescentes, 2—3″ lat. Stipes 2—4′ long., satis crassus, inaequalis, ad basin paullo incrassatus, albus, fibrillis longitudinalibus, cinerascentibus vestitus. Caro alba, diffracta mox rubescit.

Omnes hae indicatae formae crescunt in sylvis siccioribus, pascuis, locis graminosis fertilioribus, frequenter. Aestat. Auctum.

39. *A. terreus Schaeff.* Pileo disco carnoso, margine tenui, e conico-expanso, plano, subacute-umbonato, fuscescente fibrilloso-squamuloso, sicco, umbone obscuriore; lamellis adnexis, confertis, candidis; stipite solido, aequali, lamellis concolore.

A. TERREUS SCHAEFF. *tab.* 64 *bene!* — FR. *in Linnaea* 1830. *Fasc.* 5. *p.* 723. — BULL. *Champ. tab.* 513. *fig.* 2. *F. G.*

Gregarius, confertus. Pileus 1½′—3′ lat. Lamellae 2—2½″ lat., adultae dilute-cinereae. Stipes 2—4′ long., 3—4″ cras., flocculosus. Odor et sapor fere nullus.

b. pileo albo-nitente. — BULL. *Champ. tab.* 423. *fig.* 1 *bene!*

In campis et sylvis graminosis copiosissime. Aest. Auctum. Incolae his in regionibus hunc fungum non commedunt!

40. *A. Columbetta Fr.* Pileo carnoso, convexo, demum plano, sicco, glabro, margine villoso undulatoque; lamellis emarginatis, subconfertis; stipite farcto, glabro, basi attenuato.

A. Columbetta Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 44. — A. albus Pers. *Syn. Fung. p.* 363. (*excluso synon.* Batsch.). — Letell. *Fasc.* 4. *tab.* 626 (*minus bene !*). — A. leucocephalus Bull. *Champ. tab.* 428 *et tab.* 536 *optime!* A. ponderosus Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 116.

Candidus, satis fiirmus. Pileus 2—3′ lat., demum saepe rimosus et rubello-maculatus. Lamellae 2—3″ lat., demum pallidae, ventricosae. Stipes 1—3′ long., ½—1′ cras., glaber (etiam fibrilloso-squamulosum vidi). Caro alba, rigida.

In locis elevatis, graminosis prope Koirowam. Septemb.

c. Tricholomata spuria. Pileus semper siccus, laevis, glabriusculus, sed saepe virgatus et fibrillosus, margine nudo! mox evoluto. Lamellae emarginatae l. liberae.

41. *A. virgatus Fr.* Pileo carnoso, convexo-plano, obtuse- l. acute-umbonato, e nigro-cinereoque virgato, lamellis emarginatis, albido-glaucescentibus; stipite farcto, albido-striato.

A. virgatus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 48. *Observ. myc.* 2. *p.* 113.— A. fumosus* *virgatus* Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 212.

Pileus 2—3′ lat., longitudinaliter fibrillosus. Umbo nonnunquam valde elevatus. Lamellae jun. albidae, dein albido-glaucescentes, confertae, 3—5″ lat., fere rotundato-emarginato-adnexae. Stipes 3—5′ long., 2—6″ et ultra cras., aequalis l. basin versus incrassatus, apice fibrilloso-flocculosus. Odor fere nullus. Sapor initio amaricans, dein urens!

Digitized by Google

Hab. In pinetis sabulosis ad viam, quae ducit a Pulcowa ad Koirowam, exeunte Aug. una vice legi.

42. *A. tumidus Pers.* Pileo carnoso, compacto, laevi, glabro, fuligineo-nitente; lamellis fere rotundato-subemarginatis, albis; stipite solido, elastico, tumido, fuligineo-fibrilloso.

A. TUMIDUS PERS. *Syn. Fung. p.* 350. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 210. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 48. *Observ. myc.* 1. *p.* 17. *Elench. Fung.* 1. *p.* 7.

Pileus 3—5′ lat., jun. convexus, demum planiusculus, obtusus, siccus. Lamellae 2—4″ latae, confertae, planae. Stipes 3—4′ long., 3—6″ cras., mox aequalis, mox basin versus inflatus.

In sylvis mixtis semel tantum prope Pawlowsk legi. Sept.

d. TRICHOLOMATA PERSONATA. Pileus semper siccus, laevis, glaber, margine tenui, inflexo, flocculoso-pruinoso. Caro mollis. Lamellae subrotundae, confertae, antice evanescentes.

43. *A. decastes Fr.* Pileo carnoso, convexo-plano, demum subdepresso, laevi, glabro, e fusco-cinereoque nigrescente; lamellis rotundatis, adnatis, confertis, albis; stipite farcto, inaequali, apice albo-pulverulento.

A. DECASTES FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 49. *Observ. myc.* 2. *p.* 105.

Inodorus. Pileus 3′ et ultra lat., subinde margine flexus et difformis. Lamellae 3—4″ lat. Stipes 3—4′ longus, 6—8″ cras., mox apice, mox basin versus incrassatus, substriatus.

Digitized by Google

Semel mihi tantum obvius medio Septemb. an. 1832, in sylvis mixtis.

44. *A. personatus Fr.* Pileo carnoso, compacto, hemisphaerico, demum saepe repando l. depresso, margine villoso-pruinoso; lamellis rotundato-emarginatis, liberis, confertis, violascentibus; stipite subbulboso, subviolaceo, albo-villoso.

A. PERSONATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 50. — BUXB. *Cent.* 4. *tab.* 11. — *Observ. myc.* 2. *p.* 89—91. — A. BULBOSUS BOLT. *tab.* 147. — A. VIOLACEUS *Fl. Dan. tab.* 1133 *optime!*

Valde variabilis! Pileus dilute violaceus, lividus, incarnatus, albidus, purpurascenti-hepaticus (A. *bicolor* Pers.), pallidus, hepaticus (*A. hepaticus* Weinm. in Flora 1832. Nro. 29), humidus semper obscurus, siccus nitens, 2—6′ lat. Lamellae 2—6″ lat., crassiusculae, violascentes, albidae l. dilute incarnato-violaceae. Stipes 1—3′ long., ½—1′ cras., aequalis aut basi incrassatus.

Frequentissime provenit in sylvis, in acerbis foliorum et inter rejectamenta putrida et inter gramina. Jul. — Octob.

45. *A. brevipes Bull.* Pileo carnoso, planiusculo, obtuse umbonato, molli, laevi, cinereo-fuscescente; lamellis rotundato-emarginatis, albidis, confertis; stipite brevi, basi bulbilloso, pulverulento-villoso.

A. BREVIPES BULL. *Champ. tab.* 521 *exacte!* — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 20. *tab.* 31. *fig.* 1. *bene!* — A. HUMILIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 51. — *Observ. myc.* 2. *p.* 11. *Elench. Fung.* 1. *p.* 8. — PERS. *Syn. Fung. p.* 360. *Mycol.*

Digitized by Google

*europ.* 3. 1. *p.* 211 *et* 216. A. MOLYBDEUS PERS. *ib.* *p.* 218.

In locis graminosis et in areis hortorum sub olera haud infrequens. Auctumno.

46. *A. oreinus Fr.* Pileo carnoso, convexo, obtuso, glabro, fusco-livido; lamellis liberis, rotundatis, confertis, albis; stipite solido, albido l. pileo subconcolore, apice albo-pulverulento, basi incrassato.

A. OREINUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 52. *Observat. myc.* 2. *p.* 98. — A. HUMILIS *β. oreinus* PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 217 *et* A. TESTUDINEUS PERS. *l. c. p.* 218. *tab.* 22. *fig.* 1—2 *bene!*

Solitarius et firmulus. Pileus 1—1½′ lat., siccus. Lamellae 2—3″ lat., planae. Stipes ¾—1¼′ long., 2—3″ cras.

In montosis siccis ad Tosnam aliquoties. Auctumno.

47. *A. nudus Bull.* Pileo leviter carnoso, convexo-plano, demum subdepresso, glabro, lilacino; lamellis rotundatis, subliberis, confertis, dilute-violaceis; stipite farcto, subaequali, laevi, glabro.

A. NUDUS BULL. *Champ tab.* 439. *fig. A.* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 52. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 7. *tab.* 12. *fig.* 1. — DC. *Fl. Fr.* 2. *p.* 195. — PERS. *Syn. Fung. p.* 277. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 223.

Pileus adultior fere semper depressus, rufescens et saepe margine undulatus lobatusque, 1—4′ lat. Lamellae in minoribus subconfertae, in majoribus saepe valde distantes, 1—3″ lat. Stipes utplurimum aequalis, sed alia individua inveniuntur valde variabilia

Digitized by Google

1—2′ long., 1—4″ cras., jun. farctus, adultior sursum subinde cavus.

Praeamat loca graminosa et areas hortorum valde stercoratas. Aug. Septemb.

48. *A. albus Schaeff.* Pileo carnoso, convexo-plano, orbiculari, glabro, sicco; lamellis confertis, rotundato-adnatis; stipite farcto, sursum paullo attenuato, glabro.

A. ALBUS SCHAEFF. *tab.* 256 *satis bene convenit!* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 55.

Gregarius. Pileus demum planus et paullo depressus, 2—3′ lat., albus (ut totus fungus). Lamellae 1—2″ latae. Stipes 3—4′ long., 3—4″ cras., teres l. subcompressus.

In sylvis mixtis Julio an. 1822 aliquoties legi.

b. Denudati, centrales.

5. RUSSULA. Pileus carnosus, demum depressus. Lamellae aliis aequales, aliis inaequales, exsuccae.

a. Lamellis omnibus aequalibus.

49. *A. alutaceus Fr.* Pileo carnoso, compacto, margine tenui, subsulcato; lamellis crassis, distantibus, alutaceis; aequalibus; stipite subaequali molli, farcto.

a. pileo rubro. — SCHAEFF. *tab.* 16. *fig.* 6. (*minor*). — BULL. *Champ. tab.* 509. *fig. Q.* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 55. *Observ. myc.* 1. *p.* 71. — CAMPANULATUS et ALUTACEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 440 *et* 441. — BUXB. *Cent.* 5. *p.* 24. *tab.* 46.

b. pileo griseo-purpurascente. — A. GRISEUS PERS. *l. c. p.* 445.

c. pileo vitellino. — A. OCHRACEUS PERS *l. c. p.* 443.

Digitized by Google

d. pileo ochraceo.
e. pileo viridi.
f. pileo fuscescente.

*Pileus* 5—6′ lat., initio convexus, dein planiusculus et subdepressus, margine plus minus sulcato-striatus l. subtuberculatus, umbone saepe obscuriore. Lamellae alutaceae l. alutaceo-albidae, 2—4″ et ultra latae, vix adnatae. Stipes aequalis l. basin versus paullo incrassatus, 1—2′ long., ½—1′ cras.

Hab. in sylvis et fruticetis abunde. Aestate, Auctumno.

50. *A. nitidus Fr.* pileo luteo. Pileo disco carnoso, margine membranaceo, subtuberculato, planiusculo, lutescente; lamellis carneo-lutescentibus, subventricosis, subconfertis; stipite spongioso-farcto, albido.

A. VITELLINUS PERS *Syn. Fung. p.* 442. — A. NITIDUS. c. pileo luteo. FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 56. — A. RISIGALLINUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 15. *fig.* 72. *a—c* (*non obstat.*).

Solitarius. Pileus 1½ — 2′ lat., irregularis, demum subdepressus. Lamellae 1—2″ lat., venoso-connexae. Stipes 1—1½′ long., 2—3″ cras. Sapor ingratus.

In sylvis mixtis prope Gatschinam semel. Septemb.

51. *A. decolorans Fr.* Pileo leviter carnoso, planiusculo, rubro, dein aurantiaco, sicco, laevi; lamellis subfurcatis, confertis, albidis, dein lutescentibus; stipite albo, spongioso-farcto.

A. DECOLORANS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 56. — MICH. *gen. p.* 155. *Nro.* 1. — SCHAEFF. *tab.* 92.

Digitized by Google

Subsolitarius; sapor gratus. Pileus 2—2½′ lat. Lamellae rarius furcatae, 1—2″ lat., venoso-connexae. Stipes 2—3′ long., 2—3″ cras., intus dilute-cinereus.

Cum antecedente peraro. Initio Sept.

b) Lamellis subaequalibus.

52. *A. emeticus Schaeff.* Pileo carnoso, compacto, convexo l. campanulato, margine demum sulcato; lamellis adnatis, subaequalibus, subdistantibus, crassis, candidis; stipide solido, firmo, albo.

A. EMETICUS SCHAEFF. *tab.* 15. — BUXB. *Cent.* 5. *p.* 24. *tab.* 47. *fig.* 1. — LENZ *Abbild. p.* 44. *tab.* 4. *fig.* 15.

a. pileo rubro, roseo, sanguineo. — A. INTEGER LINN. *suec. nro.* 1230. — BOLT. *tab.* 1. — GORT. *Fl. ing. p.* 179 (*exclusis synon.* RAY. *et* BUXB.). — PALL. *Reis.* 1. *p.* 44. — BULL. *Champ. tab.* 509. *fig. O. P. Q. U.* — A. INTEGER *et* EMETICUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 289. — PERS. *Syn. Fung. p.* 439. — A. ROSACEUS MART. *Fl. Mosq. p.* 24. — NEES *Syst. tab.* 23. *fig.* 184 — TRATT. *Oest. Schw. Fasc.* 6. *tab.* 17. *fig.* 33. — *Fl. Dan. tab.* 1009. *fig.* 1. — A. PECTINATUS DC. *Fl. Fr.* 2. *p.* 239. (*exclusa var. a.*). — A. SANGUINEUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 3. *fig.* 13. — A. STIPITATUS *etc.* GORT. *Fl. ing. p.* 179.

b. pileo fusco.

c. pileo rubro, dein disco lutescente.

d. pileo livido-caesio. — A. CYANOXANTHUS SCHAEFF. *tab.* 93. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 289.

e. pileo olivaceo-viridi. — A. VIRESCENS SCHAEFF. *tab.* 94 LENZ *Abbild. tab.* 4. *fig.* 16. — TRATT. *Oest. Schw.*

Digitized by Google

*Fasc.* 4. *tab.* 11. *fig.* 21. — BUXB. *Cent.* 5. *p.* 24. *tab.* 47. *fig.* 2.

f. pileo flavo. — A. GEORGII LINN. *suec. nro.* 1210. — PALL. *Reis.* 1. *p.* 44. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 290. — FRIEBE *occonom.-tech. Fl. p.* 301. (*cum* A. INTEGRO). — BUXB. l. c. *tab.* 45. *fig.* 2. — BULL. *Champ. tab.* 509. *fig. R.* — A. OCHROLEUCUS. PERS. *Syn. Fung. p.* 443. — MART. *Fl. mosq. p.* 240. (*excluso synon. Fl. Dan.*).

g. pileo ochraceo.

h. pileo albo.

Pileus 4—6′ lat. Lamellae 4—5″ cras., venoso-connexae et saepe furcatae. Stipes 1½—2′ long., 1½′ et ultra cras., valde compactus.

Hab. *Frequentissime* nascitur in sylvaticis variis a mense Jul. in Octobrem usque. — In Livonia (FRIEBE). In Rossia min. (DR. BONGARD). Prope Murom (PALLAS). Prope Mosquam (MARTIUS). *Ross. Сыроъжка сраая, красная, розовая, желтая etc.* — *Волуй, Груздь* (*secundum* PALLAS *l. c.*).

53. *A. fragilis Pers.* Pileo carnoso, margine membranaceo, sulcato, pellucente, ex albido diluteque purpurascente vario; lamellis rotundatis, simplicibus, candidis; stipite molli, farcto, subaequali, albo, fragili.

A. FRAGILIS PERS. *Syn. Fung. p.* 440. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 57. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 212. — PALL. *Reis.* 1. *p.* 44. — GEORGI *Beschreib. des russ. Reichs.* 3. 5. *p.* 1443. — FRIEBE *oeconom.-techn. Fl. p.* 301.

Gregarius. Sapor acris! Pileus 1—2′ lat., subinde difformis et depressus. Lamellae 2—4″ lat., subdistan-



Digitized by Google

tes. Stipes 1—2′ long., 2—4″ cras., subinde sursum attenuatus.

Hab. Rarissime mihi obvius in sylvis mixtis. Aug. Sept. — (*Ross.* ***Опіонка*** secundum PALLAS, qui prope Murom observavit). — ***Опиновка*** (secundum GEORGI l. c.). — In Livonia (FRIEBE).

c) Lamellis furcatis pluribusque dimidatis.

54. ***A.*** *ruber* ***Fr.*** Pileo compacto, hemisphaerico, dein planiusculo l. depresso, sicco, laevi; lamellis confertissimis, inaequaliter furcatis, candidis; stipite firmo, dilutissime roseo tincto.

A. RUBER FR. *Syst. myc. p.* 58. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 140. — A. SANGUINEUS BULL. *Champ. tab.* 42 *bene* !

Acer et valde amarus! Pileus fragilis, 1—3′ et ultra lat. Stipes aequalis l. sursum attenuatus, 2′ et ultra long., 5—10″ cras.

Hinc inde in sylvis mixtis an. 1832 Aug. Sept. legi.

55. ***A. foetens Pers.*** Pileo carnoso, margine tenui, convexo-plano, viscoso, aeneo-flavo, margine tuberculato-sulcato; lamellis subaequalibus, ad basin furcatis stipiteque cavo albis,

A. FOETENS PERS. *Syn. Fung. p.* 443. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 59. — *Observ. myc.* 1. *p.* 73. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 239. — A. PIPERATUS BULL. *Champ. tab.* 292 *bene!*

Solitarius, foetidus. Pileus initio flavus, adultus aeneoflavus, siccus subnitens, 3—5′ lat., compactus. Lamellae (in nostris) utplurimum aequales, basi tantum furcatae, 3—4″ et ultra latae. Stipes primo farctus,

dein cavus, 1—2′ long., ½—1′ cras. Sapor acris, nauseosus.

Hab. In sylvis graminosis raro. Julio. — *Ross. Baxyü.*

56. *A. furcatus Pers.* Pileo carnoso, rigido, planiusculo, demum subinfundibuliforme, obscure viridi; lamellis angustis, furcatis, candidis; stipite farcto, firmo, albo.

A. FURCATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 446. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 59. — BUXB. *Cent.* 5. *p.* 24. *tab.* 47. *fig.* 2. — DC. *Fl. Fr.* 2. *p.* 140. — A. BIFIDUS BULL. *Champ. tab.* 26 *exacte!*

Pileus 3—4′ lat. Lamellae 1″ et paullo ultra latae. Stipes 1—1½′ long., ½—1′ cras., adultus cavernosus. Sapor ingratus.

*β. heterophyllus* FR. *l. c.* — A. PECTINATUS BULL. *Champ. tab.* 509. *fig. L.*

Pileus initio hemisphaericus, demum depressus, margine laevis, 1½—2½′ latus, glaber. Lamellae furcatae dimidiataeque, candidae, crassiusculae. Stipes 2′ long., 3—4″ cras. (semel tantum 7″ cras. vidi), basin versus attenuatus. Totus albus, purus.

Hab. Ambae formae in sylvis mixtis rarissime. Aug. Sept.

57. *A. adustus Pers.* Pileo carnoso, subconvexo, dein depresso, primo olivaceo, dein adusto, sicco, margine laevi; lamellis inaequalibus, adnatis, distantibus, albis; stipite solido, glabro, albo-cinereo.

A. ADUSTUS PERS. *Syn. Fung. p.* 459. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 207. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 60. *Observ. myc.* 1. *p.* 78. — A. NIGRICANS BULL. *Champ. tab.* 212. *et tab.* 579. *fig.* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 156.

Digitized by Google

Pileus compactus, 2½—4′ lat., saepe rimulosus. Lamellae plerumque aequales, 1—3″ lat., acutae. Caro alba, immutabilis l. fracta paullo rubescit. Stipes extus intusque albus, 2′ et ultra long., 1—1½′ cras., aequalis l. deorsum attenuatus et curvatus.

*Ross. Груздь черной.*

b. *albidus.* Pileo carnoso, rigido, albido, demum e griseo fuligineoque rutilante; lamellis inaequalibus, emarginato-adnatis, albis; stipite farcto, undique attenuato, albo.

Solitarius. Omnes fungi partes lacte rutilant! Pileus primo convexus, albidus, dein planus, subundulatus, siccus, laevis, 2—3′ lat. Lamellae subdistantes, 2″ et ultra lat., rigidiusculae, demum lutescentes, juniores emarginato-adnatae, adultiores fere decurrentes. Stipes 2—3′ long., medio ventricosus, 1′ et ultra cras.

Uterque in sylvis mixtis haud frequens. Aug. Sept.

6. GALORRHEUS. Pileus carnosus, demum depressus, Lamellae inaequales, lactescentes.

a) Pilei margo involutus, tomentosus. Acres, venenati.

58. *A. controversus Pers.* Pileo carnoso, rigido, planiusculo, albo, zonis maculisque sanguineis variegato; lamellis confertis pallidis, dein incarnatis; stipite solido, subvilloso.

A. controversus Pers. *Syn. Fung. p.* 430. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 62. — Mich. *Gen. p.* 143.

Digitized by Google

Pileus demum explanatus l. subdepressus, jove pluvio subviscosus, 2—4′ lat. Lamellae 2—4″ lat. Stipes 1—2½′ long., 6—8″ cras.

In *sylvis* mixtis prope Gatschinam an. 1822 mihi parce obvius. Ineunte Sept.

59. *A. scrobiculatus Scop.* Pileo carnoso, depresso, profunde umbilicato, adglutinoso-villoso, viscoso, azono, margine barbato; lamellis albis, crassiusculis; stipite cavo, pileo concolore, maculato; lacte sulphureo.

A. SCROBICULATUS SCOP. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 62. — LENZ *Abbild. p.* 36. — SCHAEFF. *tab.* 227. *et* A. CRINITUS SCHAEFF. *tab.* 228. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 296. — A. INTERMEDIUS FR. *Observ. myc.* 1. *p.* 57.

Pileus 3—6′ lat., rigidus, fragilis, mox infundibuliformis, luteus l. ochraceus. Lamellae dein pallescentes, confertae, subdecurrentes, 2″ lat. Stipes aut strictus aut curvatus, 2—3′ long., ½—¾′ cras., eroso-cavus. Caro 5—6″ cras., dilute sulphurea. Lac primo album, dein dilute sulphureum.

In sylvis acerosis ad Tosnam et prope Koirowam. Aug. Sept. *Ross. Подерустъ желтой.*

60. *A. aspideus Fr.* Pileo carnoso, hemisphaerico, dein plano, viscoso, azono, flavo, glabro, margine tomentoso-fimbriato; lamellis adfixis, albis; stipite ventricoso, cavo, maculis scrobiculisque obscurioribus ornato; lacte demum purpurascente.

A. ASPIDEUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 63. *Observ. myc.* 2. *p.* 189.

Pileus disco depressus, 2—3′ lat. Lamellae initio albidae, dein pallescentes, albido-lutescentes, 1—2″ lat.

Digitized by Google

Stipes mox aequalis, mox ventricosus aut versus basin attenuatus, flavus, 2—3′ long., ½—1½′ cras. Lac initio album.

b. pileo albo-coerulescente (ceterum ut in a).

In pinetis humidiusculis aliquoties. Exeunte aestate.

61. *A. torminosus Schaeff.* Pileo carnoso, convexo, umbilicato, pallido aut lateritio, fasciculis saturatioribus ornato, margine barbato; lamellis confertissimis pallidis, demum subrutilis; stipite aequali, cavo, laevi; lacte albo.

A. TORMINOSUS SCHAEFF. *tab.* 12. *optime!* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 63. — LENZ *Abbild. p.* 36. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 10. *tab.* 16. — *Fl. Dan. tab.* 1068. — PERS. *Syn. Fung. p.* 430. — A. NECATOR BULL. *tab.* 14 *et tab.* 529 *optime!* — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 143. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 295. (*definitio erronea*).

Pileus jun. orbicularis, fere totus tomentosus, dein magis convexo-explanatus, margine fere semper involuto, dense barbato, plus minus umbilicatus, umbilico glabro, 2—4′ lat., lateritius, pallide-lateritius, albus. Lamellae angustae. Stipes 1½′ et ultra longus.

Uberrime in sylvis et graminosis. Aug. Septemb. *Ross.* ***Волнуха красная и бѣлая.***

62. *A. necator Pers.* Pileo compacto, hemisphaerico, dein depresso, margine inaequali, aeneo-umbrino-nigrescente, fibroso, margine involuto, tomentoso; lamellis angustis, pallidis, confertissimis; stipite brevi, floccoso-farcto, firmo; lacte albo.

A. NECATOR PERS. *Syn. Fung. p.* 435. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 64. LENZ *Abbild. p.* 37. (*excluso ubique synonym.*

Digitized by Google

BULL.). — A. TURPIS WEINM. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 85. — A. NECATOR *Fl. Dan. tab.* 1913 *exacte!*

Solitarius, compactus, valde acris et amarus! Pileus jun. transverse fibrillosus, tempore pluvioso viscidus, 3—6′ lat. Lamellae fragiles, 1—3″ lat., primo albidae, dein albido-lutescentes, subinde ramosae. Stipes 1 — 1½′ long., ½ — 1′ cras., valde rigidus, ad basin angustatus.

n sylvis ad terram, apprime in vicinitate truncorum. Auctum. Edulis! *Ross.* *Чернуха.*

63. *A. fascinans Fr.* Pileo carnoso, hemisphaerico, subumbonato, subviscoso, azono, testaceo-fusco, margine pubescente; lamellis adnatis, confertissimis, basi dichotomis, lutescentibus; stipite longiusculo, cavo, basi attenuato; lacte albo.

A. FASCINANS FR. *Syst myc.* 1. *p.* 64.

Fragilis. Pileus compactus, primo umbrinus, margine semper involuto, 2 — 3′ lat. Lamellae initio albae, dein lutescentes, 2″ et ultra latae. Stipes 2—3′ long., 6 — 8″ cras., subinde subventricosus, pileo dilutior. Lac immutabile.

Hab. in sylvis graminosis ad Tosnam et prope Gatschinam. Jul. Aug.

b. Pileus glaber, viscosus, margine nudo.

64. *A. trivialis Fr.* Pileo carnoso, hemisphaerico, umbilicato, margine involuto, dein depresso, subviscoso, azono, lurido; lamellis albis, subdecurrentibus; stipite albo, elongato, cavo.

A. TRIVIALIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 65. *Observ. myc.* 1. *p.* 61.

Pileus 2—5′ lat., margine nudus et in statu sicco fere incarnato-alutaceus. Lamellae 2—3″ lat., subinde venoso-connexae, confertae. Stipes 2—4′ long., ½—1′ cras., mollis.

Passim occurrit in pinetis. Jul. Aug. — *Ross.* *Дупланка спрал.*

65. *A. luridus Pers.* Pileo carnoso, convexo, demum planiusculo, viscoso, zonato, lurido; lamellis angustis, arcuatis, albidis; stipite cavo, pallido; lacte rubescente.

A. LURIDUS PERS. *Syn. Fung. p.* 436. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 65. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 11 *tab.* 17. *fig.* 2. — A. FUSCUS *Schaeff. tab.* 235. — A. ZONARIUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 295.

Pileus 2—3′ lat., jun. margine involutus. Lamellae 1′ lat. Stipes 1½—2½′ long., ½′ fere cras., basi subvillosus, utplurimum aequalis. Lac initio album.

Nascitur in graminosis siccioribus rarius. Aug. Sept.

66. *A. acris Bolt.* Pileo carnoso, planiusculo, dein depresso, deformi, azono, viscoso, cinereo-fuligineo; lamellis subdistantibus, alutaceis; stipite deorsum attenuato, farcto; lacte ex albo rubescente.

A. ACRIS BOLT. *tab.* 60. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 65. PERS. *Syn. Fung. p.* 437. — LENZ *Abbild. p.* 37. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 11. *tab.* 46. *fig.* 1. — A. DELICIOSUS *var.* BATSCH *Elench Fung. tab.* 14. *fig.* 68. *minus bene!* — A. OPACUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 297 *et* A. ACERRIMUS *ib. p.* 296?

Digitized by Google

Pileus jun. margine subinflexus, saepius inaequalis, 2—3′ lat. Lamellae initio albidae, mox lutescentes l. alutaceae, 1—2″ lat. Stipes albidus, jun. farctus, adultus cavus, 1—1½′ long., saepe curvatus. Lac acerrimum.

Parce mihi obvius in sylvis mixtis. Aug. Sept. — Ross. *Луплянка темная.*

67. *A. uvidus Fr.* Pileo carnoso, planiusculo, viscoso, azono, incarnato-livido; lamellis albis, subdecurrentibus, confertis; stipite cavo, aequali, pallido; lacte albo-lilacino.

A. UVIDUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 66. *Observ. myc.* 2. *p.* 191.

Pileus nonnunquam obtuse-umbonatus, margine inflexo, dein saepe depressus, 1½—2½′ lat. Stipes 2—3′ long., 3—6″ cras., aequalis aut basin versus inflatus, primo flocoso-farctus, dein cavus.

In sylvis ad Tosnam aliquoties. Julio.

68. *A. vietus Fr.* Pileo subcarnoso, margine tenui, plano-depresso, subviscoso, azono, umbonato, dilute-livido; lamellis albis, angustis, confertis; stipite farcto, pileo dilutiore; lacte albo, demum griseo.

A. VIETUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 66.

Pileus demum depressus, zonis vix conspicuis, 1—3′ lat. Lamellae ½—2″ lat. Stipes 1—1½′ long., 3—6″ cras., aequalis l. compressus, albidus l. pileo dilutior.

In sylvis frondosis acerosisque frequens. Aest. Auctum.

69. *A. jecorinus Fr.* Pileo tenui, viscoso, planiusculo, dein depresso, umbonato, carneo-hepatico, ruguloso,

azono; lamellis dilute aurantiacis, adnato-decurrentibus; stipite cylindrico, cavo, fragili; lacte albo.

A. JECORINUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 66. *Elench. Fung.* 1. *p.* 8.

Pileus 2—3′ lat. Lamellae juniores albidae, distantes, 1—2″ lat. Stipes 2′ long., 2—3″ cras. Lac acre.

Aliquot exempla hucusque tantum in ericetis colliculosis prope Pawlowsk, Sept., legi.

70. *A. hysginus Fr.* Pileo carnoso, subcompacto, plano-depresso, viscoso, azono, subcarneo; lamellis subdistantibus, crassiusculis, albis; stipite cavo, pileo dilutiori, scrobiculato-maculato; lacte albo.

A. HYSGINUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 67. — *Observ. myc.* 2. *p.* 192.

Pulcher! Pileus margine subrevolutus, humidus viscosus, siccus nitens, 3—5′ lat. Lamellae purae, saepe 3—4″ lat. Stipes 2—3½′ long., 1′ cras., aequalis l. paullo ventricosus. Sapor initio subdulcis, mox valde acris.

In sylvis ad Tosnam parce. Jul. Aug.

71. *A. blennius Fr.* Pileo carnoso, planiusculo, azono, glabro, cinereo-virescente; lamellis latis, albidis; stipite farcto, basi attenuato, laevi; lacte albo.

A. BLENNIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 67. — *Fl. Dan. tab.* 1961. *fig.* 2. — A. XYLOPHILUS *β. viscosus.* PERS. *Syn. Fung.* *p.* 438. — A. CURTIPES *et* AFFINIS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 344.

Pileus initio subhemisphaericus, mox planiusculus, deinde subinfundibuliformis, humidus viscidus, siccus glaber, 2—4′ lat. Caro flocculosa, alba. Lamellae seniores fere lutescente-micantes, fragiles, 3—4″ lat.

Digitized by Google

Stipes 2—2½′ long., apice ½′ et ultra cras., pileo dilutior, basi angustatus, subflexuosus.

Hab. In sylvis acerosis parce. Aug. Sept.

72. *A. utilis Weinm.* Pileo carnoso, planiusculo, dein infundibuliformi, subsicco, laevi, alutaceo; lamellis dilutioribus, confertis; stipite cavo, crasso; lacte albo.

Pileus jun. obtusus, adultior saepe rimosus, humidus subviscidus, 5—8′ lat. Lamellae 4—5″ lat. Stipes 2—3′ long., 1′ cras., fragilis, pileo concolor. Lac subacre, immutabile.

In sylvis mixtis a. 1822 pluries observavi; quo tempore incolae eum avide investigarunt. Jul. Aug.

73. *A. pallidus Pers.* var. pileo fuscescente.

Pileo carnoso, plano, subumbilicato, margine subinvoluto, viscoso, azono, fuscescente; lamellis confertis stipiteque elongato cavo albidis; lacte albo.

Solitarius, fragilis. Pileus humidus viscosus, fuscescens, siccus expallens, 2—3′ lat. Lamellae 1—2″ lat., ad basin subinde furcatae. Stipes 3—3½′ long., 4—6″ cras., aequalis l. sursum paullo attenuatus, nitens. Sapor aquosus, subdulcis.

Exeunte Julio in sylvis prope Zarskojeselo legi.

74. *A. deliciosus Linn.* Pileo carnoso, plano-depresso, umbilicato, viscoso, subzonato, aurantio-expallente; lamellis subconfertis, aurantiacis; stipite glabro, scrobiculato; lacte aurantiaco.

A. deliciosus Linn. *succ. nro.* 1211. — Buxb. *Cent.* 5. *p.* 23 *tab.* 45. *fig.* 1. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 67. — Pers. *Syn. Fung. p.* 432. — Schaeff. *tab.* 11. — *Fl. Dan. tab.* 1131. —

Digitized by Google

Letel. *Fasc.* 6. *tab.* 633. — Lenz *Abbild. p.* 37. *tab.* 3. *fig.* 9. — Nees *Syst. tab.* 23. *fig.* 193. — Gort. *Fl. ing. p.* 180. — Sobol. *Fl. pet. p.* 295. — Mart. *Fl. mosq. p.* 239. — Friebe *oeconom.-techn. Fl. p.* 295. — Pall. *Reis.* 1. *p.* 44. — A. zonarius Bolt. *tab.* 144.

Pileus plus minus zonatus, 2—3′ lat. et in statu adultiore magis minusve virens. Stipes 2—4′ long., ½—¾′ cras., mox cavus, mox farctus.

Abundat in sylvis variis et in ericetosis. Jul. — Octob. — Prope Mosquam (Martius). In Russia min. (Dr. Bongard). In Livonia (Friebe). Prope Murom (Pallas). Ross. *Рыжикъ боровой.*

75. *A. insulsus Fr.* Pileo carnoso, infundibuliformi, viscoso, obsolete zonato, alutaceo; lamellis confertis stipiteque cavo, sursum attenuato albidis; lacte albo.

A. insulsus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 68.

Solitarius. Pileus 2—3′ lat., marginem versus obsolete zonatus. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 1½—1¾′ long., 4—8″ cras. Sapor subdulcis.

In sylvis mixtis pauca hactenus exempla an. 1832 prope Nicolaiewsky, exeunte Julio legi.

c. Pileus siccus, margine nudus. Lamellae juniores albidae, dein lutescentes l. rufescentes.

76. *A. volemus Fr.* Pileo carnoso, compacto, planiusculo, subumbilicato, fulvo-expallente, disco purpurascente, nitido; lamellis dilute lutescentibus, adnatis; stipite farcto, albido l. pileo dilutiore; lacte albo.

A. volemus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 69. — Letel *Fasc.* 4. *tab.* 624. — Lenz *Abbild. p.* 39. *tab.* 3. *fig.* 12. —

Digitized by Google

A. TESTACEUS ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 209. — A. RUBER (*lactifluus*) MART. *Fl. mosq. p.* 239? (*excluso synon.* SCHAEFF.).

Solitarius. Pileus demum leviter depressus, 2—3′ lat. Lamellae 2″ et paullo ultra lat., initio albidae. Stipes 2—3′ long., ½—1′ cras., basi paullo incrassatus. Occurrit in sylvis mixtis parce. Aug. Septemb.

77. *A. mitissimus Fr.* Pileo leviter carnoso, plano-depresso, mamillato, aurantio l. testaceo-fulvo; lamellis stipiteque farcto subconcoloribus; lacte albo.

A. MITISSIMUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 69.

Fragilis. Pileus glaber, 1—2′ lat. Lamellae primo albido-micantes, dein pileo dilutiores, subconfertae, 1—2″ lat. Stipes 2—3′ long., 2—4″ cras., laevis. Raro mihi obvius in betuletis. Septemb.

78. *A. quietus Fr.* Pileo carnoso, plano-depresso, sicco, laevi, testaceo-subfuligineo, opaco; lamellis testaceo-rufescentibus, subconfertis; stipite firmo, solido, rufescente; lacte albo.

A. QUIETUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 69. — A. RUBESCENS *Fl. Dan. tab.* 1069.

Pileus 2—3′ lat. Lamellae basi subfurcatae, 2—3″ lat. Stipes 3′ et ultra long., 4—6″ cras., aequalis. Lac immutabile et parcum. Odor nullus. In sylvis ad Tosnam rarius. Jul. Aug.

79. *A. subdulcis Pers.* Pileo carnoso, depresso, umbonato, crustallino-rufo, glabro, azono; lamellis incarnatis, dein flavescente-micantibus, confertis; stipite spongioso-farcto, basi subincrassato, demum cavo; lacte immutabili, albo.

Digitized by Google

A. SUBDULCIS PERS. *Syn. Fung.* p. 433. — FR. *Syst. myc.* 1. p. 70. — BULL. *Champ. tab.* 224. *fig. A. B.* — DC. *Fl. fr.* 2. p. 144. — LENZ *Abbild.* p. 59. *tab.* 3. *fig.* 11. — A. LACTIFLUUS BOLT. *tab.* 3. (*optime!*) — FRIEBE *oeconom.-techn. Fl.* p. 301. — A. BULLIARDI. *Fl. Dan. tab.* 1069. *fig.* 1. — A. RUBESCENS SCHAEFF. *tab.* 75? — A. DULCIS SOBOL. *Fl. pet.* p. 295.

Pileus 1—1½′ lat., subcompactus, margine revoluto. Lamellae angustae. Stipes 1½—2′ long., 2—4″ cras., primo spongioso-farctus, dein cavus.

b. pileo cinnamomeo.

Pileus carnosus, plano-depressus, minute-umbonatus, obscure-cinnamomeus, margine subtuberculosus, subinde rugulosus, 2—3′ lat. Lamellae rufo-gilvae, subconfertae, 1—3″ lat. Stipes farctus, strictus l. curvulus, pileo concolor, 1—2′ long., 2—3″ cras.

c. pileo gilvo.

d. pileo rufo-flavido.

e. pileo rufo-castaneo.

β. *camphoratus* b. cimicarius BATSCH *Elench. Fung. tab.* 15. *fig.* 69. — SOBOL. *Fl. pet.* p. 96.

Pileus 1½′ lat., planus, umbonatus, dein subinfundibuliformis. Lamellae 1′ fere latae, subdecurrentes. Stipes 1′ et ultra long., 3—4″ cras., primo solidus, dein cavernosus. Sapor et odor ingratus.

Omnes hae indicatae formae crescunt in sylvis variis, tam siccis quam humidiusculis haud frequens; d: prope Petropolim (DR BONGARD). — Prope Mosquam (MARTIUS). — In Livonia (FRIEBE).

Digitized by Google

80. *A. rufus Scop.* Pileo carnoſo, plano-depreſſo, umbonato, laevi, glabro, badio-rubro; lamellis rufeſcentibus; ſtipite ſarcto, aequali, baſi pubeſcente; lacte albo, acerrimo.

A. RUFUS SCOP. *Fr. Syſt. myc.* 1. *p.* 71. — LENZ *Abbild. p.* 39. *tab.* 3. *fig.* 10.

Pileus 1—4′ (jove pluvio 4—6′) lat., in ſtatu adultiori ſaepe infundibuliformis. Caro albida. Lamellae jun. albido-incarnatae, dein rufeſcentes. Stipes 2—3′ long., 2—3″ cras.

Praeamat ſylvas aceroſas ſicciores. Auctum. — Ross. *Бузлянка болотная красная.*

81. *A. helvus Fr.* Pileo carnoſo, convexo-plano, ochraceo-rubro, ſquamuloſo; lamellis ochraceis, confertis; ſtipite ſubſarcto, pileo dilutiore; lacte albo.

A. HELVUS FR. *Syſt. myc.* 1. *p.* 72.

Pileus demum fere planus, ſubinde umbilicatus, ſiccus, 2½—3′ lat. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 2—3′ long., ½′ cras., in ſtatu vetuſto tantum cavus.

b. lacte aqueo.

Hab. a: in ſylvis aceroſis ſiccis; b: in pinetis humidis. Aeſt. Auctum.

82. *A. glyciosmus Fr.* Pileo carnoſo, margine tenui, planiuſculo, ſubinde depreſſo, ſquamuloſo, incarnato-rufeſcente; lamellis luteſcentibus, confertis; ſtipite farcto, rufeſcenti-pallido, glabro; lacte albo.

A. GLYCIOSMUS FR. *Syſt. myc.* 1. *p.* 72. *Obſerv. myc.* 2. *p.* 194.

Pileus firmus, 2—3′ lat., incarnato-rufeſcens l. luridus,

Digitized by Google

interdum subacute-umbonatus. Lamellae adultiores fere ochraceae, 1 — 1½′ lat. Stipes 1—2′ long., 2—3″ cras., basin versus subpubescens. Odor satis gratus.

Parum frequens in pinetis nostris. Aug. Sept.— Ross. *Дуплянка остроконечная.*

83. *A. plumbeus Bull.* Pileo carnoso, convexo, demum depresso, nigrescente-fuligineo; lamellis subdecurrentibus, flavescentibus; stipite lutescente-fuligineo; lacte albo.

A. PLUMBEUS BULL. *Champ. tab.* 282 *et tab.* 559. *fig.* 2. — PERS. *Syn. Fung. p.* 435. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 144.

Compactus, rigidus. Pileus adultus subinfundibuliformis, 4—8′ lat., siccus. Lamellae 1—2″ lat., deinde fuligineo-lutescentes. Stipes 2½′ — 3′ long., ½ — 1′ crassus, jun. farctus, demum cavernosus. Sapor valde acris.

b. elongatus. — A. PYROGALI *var. γ.* FR. *Observ. myc.* 1. *p.* 64.

Pileus carnosus, convexus, demum depressus, rugosus, margine subsulcatus, fusco-fuligineo-nigrescens, 1—4′ lat. Lamellae candidae, crassiusculae, dein pallescentes, subinde furcatae, 2—4″ lat. Stipes 2—3½′ long., 2—3″ cras., utplurimum aequalis, jun. farctus, fragilis. Odor fere subnullus. Sapor subdulcis.

Utraque var. in pinetis siccioribus rarius. Jul. Sept.

84. *A. fuliginosus Fr.* Pileo carnoso, convexo, dein depresso, sicco velutino, fuligineo-fusco; lamellis dilute ochraceis, confertis; stipite farcto, aequali, pileo dilutiori; lacte ex albo crocato.

Digitized by Google

A. FULIGINOSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 73. — A. PYROGALUS b. FR. *Observ. myc.* 1. *p.* 64. — A. AZONITES BULL. *Champ. tab.* 567. *fig.* 3.

Pileus 2—4′ lat., facie tristis. Lamellae primo albidae, 1—2″ lat., saepe furcatae. Stipes 2—3′ long., 3—5″ cras., demum cavus. Caro alba, dein crocato-rubra.

In sylvis mixtis ad Tosnam. Jul. Aug.

d. Pileus siccus, margine nudus. Lamellae immutabiles l. pallescentes.

85. *A. mammosus Fr.* in lit. Pileo carnoso, campanulato, acute umbonato, cinereo-nigrescente, subtomentoso, sicco, margine revoluto; lamellis angustis, incarnato-lutescentibus, confertis; stipite subaequali, cavo, albo-pruinato; lacte albo.

Fungus piperatus, parvus, lacteum succum fundens, pileolo griseo, mammoso etc. MICH. *Gen. p.* 142. *tab.* 80. *fig.* 1. — FR. *Syst. myc.* 1 *p.* 77. (*inter inquirend.*).

Pileus $1\frac{1}{2}'$ lat. Lamellae 1″ latae. Stipes $1\frac{1}{2}'$ long., 4—5″ cras. Sapor primo subdulcis, deinde valde acris.

In pinetis sabulosis an. 1822 et iterum an. 1831 ad latera fossarum arenosarum prope Pawlowsk rarissime Aug. legi.

86. *A. flexuosus Fr.* Pileo carnoso, firmo, repando, cinereo-rufescente l. subcarneo-pallido, sicco, glabro; lamellis distantibus, pallidis, demum lutescentibus; stipite solido, pileo dilutiori, brevi; lacte albo.

A. FLEXUOSUS FR. *Syst. myc.* 1 *p.* 74. *a.* — A. UMBRI-

NUS PERS. *Syn. Fung. p.* 435. — A. AZONITES BULL. *Champ. tab.* 559. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 142.

Pileus 1½ — 2′ lat., azonus l. nigro zonatus. Lamellae 1½ — 2″ lat., crassae, hinc inde venoso-connexae furcataeque. Stipes subrectus, basin versus angustatus, intus albus, post dissectionem leviter rubescens, subinde excentricus, 1′ et ultra longus, ⅓′ cras. Totus fungus acris. Edulis! (Dr. Bongard in Ms.).

In sylvis acerosis prope Petropolim. Aestate (DR. BONGARD).

87. *A. piperatus Scop.* Pileo carnoso, compacto, convexo, demum infundibuliformi, rigido, glabro, albo; lamellis angustissimis, confertissimis, repetito-dichotomis, albis, dein lutescentibus; stipite brevi, solido, laevi; lacte albo.

A PIPERATUS SCOP. — LINN. *suec. nro.* 1194. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 76. — BOLT. *tab.* 21. — *Fl. Dan. tab.* 1132. — NEES *Syst. tab.* 23. *fig.* 193. *B.* — SOBOL. *Fl. pet. p.* 297. — MART. *Fl. mosq. p.* 239. — FRIEBE *occonom.-techn. Fl. p.* 300. — A. AMARUS SCHAEFF. *tab.* 83. — SOBOL. *Fl. pet. p* 297. — A. ACRIS BULL. *Champ. tab.* 200. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 141. — GORT. *Fl. ing. p.* 181 (*excluso synon. Buxb.*).

Pileus jun. margine involutus, adultus 4 — 6′ et ultra lat. Lamellae 1″ (vix ultra) latae., lineares. Stipes 1—2′ long., 1½′ cras. Lac acerrimum, piperatum.

In sylvis nostris passim. Auctum. In Rossia min. (DR. BONGARD). Prope Mosquam (MARTIUS). In Livonia (FRIBE). Ross. *Груздъ.*

88. *A. vellereus Fr.* Pileo carnoso, rigido, plano-depresso, umbilicato, margine involuto, tomentoso, albo; lamel-

Digitized by Google

lis albidis, dimidiatis furcatisque; stipite farcto, albo-tomentoso; lacte albo.

A. VELLEREUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 76. — LENZ *Abbild.* *p.* 41.

Valde compactus, rigidissimus, albus l. candidus, umbone lutescente, 3—5′ lat. Caro 5—6″ cras., alba. Lamellae $1\frac{1}{2}$—2‴ lat., initio candidae, dein dilute beryllae, crassiusculae, subdistantes. Stipes $1\frac{1}{2}$—$1\frac{3}{4}$′ long. 5—7″ cras., aequalis l. ad basin paullo incrassatus. Lac album, demum dilute sulphureum.

Ross. *Груздь бѣлой.*

*β. exsuccus Fr. l. c. p.* 77. Exsuccus et insipidus, albus. Pileus infundibuliformis, carnosus, subtomentosus, mox sordide albus, obliquus, valde rigidus et fragilis, 5—6′ lat. Lamellae angustae, distantes. Stipes 2′ long., 1′ fere cras., sursum aut basin versus angustatus.

A. INFUNDIBULIFORMIS SOBOL. *Fl. pet. p.* 293. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 1. *tab.* 1 *bene!* — A. PIPERATUS *β. exsuccus* PERS. *Syn. Fung. p.* 429.

Hab. a. in sylvis mixtis et in acervis foliorum: β: in monte Duderhow, ubi ante centum et triginta annos beat. Buxbaumius fungum suum collegit. Auctumno.

7. CLITOCYBE. Pileus jun. campanulatus l. convexus, dein expansus. Lamellae inaequales, exsuccae, variae. Stipes aequalis l. sursum attenuatus. Velum nullum.

*Subtrib. I.* DASYPHYLLI. Stipes carnosus, subsolidus, firmus, epidermide similari. Pileus vere carnosus,

siccus, laevis, glaber, convexo-explanatus. Lamellae decurrentes l. acute adnatae, postice attenuatae, confertae, integerrimae. Fr. Syst. Orb. Veg. 1. p. 67.

a) lamellis decurrentibus.

89. *A. nebularis Batsch.* Pileo carnoso, compacto, planiusculo, laevi, glabro, sicco, cinereo-albido; lamellis decurrentibus albis; stipite farcto, fibrilloso, basi incrassato.

A. NEBULARIS BATSCH. *Cent.* 2. *fig.* 193 (*noster fungus major*) — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 86. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 14. — PERS. *Syn. Fung. p.* 349. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 89. (A. PILEOLARIUS BULL. *excluso synon.* A. GEOTROPI BULL. — *Fl. Dan. tab.* 1734. — A. MOLLIS BOLT. *tab.* 40. — A. PILEOLARIUS BULL. *Champ. tab.* 400. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 173.

Pileus initio albidus, adultior expansus, 3—4′ lat. Lamellae 2—3″ lat. Stipes 3—4′ long., apice 6—10″ ad basin saepe 1—1¼′ cras.

Praeamat pineta muscosa. Aug. Sept.

90. *A. Schumacheri Fr.* Pileo carnoso, compacto, convexo-explanato, subumbonato, obtuso, cinereo-fusco, margine albicante; lamellis primo adnatis, dein decurrentibus, albidis, confertis; stipite farcto, striato, basi incrassato, pileo subconcolore.

A. SCHUMACHERI FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 87. *Observ. myc.* 2. 109. — A. FAGINEUS SCHUMACH. *Fl. Saell* 2. *p.* 330 (*exacte!*). — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 91. — A. PULLUS PERS. *Syn. Fung. p.* 349.

Digitized by Google

Pileus demum exacte disciformis, 4—6′ lat., margine subinde undulatus. Lamellae 2—3″ lat. Stipes 3—4′ long., 5—13″ cras., jun. albido-cinereus.

Memorabilem hunc fungum an. 1822 semel quidem, sed sat copiose in sylvis mixtis prope Pawlowsk, exeunte Sept. et per totum Octob., observavi.

91. *A. clavipes Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, planiusculo, umbonato, fuligineo-nigrescente, margine albicante; lamellis decurrentibus, crassiusculis, subdistantibus, albis; stipite solido, elastico, basi incrassato.

A. CLAVIPES PERS. *Syn. Fung. p.* 353. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 90. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 86.

Pileus initio convexus, mox planiusculus, obtuse umbonatus, laevis, glaber, et in statu profectiori saepe infundibuliformis, $1\frac{1}{2}'$ — $2\frac{1}{2}'$ lat. Lamellae 1—3″ lat. Stipes 2—3′ long., apice 1—2″, basin versus subinde $\frac{1}{2}'$ cras., scrobiculatus, mollis, initio albidus, dein fuligineus.

Frequens nascitur in sylvis graminosis muscosis. Aug. Sept.

b. succosus. Pileus carnosus, utplurimum irregularis, depressus, glaber, dilute-fuligineus, margine pallidiore, 3—4′ lat., valde succosus. Lamellae 3—4″ lat., jun. aquosae albidae, dein dilute flavescentes. Stipes 2′ long., $\frac{1}{2}'$ et ultra cras., spongioso-farctus, ad basin bulbosam albo-villosus.

Hab. in acervis foliorum. Auctum.

92. *A. amarus Fr.* Pileo carnoso, convexo, dein explanato, fusco-rufo, subvilloso, margine involuto; lamellis subdecurrentibus, confertissimis stipiteque inaequali candidis.

Digitized by Google

A. AMARUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 87. — A. RIVULOSUS *β.* ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 185. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 107. *et* A. COMMISTUS *ib. p.* 97.

Solitarius, rigidus, siccus, satis firmus. Sapor valde amarus et ingratus. Pileus initio umbrino-fuscus, dein dilutior, sericeus l. leviter fibrillosus, marginem versus substriatus, inaequalis, subundulatus, 4—5′ lat. Substantia candida. Lamellae 2—3″ lat. Stipes teres aut subcompressus, ad basin paullo incrassatus, subinde curvatus, valde rigidus, 1—2′ fere long., ½′ cras., jun. farctus, dein cavus.

In sylvis mixtis subhumidis an. 1832 una vice. Sept.

93. *A. olorinus Fr.* Pileo carnoso, convexo, obtuso, laevi, glabro; lamellis decurrenti-adnatis, confertis; stipite cavo, sursum attenuato, basi albo-gossypino,

A. OLORINUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 92. *Observ. myc.* 2. *p.* 143. A. SEPINCOLA PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 120.

Totus candidus. Pileus 1′ et ultra lat., siccus. Lamellae ½—1″ lat. Stipes 2—2½′ long., 2″ et paullo ultra cras., albo-pulverulentus et ad basin tomento gossypino eleganter vestito.

Inter folia decidua una vice. Sept.

b. lamellis acute adnatis.

94. *A. grammopodius DC.* Pileo disco carnoso, margine tenuiori, convexo, obtuse umbonato, demum depresso, laevi; lamellis adnatis, confertis; stipite solido, subsulcato, glabro, sursum attenuato.

A. GRAMMOPODIUS BULL. FR. *Syst. mycol.* 1. *p.* 93. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 178.

Digitized by Google

a. pileo albo. — Bull. *Champ. tab.* 585. *fig.* 1. — A. tabularis Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 73.

Subrigidus. Pileus 2—4′ lat., humidus pallens, siccus albus, marginem versus lutescens. Lamellae confertae, 2—3″ lat. Stipes 3—4′ long., 4—6″ cras., basi villosus.

b. pileo rufescente. — Bull. *l. c. fig. B. C. in tab.* 548.

Pileus rufescens, obsolete umbonatus, umbone obscuriore. Lamellae juniores candidae, dein sordide albae, confertae, emarginato-adnatae, 2—4″ lat. Stipes 1½—4′ long., 2—4″ cras., basin versus paullo incrassatus, ceterum teres, albus, fibrillis fuliginosis vestitus, strictus, farctus.

c. pileo fuligineo.

Pileus 3′ latus. Stipes 5½′ long., sursum paullo attenuatus.

d. pileo fuligineo-alutaceo.

Pileus 2′ lat., dilute fuligineo-alutaceus, disco obscuriore, obsolete umbonatus, laevis, glaber. Lamellae 2″ lat. albae. Stipes 3—3½′ long., 2—3″ cras., subsulcatus, cylindricus, basi subbulbosus, albo-villosus, albus.

Frequens occurrunt hae indicatae formae, apprime in sylvis frondosis graminosis. Aest. Auct.

95. *A. fumosus Pers.* Pileo carnoso, convexo, dein plano, minute umbonato, cinereo-livido, sicco, laevi, glabro; lamellis adnatis, confertis, sordide albis; stipite pileo concolori, solido, subaequali, glabro.

A. fumosus Pers. *Syn. Fung. p.* 348. *Mycol. europ.* 3. 1.

Digitized by Google

*p.* 212. (*exclusa* *). — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 88. *Observ. myc.* 2. *p.* 102. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 175. — Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 15.

Solitarius v. gregarius. Pileus 1—2′ lat., subinde lutescente-cinereus et demum depressus. Lamellae 2‴ et paullo ultra lat. Stipes 2—2½′ long., 2—3‴ cras., subinde versus apicem paullo incrassatus.

In sylvis mixtis inter gramina bis tantum Aug. et Sept. legi.

96. *A. curtipes Fr.* Pileo carnoso, plano-depresso, obtuse umbonato, cinereo-fuligineo, laevi; lamellis adnatis, confertis, albis; stipite brevi, farcto, extus intusque fusco.

Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 88. — A. brevipes β. Pers. *Myc. europ.* 3. 1. *p.* 218.

Fragilis. Pileus a prima infantia planus, margine subinvolutus, griseo l. livido-cinereus, saepe nigro-maculatus, siccus nitens, laevis, glaber, 3—4′ lat. et in statu profectiori saepe infundibuliformis. Lamellae primitus albidae, acute-adnatae, postea dilute cinereae, subdecurrentes, 3—4‴ lat. Caro albida, marginem versus evanescens. Stipes 1—1½′ long., 2—3‴ cras., rigidus, fragilis.

Hab. ad terram graminosam et muscosam frequens. Aug. Octob.

97. *A. cerinus Pers.* Pileo carnoso, plano-convexo, obtuso, flavo-cerino, opaco; lamellis adnatis, angustis, confertis stipiteque subfarcto, substriato, flavidioribus.

A. cerinus Pers. *Syn. Fung. p.* 321. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 188. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 89.

Digitized by Google

Pileus 1—2′ lat., adultus subdepressus. Lamellae 1—1½″ lat., tenues. Stipes 1¼′ long., 2—3″ cras., demum nigrescens.

Pauca exemplaria hactenus tantum in pinetis junioribus, exeunte Julio, Zarskojeselo inter et Gatschinam Aug. legi.

98. *A. subalutaceus Batsch.* Pileo disco carnoso, margine tenui, convexo-plano, pallescente, glabro; lamellis adnatis, subdistantibus, albis; stipite aequali aut sursum attenuato, glabro, farcto, pallido.

A. SUBALUTACEUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 31. *fig.* 194. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 90. — *Observ. myc.* 2 *p.* 138. — A. SEBACEUS PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 188.

Pulchella species! Subsolitarius, odore debili, aniseo! Pileus 1—2′ lat., initio convexo-planus, subinde subumbonatus et demum depressus, humidus pallescens, siccus dilute-alutaceus. Lamellae demum subdecurrentes! 1″ et paullo ultra lat. Stipes 1½′ long., 1—2″ cras., rectus l. curvato-adscendens.

Post intensas pluvias aestivales an. 1833 in nemorosis graminosis prope Pawlowsk legi.

99. *A. odorus Bull.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, dein planiusculo l. depresso, obtuse umbonato, fibrilloso, sordide virente, lamellis subdecurrentibus, albidis; stipite albo, basi dense villoso.

A. ODORUS BULL. *Champ. tab.* 176 *et tab.* 565. *fig.* 3. DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 175. — *Fl. Dan. tab.* 1611. — FR *Syst. myc.* 1. *p.* 90. — PERS. *Syn. Fung. p.* 323. — A. AERUGINOSUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 298.

Pileus nonnunquam margine crispato-lobatus, 2—4′ lat.

Caro primo candida, floccosa, dein saepe pileo concolor l. dilutior, marginem versus fere evanescens. Lamellae jun. albidae, dein etiam virentes, subdistantes, 1—2″ lat. Stipes aequalis l. basin versus attenuatus, subcompressus, farctus l. cavus, 3′ long., 2—4″ cras. extus albus, fibrillosus, intus candidus. Odor fere aniseus, sed fortis et fere obstupefaciens.

b. totus glauco-aeruginosus.

Pileus carnosus, convexo-planus, 2—2½′ lat., siccus, subsericeo-fibrillosus. Lamellae decurrentes, 1—2″ lat., confertae. Stipes 2—2½′ long., sursum incrassatus. Totus fungus anisatus.

A. ANISATUS PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 108.

Utrique crescunt in pinetis umbrosis ad terram muscosam et inter folia putrida haud frequentes.

100. *A. suaveolens Schum.* Pileo carnoso, convexo, demum subinfundibuliformi, laevi; lamellis sublinearibus, adnatis, subdecurrentibus, confertis, pileo concoloribus; stipite subaequali, demum cavo.

A. SUAVEOLENS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 337. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 91. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 109. — *Fl. Dan. tab.* 1912. *fig.* 1.

Utplurimum solitarius, albus, fragrans, boni saporis! Pileus 1½—2′ lat. Lamellae 2″ et paullo ultra lat. Stipes 1½—2′ long., apice 3—4″, ad basin 2—3″ cras., albus, basin versus umbrinus.

Inter muscos et gramina breviora pinetorum raro. Aug. Sept.

101. *A. cerussatus Fr.* Pileo carnoso, compacto, convexo

Digitized by Google

subobtuse-umbonato, cretaceo-nitente, subsericeo; lamellis adnatis, confertis; stipite farcto, inaequali, basi albo-tomentoso.

A. CERUSSATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 92. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 119. — A. OPACUS PERS. *ib. p.* 107. — A. SUBOPACUS *ib. p.* 102. — A. CRETACEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 369. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 116. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 95. — *Fl. Dan. tab.* 1796 (A. CERUSSATUS)

Gregarius, caespitosus, imo basi saepe ita cohaerens, ut ramosus appareat! Totus fungus purus, cretaceus. Pileus jun. convexus l. campanulatus, dein planus l. subdepressus, margine saepe varie flexus, 2 — 5′ lat. Lamellae adultiores subinde ob pileum depressum subdecurrentes, 2 — 4′ lat., confertae l. subdistantes. Stipes 2—6′ long., strictus l. flexuosus, teres l. valde compressus, mox laevis, mox subsulcatus, 2—5″ cras., l. ab 1 — 2″ ad 1′ lat., ad basin plus minus incrassatus.

Abundat in sylvaticis graminosis muscosis. Auctum.

β. *umbonatus Weinm.* Pileo carnoso, compacto, cretaceo, pannoso-sericeo, campanulato, elevato-umbonato; lamellis confertissimis, adnatis; stipite subfarcto, curvato, ad basin paullo incrassato, farinuloso-pulverulento.

Gregarius l. confertus, firmus, totus cretaceus. Pileus initio campanulatus, umbone elevato, obtuso, dein magis convexus, purus, elegans, 3 — 3½′ lat., siccus. Lamellae 2″ et paullo ultra lat., vix decurrentes.

Digitized by Google

Stipes 2—3′ longus, 4—6″ cras., utplurimum curvatus.

Hab. ad terram humosam in sylvis prope Gatschinam. Aug.

γ. *nauseosus Weinm.* in Flora 1832. nro. 29. p. 449.

Pileo carnoso, plano, laevi, cretaceo-nitente; lamellis acute-adnatis, confertis, albis; stipite solido, fibrilloso, cylindrico, basi paullo incrassato.

Solitarius. Odor totius fungi diffracti fastidiosus! Pileus integer l. repandus, jove pluvio valde viscidus. Lamellae fere lineares, acute adnatae, demum emarginatae, 2″ et ultra latae, initio albae, postea pallidae. Stipes 1½—2′ long., 1—3″ cras. et apice leviter squamulosus. An species propria? — An potius inter Tricholomata limacina ponendus!

In lupo emortuo putrescente in sylvis umbrosis ad montem Duderhow. Sept.

**102.** ***A. sordarius Pers.*** Pileo carnoso, compacto, convexo, dein planiusculo, floccoso-tomentoso, margine revoluto, sordide albescente; lamellis subdecurrentibus, albis; stipite pileo concolori, subtomentoso.

A. SORDARIUS PERS. *Syn. Fung. p.* 370. — A. OBTEXTUS LASCH. *Linnaea* 1828. *fasc.* 4. *p.* 378?

Elasticus et tenax. Pileus 2—3′ lat. Caro nivea, colore sulphureo tincta. Lamellae 2—4″ latae, simplices et furcatae. Stipes 1—1½′ long., 3—5″ cras.

Semel tantum an. 1823 in trunco semiputrido Tiliae parvifoliae prope Pawlowsk legi. Auctum.

103. *A. tornatus Fr.* Pileo subcarnoso, planiusculo, glabro,

Digitized by Google

nitente, laevi; lamellis subdecurrentibus, subconfertis; stipite farcto, aequali, glabro, basi albo-villoso.

A. TORNATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 91. — A. SAPIDUS PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 99.

Albus, inodorus, elegans. Pileus ¾—1′ lat., demum subinde subdepressus. Lamellae 2″ lat. Stipes 1—2′ long., 2″ et paullo ultra cras.

Hab. in sylvis mixtis ad terram humosam raro. Auctum.

104. *A. dealbatus Fr.* Pileo leviter carnoso, planiusculo, orbiculari l. irregulari, laevi, albido; lamellis adnatis, confertis stipiteque aequali, laevi, tenaci, farcto, pileo concoloribus.

A. DEALBATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 92. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1 *p.* 119. *et* A. PELTIDEUS *ib. p.* 121.

Gregarius, variabilis, inodorus. Pileus ½—2′ lat., adultior subdepressus. Lamellae angustae, subinde venoso-connexae et furcatae. Stipes 1—1½′ long., 1—2″ cras.

Inter gramina et muscos haud frequens. Aug. Septemb.

*Subtrib. II.* ORSYPII. Stipes fibrillosus, epidermide similari. Pileus subcarnosus, siccus, squamulosus, e convexo expansus, saepe depressus. Lamellae varie adnatae, saepe arcuatae.

105. *A. camarophyllus Alb. Schw.* Pileo carnoso, margine tenui, convexo-plano, fibrilloso-striato, nigrescente-fuligineo; lamellis arcuato-subdecurrentibus, pallidis, crassis; stipite subaequali, valido, pileo dilutiori.

A. CAMAROPHILLUS ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 177. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 99. *Observat. myc.* 2. *p.* 107

Digitized by Google

Pers. *Syn. Fung. p.* 460 (A. elixus). *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 96 — A. glandiferus Pers. *ib. p.* 91. (*est status junior secundum* Fries *in Linnaea* 1830. *fasc.* 5. *p.* 91).

Pileus 3—7′ lat., disco obscuriori. Lamellae 4—10″ lat., distantes. Stipes 4—8′ long., 3—7″ cras., aequalis, aut sursum aut basin versus attenuatus, jun. farctus, dein saepe vermis erosus., subfibrillosus.

In pinetis montosis, umbrosis ad Tosnam, montem Duderhow. Aug. Sept.

106. ***A. inamoenus Fr.*** Pileo disco carnoso, margine tenuiori, convexo, obtuso, dilute-alutaceo, sericeo; lamellis emarginato-adnatis, subdecurrentibus, subdistantibus stipiteque solido, sursum attenuato, subfibrilloso albis.

A. inamoenus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 111. *Observ. myc.* 1. *p.* 10.

Odor ingratus! Pileus primitus convexus l. campanulatus, dein planus l. depressus, obtuse umbonatus, 3—3½′ lat. Lamellae initio adnatae, dein emarginato-adnatae, subdecurrentes, ventricosae, 3—4″ lat. Stipes 4—5′ long., utplurimum sursum attenuatus, apice 3—4″ lat. ad basin 6—8″ cras.

In pinetis prope Slawienkam an. 1831 Aug. legi.

107. ***A. lascivus Fr.*** Pileo carnoso, convexo, demum depresso, obtuso, subsericeo, alutaceo-pallido; lamellis arcuato-adfixis, confertis stipiteque farcto, aequali, basi tomentoso albis.

A. lascivus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 110.

Gregarius. Pileus 1—2′ lat. Lamellae 3″ lat., cras-

siusculae. Substantia alba. Stipes 3—3½′ long., cras., apice leviter pruinatus. Odor fere ut in subsequente!

In sylvis mixtis una vice. Exeunte Augusto.

108. *A. sulphureus Bull.* Pileo carnoso-membranaceo, subumbonato, squamulis fuligineis vestito; lamellis inaequaliter adnatis, subdistantibus stipiteque farcto, fragili, aequali.

A. SULPHUREUS BULL. *Champ. tab.* 168 *et tab.* 545. *fig.* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 183. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 110. — PERS. *Syn Fung. p.* 322. *Mycol. europ.* 3. 1 *p.* 187. — *Fl. Dan. tab.* 1910. *fig.* 1.

Sulphureus, subfoetidus! Pileus demum plano-depressus, 1—2½′ lat. Lamellae primo adnatae, dein subdecurrentes, 2—3″ lat. Stipes 2—2½′ long., 1—2″ cras., utplurimum laevis, sed etiam fuligineo-fibrilloso-squamulosus, subinde curvatus l. flexuosus.

b. pileo lateritio.

Pileus carnosus, margine tenui, convexus, lateritius, marginem versus lateritio-ochraceus, floccoso-subsericeus, 2—2½′ lat. Lamellae emarginato-adnatae, crassiusculae, subdistantes, 2—2½″ lat., sulphureae. Stipes 3—4, long., 3—4″ cras., fibrillosus, jun. farctus, dein cavus, strictus l. flexuosus, extus intusque sulphureus.

Utraque var. ad truncos alneos et ad terram haud frequens. Auctum.

109. *A. decorus Fr.* Pileo carnoso, convexo, dein explanato, luteo, squamulis nigricantibus obsito; lamellis emarginato-subadnatis, subconfertis, flocculoso-crenu-

Digitized by Google

latis stipiteque subcavo subsquamuloso, aequali, pileo concolori.

A. decorus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 108. — A. flavovirens Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 25. — A. aureus Schaeff. *tab.* 41.

Pileus 1—3′ lat., subinde inaequalis, margine pellucente, adultus subdepressus. Lamellae 2—3′ lat. Stipes 1—2′ long., 1—2″ cras., rectus l. incurvatus, jun. farctus, dein cavus, apice albo-pulverulentus.

Ad truncos carie consumtos Pini Abietis bis legi. Aug. Sept.

*β. adliciens Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, piloso-squamoso, dilute aurantiaco l. badio; lamellis emarginato-adnatis, confertis stipiteque squamuloso, fistuloso luteo-vitellinis.

Elegans! Pileus 1—2′ lat., siccus. Lamellae 2″ lat., in statu sicco crispatae. Stipes 1—3′ long., 2—3″ cras., infra pileum glaber, ceterum squamulosus et versus basin paullo incrassatus. Sporidia sat copiosa, alba.

Ad ligna pinea putrida an. 1818 prope Gatschinam observavi. Aug.

110. *A. arcuatus. Bull.* Pileo carnoso, convexo, demum plano l. subdepresso, dilute griseo l. testaceo-rufescente, disco obscuriore squamuloso; lamellis emarginato-adnatis, subdecurrentibus, confertis; stipite farcto, tereti, fibrilloso-striato, basi paullo incrassato.

A. arcuatus Bull. *Champ. tab.* 443 *et tab.* 589. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 181. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 109. Pers. *Syn. Fung. p.* 303. — A. guttatus Schaeff. *tab.* 240.

Digitized by Google

— A. CONSPICUUS LASCH *in Linnaea* 1829. *Fasc.* 4. *p.* 522.

Gregarius. Pileus saepe margine inaequalis, obtuse-umbonatus, 1½—2′ lat. Lamellae albae, margine subundulatae, subfragiles, 2—3″ lat. Stipes 2′ et ultra long., strictus l. curvatus, 3—4″ cras. Caro dilute-brunea, fibrillosa. (Dr. Bongard *in Ms.*)

In graminosis prope Petropolim observavit celeb. DR. BONGARD.

111. *A. farinaceus Huds.* Pileo leviter carnoso, convexo l. campanulato, tenaci, squamuloso; lamellis adnatis l. subdecurrentibus, carneo-roseis, distantibus, crassiusculis; stipite aequali, elongato, subfibrilloso.

a. pileo rufo l. carneo, sicco subochraceo. — A. FARINACEUS BOLT. *tab.* 64. — PERS. *Syn. Fung. p.* 453. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 199. — *Fr. Syst. myc.* 1. *p.* 106. — A. ROSELLUS et A. SUBCARNEUS BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 19. *fig.* 99. 100. — A. LACCATUS SCHAEFF. *tab.* 13. — A. JANTHINUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 298.

Pileus forma valde variabilis, 1—5′ latus, tuberculosus, demum fere totus explanatus et margine varie flexus. Lamellae 1—5″ et ultra latae, semper carneo-roseae. Stipes 3—5′ long., teres aut compressus, strictus et flexuosus.

b. pileo amethystino, sicco canescente. — A. AMETHYSTINUS BULL. *Champ. tab.* 198. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 171. — BOLT. *Fung. tab.* 63. — FL. *Dan. tab.* 1249 *et tab.* 1250. — PERS. *Syn. Fung. p.* 465. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 227. — A. LACCATUS *b. Fr. l. c. p.* 107.

Pileus convexus, demum fere planus, carnoſo-membranaceus, humidus striatus, siccus expallens. Lamellae emarginato-adnexae, ventricosae, albido-violaceae, ſubserrulatae. Stipes cartilagineus, 2—2½′ long., 1—2″ cras., nitidus, glaberrimus, baſi albo-villosus.

Ad terram humosam et in foliorum acervis in sylvis umbrosis ubique vulgaris. Aestat. Auctum.

112. *A. platyphyllus* Pers. Pileo carnoso, membranaceo, convexo, demum plano, cinereo-albido, nigrescente-striatulo; lamellis rotundatis, acute-adnexis, candidis; stipite subfarcto, aequali, striatulo, radicato.

A. platyphyllus Pers. *Syn. Fung.* p. 362. *Mycol. europ.* 3. 1. p. 141 (*excluso synon.* Raddiano). — Fr. *Syst. myc.* 1. p. 117. *Observ. myc.* 2. p. 104. — Buxb. *Cent.* 4. p. 12. *tab.* 18. — A. grammocephalus Bull. *Champ. tab.* 594.

Fragilis. Pileus fere membranaceus, 2—4′ lat. Lamellae 5—10″ lat. Stipes 3—3½′ long., primo farctus, dein cavus, 4—6″ cras., radicatus.

Ad truncos putridos Betulae et Alni, sed parce. Jul. — Sept.

*Subtrib. III.* Hygrocybi. Stipes nudus, arrhizus, epidermide similari. Pileus subcarnosus, glaber, subhumidus l. viscidulus. Lamellae variae.

1. Opaci.

113. *A. pratensis* Pers. Pileo carnoso, compacto, convexo-expanso, glabro, lamellis decurrentibus, crassiusculis, distantibus; stipite farcto, deorsum attenuato, sursum cavo.

Digitized by Google

A. PRATENSIS PERS. *Syn. Fung. p.* 304. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 97. — LENZ *Abbild. p.* 43. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 99. *Observ. myc.* 2. *p* 116. — *An* A. NIVOSUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 292?

a. pileo flavescente. A. MINIATUS SCHAEFF. *tab.* 313. — A. FICOIDES BULL. *Champ. tab.* 587. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 173. — A. FULVOSUS BOLT. *tab.* 56. — MART. *Fl. mosq. p.* 236. —

b. pileo cinereo. — A. PRATENSIS *β. cinereus* PERS. *l. c.*

Pileus cinereus, subnitidus. Lamellae albae.

c. totus albus. — A. CLAVAEFORMIS SCHAEFF. *tab.* 307.

Pileus nonnunquam umbonatus, umbone lutescente, ½—2′ lat. Lamellae longe decurrentes, 1″ et ultra latae. Stipes 1—1½′ long., 1—2″ cras., strictus l. flexuosus.

Nascitur in pratis tam siccis quam humidis frequentissime. Aest. Auctum.

114. *A. virgineus Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo, humido, demum plano, subumbilicato, margine striato; lamellis crassiusculis, distantibus, decurrentibus, venoso-connexis; stipite fistuloso, deorsum attenuato.

A. VIRGINEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 456. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 100 (*exclusis formis et synon.*) — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 100. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 168. — A. NIVEUS SCHAEFF. *tab.* 232 *bene!* — A. ERICEUS BULL. *Champ. tab.* 551. *fig.* 1. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 266.

Gregarius, candidus. Pileus ½—1½′ lat., disco tantum carnoso. Lamellae 1—4″ lat. Stipes 1½—2½′ long., 2—3″ cras., flaccidus, sericeo-nitens. — Ruthenis non cibarius!

Digitized by Google

Hab. in collibus ericetosis muscosis parce. Auctum.

115. *A. unguinosus Fr.* Pileo leviter carnoso, campanulato-convexo, obtuso, laevi, livido; lamellis adnatis, distantibus, ventricosis, albis; stipite fistuloso, undique paullo attenuato, pileo concolori.

A. UNGUINOSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 101. — A. IRRIGATUS *β? unguinosus* PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 231. — A. NITENS *ib. p.* 214?

Subsolitarius. Pileus 1—1½′ lat., glutine tenaci collinitus. Lamellae 2—3″ lat., venoso-connexae. Stipes 2′ et ultra long., 2—3″ cras.

In betuletis humidiusculis prope Gatschinam aliquoties. Auctum.

2. Nitentes.

116. *A. coccineus Pers.* Pileo disco carnoso, margine tenui, convexo, dein subplano, viscoso; lamellis arcuato-adnato-subdecurrentibus, connexis, versicoloribus; stipite cavo, striato, subcompresso, coccineo, basi flavo.

A. COCCINEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 334. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 235. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 105. — A. KERMESINUS *Fl. Dan. tab.* 715. — A. SCARLATINUS BULL. *Champ. tab.* 570. *fig.* 2 (*praecipue fig. S. T. Y. X. fungum nostrum bene repraesentant!*). — MART. *Fl. mosq. p.* 237.

Subgregarius. Pileus jove pluvio valde viscosus, adultus subinde depressus, 1—2½′ lat. et coelo sereno siccus, expallens. Lamellae crassiusculae, jun. cum pileo eleganter coccineae, adultae medio flavae, mar-

Digitized by Google

gine glaucescentes, 2—4″ lat. Stipes 2—3′ long., 3—4″ cras., inaequalis.

In pratis et collibus raro. Exeunte Jul. Aug. — Prope Mosquam. (Martius.)

117. *A. miniatus Fr.* Pileo leviter carnoso, convexo, umbilicato, humido, miniato; lamellis adnatis, crassiusculis, distantibus, lutescentibus; stipite pileo concolori, aequali, apice fistuloso, basi solido.

A. miniatus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 105. — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 236 (A. puniceus * *miniatus*). — A. glutinosus *Fl. Dan. tab.* 1009. *fig.* 2. *sinistra* (*exacte!*).

Gregarius, elegans! Pileus 3″—1′ lat., fibrillis flavicantibus vestitus, margine integro l. crenulato. Lamellae 3—4″ lat., subinde emarginato-adnatae.

Hab. in sylvis muscosis, humidis, antecedente frequentior. Auctum.

118. *A. psittacinus Schaeff.* Pileo disco carnoso, margine tenui, campanulato, dein expanso, obtuse umbonato, viridi-lutescente, viscido; lamellis adnatis, crassis, subdistantibus; ventricosis; stipite subcavo, subaequali, laevi.

A. psittacinus Schaeff. *tab.* 301. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 102. — Pers. *Syn. Fung. p.* 335. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 233. — A. chameleon Bull. *Champ. tab.* 545. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 180.

Pileus 1—1½′ lat., demum margine striatus, colore varius. Lamellae 2—3″ et ultra lat. Stipes 1—2′ long., 1—2″ cras., sursum paullo attenuatus.

In versuris agrorum semel an. 1822. medio Sept.

Digitized by Google

119. *A. conicus Schaeff.* Pileo leviter carnoso conico, acuto, dein plano l. revoluto, sublobato, viscido; lamellis albido-lutescentibus, ventricosis, liberis; stipite subcylindrico, striato.

A. CONICUS SCHAEFF. *tab.* 2 *et tab.* 26? — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 103. — PERS. *Syn. Fung. p.* 335. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 234. — A. CROCEUS BULL. *Champ. tab.* 50.

a. pileo citrino. — FL. DAN. *tab.* 599. — A. HYACINTHUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 7. *fig.* 28. *b.* — A. FASTIGIATUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 291.

b. pileo demum nigrescente. — A. TRISTIS PERS. — BULL. *Champ. tab.* 524. *fig.* 3. — SCHAEFF. *l. c. fig* 9.

c. pileo coccineo. — BATSCH *l. c. fig.* 28. *a.* — A. AURANTIUS BOLT. *tab.* 67. *fig.* 2.

Solitarius, aquosus, fragilis. Pileus 1—2′ lat., saepe varie formatus. Lamellae albae, flavae, fuligineae, 1—2″ lat. Stipes 1—3′ long., 1—3″ et ultra cras., subinde sursum attenuatus.

In pratis, fruticetis, tam siccis, quam humidis, post largas pluvias aestivales copiose.

*Subtrib.* IV. CHONDROPODES. Stipes radicatus, epidermide cartilaginea corticatus, fistulosus aut jun. floccis farctus. Pileus carnosus, tenax, glaber, planiusculus. Lamellae subconfertae, subliberae. *Epiphyti.*

120. *A. velutipes Curt.* Pileo disco carnoso, margine tenui, pellucente-striato, convexo, dein fere plano, flavescente, glutinoso; lamellis adnatis, subdistantibus, ventri-

Digitized by Google

cosis, pallide lutescentibus; stipite incurvo, subaequali, tenaci, velutino, nigrescente badio.

A. VELUTIPES CURT. *Bolt. tab.* 15. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 119. — PERS. *Syn. Fung. p.* 314. — *Mycol. europ.* 3. *p.* 148. — A. NIGRIPES BULL. *Champ. tab.* 344. *fig* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 159.

Tenax. Pileus 1—3′ lat., saepe repandus et sinuatus. Lamellae 2—5″ lat., primitus albae, dein pallide-lutescentes, adultae obscuriores. Stipes teres et compressus, jun. farctus, dein plus minus cavus, 2—4′ long., 1—3″ cras.

*β. Sphinx Batsch* Elench. Fung. tab. 22. fig. 112 a. b.

Antecedente pallidior; stipite glabriusculo, squamuloso; radice longissima.

In truncis putridis, apprime salicinos. Sero auctumno.

121. *A. oedematopus Schaeff.* Pileo carnoso, conico-campanulato, rufo, pulverulento, margine involuto; lamellis arcuato-decurrentibus stipiteque solido, undique attenuato, pulverulento rufescentibus.

A. OEDEMATOPUS SCHAEFF. *tab.* 259. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 96. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 15. — A. FUSIFORMIS BULL. *Champ. tab.* 76. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 177. — A. BULBOSUS PALL. *Russ. Reis.* 1. *p.* 503. *tab.* 9. *fig.* 2. — A. DAUCIPES PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p* 147.

Pileus rufus l. alutaceo-rufescens, 1—1¼′ lat. Lamellae confertae, angustae. Stipes 2—4′ long., medio ventricosus, pileo concolor l. dilutior. (v. ic.)

In nemorum locis umbrosissimis suffocatis ligno putrido innascitur (PALLAS l. c.).

Digitized by Google

**122.** ***A. maculatus Alb. et Schw.*** **Pileo carnoso, convexo, obtuso, dein plano, albo, fusco-maculato; lamellis emarginatis,** serrulatis; stipite longo, fistuloso, deorsum attenuato, fibrilloso.

A. MACULATUS ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 186. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 45. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 17. — A. FUSIPES *b.* FR. *l. c. p.* 122. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 115.

Totus candidus, sed est quasi vulneratus l. detritus, rufo-maculatus. Odor et sapor acidulus. Pileus 2 — 3½′ lat., margine subinde flexuosus l. undulatus. Lamellae 2″ lat., lineares, confertissimae, adultiores albido-pallescentes. Stipes 5 — 7′ long., radicatus, 2—4″ cras., cartilagineo-corticatus, subtenax, utplurimum aequalis.

Hab. In pinetis inter muscos majores subhumidos et inter rejectamenta lignea haud frequens.

123. *A. fusipes Bull.* Pileo leviter carnoso, hemisphaerico l. campanulato, dilute rufescente; lamellis subliberis, serratis, albido-rufescentibus; stipite pileo concolore, basin versus ventricoso, cavo, sulcato, albido-radicato.

A. FUSIPES BULL. *Champ. tab.* 516. *fig.* 2. — DC. *Fl. franç.* 3. 1. *p.* 176. — FR. *Syst. myc.* 1. 120. — PERS. *Syn. Fung. p.* 312. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 146. — LENZ *Abbild. p.* 43. — A. CRASSIPES SCHAEFF. *tab.* 87 *et* 88. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 292.

Subgregarius, variabilis et sapor acidus. Pileus 2—3′ lat., junior tenuissime fibrillosus. Lamellae levissime

Digitized by Google

adnatae l. potius emarginatae, 2—3″ lat. Stipes 4—5′ long., saepe albo-pruinatus.

Inter ramenta lignea hortorum semel tantum. Sept.

124. *A. butyraceus Bull.* Pileo carnoso, convexo, demum subplano, umbilicato, rufo-bruneo; lamellis rotundato-emarginato-adnatis, confertis, albis, crenulatis; stipite cartilagineo-corticato, floccoso-farcto, pileo dilutiore, substriato, basi incrassato, tomentoso.

A. BUTYRACEUS BULL. *Champ. tab.* 572 *eximie!* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 121. — *Observ. myc.* 1. *p.* 123. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 181. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 4. *tab.* 5. *fig.* 1. — A. LEUCOPHYLLUS et TRICHOPUS PERS. *Syn. Fung. p.* 308 *et* 309. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 138.

Pileus initio margine involutus, mox planus, saepe obtuse umbonatus, jove pluvio viscidus, ceterum laevis, glaber, siccus badius l. rufus (etiam album et albido-incarnatum vidi), 2—3′ lat. Lamellae 1—3″ lat., confertae, candidae l. albae. Stipes 2—4′ long., intus medulla candida, fere sericeo-gossypina farctus, apice 2—3″, ad basin 4—6″ cras., teres, subinde tortus.

In sylvis ad terram et in acervis foliorum passim. Aest. Auct.

125. *A. asemus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, subgloboso, dein expanso, fuligineo-livido, margine dilutiore, substriato; lamellis rotundatis, liberis, candidis; stipite subfistuloso, aequali, tenaci, pileo concolori, striato.

A. ASEMUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 121. — A. BUTYRACEUS *β.* ASEMUS FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 124.

10

Subfragilis. Pileus 2—3′ lat., demum expallens, dilutior. Lamellae a stipite remotae, confertissimae, integerrimae, 2—3″ lat. Stipes tenax, fere aequalis, jun. farctus, adultior leviter fistulosus, basi subvillosus.

Hab. in sylvis inter folia decidua hinc inde. Sept. Octob.

**126.** *A. contortus Bull.* Pileo carnoso, convexo, obtuse-umbonato, orbiculari, margine involuto, rufo-bruneo, sicco ruguloso; lamellis liberis, confertis, albis; stipite pileo concolori, aequali, contorto, subfistuloso.

A. CONTORTUS BULL. *Champ. tab.* 36 *optime!* DECAND. *Fl. fr.* 2. *p.* 185. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 122.

Caespitosus. Pileus 1½—2′ lat., demum planiusculus. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 4—5″ long., 2″ et ultra cras., spiraliter tortus.

Ad truncos putridos prope Petropolim legit Celeb. DR. BONGARD. Vidi *sic. in herbar. Academ. scient. petrop.*

**127.** *A. confluens Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, campanulato, albido, sericeo; lamellis confertissimis, albis; stipite fistuloso, rufescente, villoso-pulverulento, subcompresso.

A. CONFLUENS PERS. *Syn. Fung. p.* 368. — *Icon. et descript. Fasc.* 1. *p.* 15. *tab.* 5. *fig.* 1. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 134. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 123. — *Observ. myc.* 1. *p.* 11. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 13. *tab.* 20.

Pileus tenuis, mollis, subfragilis, siccus, subtenax, initio haemisphaericus, dein magis explanatus, albidus l. dilute-incarnatus, 1—2′ lat. Lamellae angustae, vix

Digitized by Google

ultra 1‴ lat. Stipes 3—5′ long., nunc teres, nunc compressus, utplurimum rufescens, tenax.

Hab. in sylvis ad terram umbrosam, inter folia decidua et in truncis carie consumtis passim. Aestate, Auctum.

128. *A. xanthopus Fr.* Pileo leviter carnoso-membrananacco, planiusculo, margine subinvoluto, glabro, lutescente; lamellis liberis, albidis; stipite longo, fistuloso, aequali, pileo concolori.

A. XANTHOPUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 124. — *Observ. myc.* 1. *p.* 12 *exacto!*

Gregarius. Pileus 1—2′ lat., tenax, substriatus. Lamellae 1—2″ lat., subconfertae. Stipes 4—6′ long., glaber, ad basin tantum villosiusculus, 2—3″ cras., sursum subinde paullo attenuatus. Exsiccatus parum rufescit!

In pinetis in vicinitate truncorum, semel. Aestate.

129. *A. dryophilus Bull.* Pileo subcarnoso, convexo, demum explanato, subinde depresso, glabro; lamellis subadnatis, albis, confertis; stipite pileo concolori, fistuloso, glabro, aequali l. basi incrassato.

A. DRYOPHILUS BULL. *Champ. tab.* 434 *eximie!* — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 166. — PERS. *Syn. Fung. p.* 452. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 149. — A. OCHRACEUS SCHAEFF. *tab.* 255. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 124. — FL. DAN. *tab.* 2019. *fig.* 1. — FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 18. — A. MELLEUS SCHAEFF. *tab.* 45.

Valde variabilis! Pileus 1—3′ lat., colore varius. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 2—3′ long., 1—3″ cras., aequalis aut basi incrassatus.

Digitized by Google

Hab. in sylvis ad terram muscosam et inter folia decidua frequens. Aest. Auctum.

*β. Funicularis Fr. l. c.* Pileus carnoso-coriaceus, jun. convexus, dein planiusculus, dilute-ochraceus, glaber, siccus, subnitens. Lamellae sulphureae, liberae, confertae, integerrimae, 1—1½″ lat. Stipes 1—2′ long., 1″ cras., teres l. compressus, ad basin albo-villosiusculus. Sapor et odor nullus.

In sylvis ad terram et in acervis foliorum una vice. Sept.

*γ. lupuletorum Weinm. Sylloge plant. nov. 2. p.* 88. Pileus carnoso-membranaceus, jun. subhemisphaericus, albescens, dein planiusculus, pallescens l. dilute-alutaceus, siccus, glaber, 1—1½′ lat. Stipes ½—1½′ longus, apice 2″, basin versus vix 1″ cras., supra albus, infra saepe dilute brunescens, albo-pulverulentus, l. leviter squamulosus. Lamellae adnatae! albae, 1—2″ lat. An spec. propria?

Inter folia putrida et fimum in lupuletis rusticorum per 4 annos observavi.

*δ. gracilis Weinm.* Pileus hemisphaerico-campanulatus, carnoso-membranaceus, pallide-alutaceus, glaber, dein magis planiusculus, humidus pallide-ochraceus, siccus expallens, dilute-fuligineus. Lamellae juniores albae, dein dilute-cinereae, adnatae!, 1—2″ lat. Stipes 9—14″ long., 1″ fere cras., fragilis, basin versus paullo incrassatus, pallidus.

In acervis foliorum prope Gatschinam. Sept.

130. *A. conigenus Pers.* Pileo leviter carnoso, convexo,

minute-umbonato, dein subdepresso, subruguloso; lamellis angustis, confertis, acute-adnatis, albis; stipite fistuloso, tenaci, albo-pulverulento, basin versus strigoso-radicato.

a. pileo fuligineo-livido. — A. CONIGENUS PERS. *Syn. Fung.* *p.* 288. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 152. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 152. — *Observ. mycol.* 1. *p.* 36. — BUXB. *Cent.* 1. *p.* 36. *tab.* 57. *fig.* 2.

b. pileo pallescente. — A. CONIGENUS *β*; *pallens* ALB. et SCHW. *Consp. fung.* *p.* 195.

Gregarius. Pileus 1—10″ lat., laevis. Lamellae valde confertae, tenues. Stipes ½—2½′ long., pileo concolor, tenuis, aequalis, jun. farctus, demum cavus.

a: in conis Pini prope Petropolim legit Celeb. DR. BONGARD.

b: in acervis acuum prope Gatschinam an. 1822 legi. Auctum.

*β. porcinus* *Fr. l. c.* Pileus subcarnosus, convexus, laevis, subumbonatus, margine substriatus, luteo-fuscescens. Caro tenuis, albida l. pileo concolor. Lamellae albidae, dein lutescentes, subliberae, 1″ lat. Stipes 1½—2′ long., compressus, lutescens, basi paullo incrassatus, albo-fibrilloso-hirsutus.

In corticibus et acubus Pinorum prope Petropolim observavit DR. BONGARD.

131. *A. macilentus* *Fr.* Pileo disco subcarnoso, margine membranaceo, convexo, laevi, luteo; lamellis subliberis,

conſertissimis, linearibus stipiteque subſistuloſo, nudo, ſlavis.

A. MACILENTUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 131. — PERS. *Myc. europ.* 3. 1. *p.* 150.

Subtenax et elegans. Pileus ½—¾′ lat., initio convexus, dein planus, obtusus. Lamellae ½—1″ lat. Stipes 1—1½′ long., vix 1″ cras., aequalis, basi ſistulosus, apice ſarctus.

In sylvis mixtis ad montem Duderhow. Augusto.

8. OMPHALIA. Velum plane nullum. Stipes ſarctus, dein ſere plerumque cavus, ſibroso-corticatus, non bulbosus. Pileus leviter carnosus l. submembranaceus l. vere umbilicatus totus inſundibuliſormis, margine primum reflexo. Caro tenuis, mollis, subſragilis. Lamellae a pileo discretae, subdecurrentes, saltim adnatae (nec liberae), integerrimae, medio latiores, utrinque attenuatae, acutae.

*Subtrib.* I. INFUNDIBULIFORMES. Pileus jun. convexulus, dein inſundibuliſormis. Lamellae ſere decurrentes, conſertae.

132. *A. gilvus Pers.* Pileo carnoso, convexo, minute umbilicato, demum inſundibuliſormi, margine involuto, laevi, gilvo; lamellis decurrentibus, conſertis, pallidioribus; stipite pileo concolori, ſarcto, basi villoso.

A. GILVUS PERS. *Syn. Fung. p.* 448. (*exclusis synon.* BULL. et SOW.) — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 58. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 80. — FL. *Dan. tab.* 1606. *var.* — A. CYATHIFORMIS *Fl. Dan. tab.* 1011. (*noster ſungus stipite solido*

*gaudet; ceterum bene.*). — A. CINNAMOMEUS BOLT. *tab.* 22 *minus bene!* — A. GILVUS MART. *Fl. mosq. p.* 240. —

Pileus rigidus, satis ſirmus, humidus, siccus subnitens, subinde maculatus, 2—4′ et ultra lat. Caro 2—4″ cras., pileo subconcolor. Lamellae 1—2″ lat., subinde ramosae. Stipes 2—3′ long. 3—5″ cras., extus intusque concolor.

In pinetis inter muscos et in acervis foliorum. Aug. Sept.

133. *A. flaccidus Sowerb.* Pileo disco leviter carnoso, ceterum fere membranaceo, obtuso, primo plano, orbiculari, dein depresso, margine deflexo, pallescente; lamellis leviter decurrentibus, confertissimis, albidis; stipite cartilagineo corticato, demum ſistuloso.

A. FLACCIDUS SOWERB. — FR. *Elench. Fung. p.* 11. *Syst. myc.* 1. *p.* 81. (*excluso Synon. Bull.*). — A. GILVUS β? *flaccidus* PERS. *Syn. Fung. p.* 449. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 58 (*excluso synon. Bull.*).

Gregarius, jun. albidus, dein pallidus; odor nullus. Pileus laevis, glaber, 1—3′ lat. Lamellae postice attenuatae, 1—1¼″ lat. Stipes 1½—2′ long., 1—2″ cras., aequalis l. deorsum paullo incrassatus, pileo concolor, laevis, glaber.

b. pileo albo.

c. dilute-incarnatus; lamellae albae.

d. alutaceus; lamellae albidae.

β. *splendens Pers.* Pileo leviter carnoso, plano-depresso, incarnato-alutaceo, guttulis crustallino-splendentibus ornato; lamellis confertissimis, decurrentibus, albis; stipite farcto, curvato, pileo subconcolori.

A. SPLENDENS PERS. *Syn. Fung. p.* 452. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 56. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 84. — *Linnaea* 1830. *fasc.* 5. *p.* 704.

Subgregarius, elegans. Pileus 2—3′ lat. Caro albida, subinde compacta. Lamellae 1—1¼″ lat., initio albae, dein pallescentes. Stipes 1½′ et ultra long., 4—5″ cras., basi albo villosus. Odor non ingratus, sed sapor.

Hab. in pinetis ad terram et inter folia decidua hinc inde. Aug. Sept.

134. *A. infundibuliformis Fr.* Pileo disco carnoso, infundibuliformi, margine tenui, involuto et subinde striato, subsericeo; lamellis decurrentibus, albidis; stipite spongioso-farcto, basi albo-villoso.

A. INFUNDIBULIFORMIS FR. *Syst. Orb. Veg.* 1. *p.* 70. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 14. — BULL. *Champ. tab.* 286. — A. GIBBUS PERS. *Syn. Fung. p.* 449. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 59 *et* A. SUAVIS *ib.* — *Linnaea* 1830. *fasc.* 5. *p.* 704. — SCHAEFF. *tab.* 212.

Gregarius; odor gratus, debilis. Pileus 2—3½′ lat., siccus expallens, incarnatus, incarnato-alutaceus, albus. Lamellae 1—2″ lat., subinde basi anastomosantes et furcatae. Stipes 2—3′ long., 2—3″ supra crassus.

b. pileo alutaceo; lamellis fuligineis.

*β. maximus Alb. et Schw.* Pileo carnoso, hemisphaerico, demum plano l. infundibuliformi, pallide-alutaceo, fibrilloso-flocculoso l. squamuloso, margine tenuiori, sericeo; lamellis adnato-decurrentibus, aluta-

Digitized by Google

ceo-fuscescentibus; stipite spongioso-farcto, elastico, sursum attenuato, crasso, albido-villoso.

A. MAXIMUS ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 215. — A. GIGANTEUS PERS. *Mycol europ.* 3. 1. *p.* 70. — WEINM. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 86.

Compactus, elasticus. Pileus margine involutus, siccus nitens, 4—6′ lat. Substantia nivea, crassa, marginem versus evanescens. Lamellae initio sordide-albae, mox dilute fuscescentes, 2—4″ lat., confertissimae, subinde ad basin confluentes, furcatae. Stipes 3—4′ long., apice 1¼′, basin versus 1½—2′ et ultra cras.

γ. pileo firmo, planiusculo, late et obtuse umbonato. — A. GEOTROPUS BULL.

Pileo carnoso, convexo, glabro, late- et obtuse-umbonato, fuligineo, dein infundibuliformi, lamellis decurrentibus; stipite sursum attenuato, fibrilloso, elastico, farcto.

A. GEOTROPUS BULL. *Champ. tab.* 573. *fig.* 2. *exacte! exclusa fig. A. (nam album numquam vidi).*

Pileus primitus convexus, margine involutus, dein planus, nigrescente-fuligineus, umbone crasso, obtuso; demum infundibuliformis, subhumidus, 3—4′ lat., glaber, expallens. Lamellae 1″ et paulo ultra lat., confertissimae. Stipes 2—3′ long., 4—5″ cras., raro aequalis, dilute-fuligineus l. pileo concolor, strictus, firmus, floccoso-spongioso-farctus.

Amant omnes hae enumeratae formae loca umbrosa et foliorum acervos in sylvis mixtis et acerosis. Aestate pluviosa, autum.



Digitized by Google

135. *A. squamulosus Pers.* Pileo leviter carnoso, obtuso, fuscescente-alutaceo, dein infundibuliformi, minute squamuloso; lamellis decurrentibus, subdistantibus, albidis; stipite tenaci, farcto, fibrilloso, deorsum incrassato.

A. squamulosus Pers. *Syn. Fung. p.* 449. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 450. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 82. — *Observ. mycol.* 2. *p.* 197. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 14.

Pileus 2—2½′ lat., subflaccidus, minute-umbonatus. Lamellae crassiusculae, 1—1½″ lat. Stipes 1½—2′ long., basi leviter villosus.

In pinetis ad Tosnam et prope Koirowam. Jul. Aug.

136. *A. maurus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo, profunde-umbilicato, substriato, cinereo-fuligineo, sericeo-nitente; lamellis decurrentibus, candidis; stipite pileo subconcolore, subfistuloso, rigido.

A. maurus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 168. — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 77. — Buxb. *Cent.* 4. *p.* 2. *tab.* 3. *fig.* 1 (*noster fungus minor*).

Gregarius. Pileus ½—1′ et paulo ultra lat., siccus expallens. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 1—1¼′ long., 1—1½″ cras., jun. floccoso-farctus, adultior fistulosus.

In sylvis humidis, locis carbonatis aliquoties. Aug. Sept.

137. *A. phyllophilus Pers.* Pileo leviter carnoso, umbilicato, dein infundibuliformi, laevi; lamellis subdecurrentibus, subconfertis; stipite laevi, fistuloso, basi incurvo, villoso.

A. phyllophilus Pers. *Syn. Fung. p.* 457. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 71. (*excluso synon.* Bull.) — Fr. *Syst*

*myc.* 1. *p.* 83. — *Observ. myc.* 1. *p.* 78. — Fl. Dan. *tab.* 1847. — A. subulatus et hydrogrammus Schum. *Saell.* 2. *p.* 266 *et* 300.

Candidus. Pileus 2 — 3′ lat., margine saepe deflexus. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 2—3′ long., glaber, radice subfusiformi instructus.

Hab in pinetis ad terram raro. Jul. — Sept.

*Subtrib.* II. Cyathiformes. Pileus carnoso-membranaceus, convexo - depressus, demum cyathiformis. Lamellae adnatae, plus minus distantes.

238. *A. cyathiformis Bull.* Pileo subcarnoso-membranaceo, cyathiformi, nigrescente-umbrino, margine reflexo, laevi, glabro; lamellis adnatis, cinerascentibus, distantibus; stipite sursum attenuato, pileo concolori, elastico, basi albo-villoso.

A. cyathiformis Bull. *Champ. tab.* 568 *bene! et tab.* 775. *fig. M. eximie!* — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 173. — A. tardus Pers. *Syn. Fung. p.* 461. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 80. — A. platyceps *ib. p.* 79 *et* A. aereus *ib. p.* 83. *var.* — A. sordidus Bolt. *tab.* 59. — A. cyathiformis Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 326. — A. obcampanulatus *ib. p.* 329 *et* A. umbrinus *ib. p.* 281.

b. cucullatus. — Bull. *Champ. tab.* 575. *fig. n. optime!*

c. aithopus. — Nees *Syst. tab.* 23. *fig.* 192.

Subtenax. Pileus 2—4′ lat., humidus nigrescente-umbrinus, fuscescens, dilute incarnatus, siccus expallens. Lamellae 2—3″ lat., subinde furcatae. Stipes 2—3′ long., 1—3″ cras., glabriusculus l. totus albo-fibrillosus, basi albo-villosus, plus minus incrassatus.

Praeamat loca umbrosa, tam in acerosis, quam in frondosis, ubi inter muscos et rejectamenta lignea passim frequens. Aug. — Octob.

139. *A. expallens Pers.* Pileo subcarnoso, umbilicato, margine striato, glabro, nigrescente, sicco expallente subcinereo; lamellis adnato-subdecurrentibus, subdistantibus; stipite farcto, aequali, tenaci, glabro.

A. EXPALLENS PERS. *Syn. Fung. p.* 461. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 81. (*excluso synon. Fries.*) — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 172. — *Observ. myc.* 1. *p.* 80. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 3. *tab.* 3. *fig.* 2.

Pileus jun. convexus, umbilicatus, demum depressus, humidus striatus, 1—1½′ lat. Lamellae 1—2″ lat., jun. albae, dein cinereae. Stipes 1—1¼′ long., lamellis paulo obscurior, deorsum subinde albo-villosus.

In sylvis ad terram muscosam parce. Autum.

140. *A. metachrous Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, subconvexo, umbilicato, dein subdepresso, glabro, laevi, lamellis adnatis, confertis, albidis; stipite dein cavo, aequali, tenaci, sursum pruinato.

A. METACHROUS FR. *Syst. myc.* 1. *p* 172. — A. CYATHIFORMIS BULL. *Champ. tab.* 248. *fig. B. et C.* (*nam album nondum vidi.*) — A. DICOLOR PERS. *Syn. Fung. p.* 462. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 82. — A. TARDUS *β. aggregatus ib. p.* 80.

Inodorus. Pileus subpellucidus, 1—1½′ lat., dilute fuligineus l. cinereus, subalutaceus, humidus striatus. Lamellae tenues, albidae l. albido-cinereae. Stipes 1½—2′ long., teres l. compressus.

In sylvaticis ad terram muscosam parce. Autum.

141. *A. fragrans Sowerb.* Pileo subcarnoso, planiusculo, umbilicato, pellucente, sordide albo, lamellis acute adnatis, subdecurrentibus, subconfertis stipiteque basi villoso albis.

A. FRAGRANS SOWERB. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 171. — PERS. *Syn. Fung. p.* 455. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 107. *tab.* 27. *fig.* 5.

Odor gratus, aniseus. Pileus 1—1½′ lat., subflaccidus, humidus margine striatus. Lamellae vix 1″ lat. Stipes 1½—2′ long., 1—2″ cras.

b. minor; omnibus partibus minor. Odor ut in a.

Hab. a. in alnetis graminosis; b. in pinetis ad terram raro. Aug. Sept.

142. *A. diatretus Fr.* Pileo leviter carnoso, planiusculo, subumbilicato, glabro, dilute-incarnato; lamellis subdecurrentibus, candidis; stipite farcto, sursum paulo attenuato, elastico.

A. DIATRETUS FR. *Syst. myc* 1. *p.* 83. — *Observ. myc.* 2. *p.* 200. — PERS. *Mycol. europ.* 3. *p.* 57.

Pileus jun. dilute-incarnatus, adultior albidus et fere totus planus, 1—1½′ lat. Lamellae 1—2″ lat., postea pileo fere concolores. Stipes jun. albus l. candidus, deinde lamellis concolor, 1½—2′ long., aequalis, basi tantum paulo incrassatus.

Inter muscos pinetorum prope Slavienkam. Septemb.

143. *A. bifurcatus Weinm.* Pileo carnoso, convexo-plano, alutaceo-pallido, subsericeo; lamellis adnato-subdecurren-

Digitized by Google

tibus confertis, subbifurcatis stipiteque cylindrico, farcto, fibrilloso candidis.

Solitarius. Pileus jun. convexus, dein fere planus, 2½—2′ lat., siccus, margine praecipue sericeus et substriatus. Lamellae inaequales, simplices, intermixtis bifurcatis, 2—3″ lat., fragiles. Stipes 2′ longus, 3—5″ cras.

Hab. in sylvis mixtis ad terram. Augusto.

144. *A. difformis Pers.* Pileo carnoso-membranaceo planiusculo, subumbilicato, glabro, livido-exalbicante; lamellis adnato-subdecurrentibus, distantibus, dilute-cinereis; stipite aequali, glabro, albido, fistuloso.

A. DIFFORMIS PERS. *Syn. Fung. p.* 170. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 67. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 170. — *Observ. myc.* 1. *p.* 81.

Pileus jun. convexo-planus, demum subdepressus et subcinereus, 1—1¼′ lat., subinde margine lobulatus et inaequalis. Lamellae adnatae, demum ob pilei formam subdepressam subdecurrentes, 2″ et ultra lat. Stipes 2—3′ long., 1—2″ cras., tenax.

In locis subhumidis in pinetis semel tantum. Aug.

145. *A. oniscus Fr.* Pileo leviter carnoso-membranaceo, livido-expallente, sparsim striato; lamellis leviter decurrentibus, subdistantibus, albido-cinereis; stipite fistuloso, aequali, glabro.

A. ONISCUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 172. — *Observ. myc.* 2. *p.* 209. — A. TARDUS * CINEREUS PERS. *Mycol. europ.* 3. *p.* 81.

Pileus 1—1¼′ lat., et in statu adultiori remote-et elevato-striatus, unde margo fere subsulcatus. La-

Digitized by Google

mellae 1—2″ lat. Stipes 1½—2′ long., 1—2″ cras., jun. farctus, mox fistulosus.

Hab. in sylvaticis ad terram muscosam. Septemb.

*Subtrib.* III. Umbilicati. Pileus tenuis, centro depressus. Lamellae leviter decurrentes, subconfertae. Stipes rigidus.

146. *A. candicans Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo, umbilicato, albo-nitente; lamellis adnato-subdecurrentibus, subconfertis; stipite fistuloso, laevi, radicato.

A. candicans Pers. *Syn. Fung. p.* 456. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 109. (A. suaveolens b.) — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 91. — *Observ. myc.* 1. *p.* 77. — A. umbilicatus Bull. *tab.* 411. *fig.* 2. — Bolt. *tab.* 17.

Inodorus, albus. Pileus carnosus, margine tenui, ½—2′ lat., laevis, mollis, nitens. Lamellae ½—1″ lat. Stipes 1—1½′ long., 1—1½″ cras., basi saepe incurvus.

Inter folia decidua minus frequens. Aug. — Octob.

147. *A. atratus Fr.* Pileo submembranaceo, hemisphaerico, dein plano, umbilicato, laevi, glabro, nigrescente; lamellis leviter decurrentibus, albido-griseis; stipite fistuloso, brevi, glaucescente.

A. atratus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 168. — *Observ. myc.* 2. *p.* 215. — A. nigrella Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 222. — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 84. (A. atratus.)

Elegans! Pileus jun. globoso-hemisphaericus, umbilicatus, niger l. nigrescens, nitens, ½—¾′ lat. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 1′ long., ½″ et paulo ultra cras., tenax, glaber, glaucescens l. pileo concolor.

Digitized by Google

Hab. in locis deustis sylvarum, jove pluvio, passim. Aest. Autum.

148. *A. umbratilis Fr.* Pileo submembranaceo, campanulato, obtuso, fuscescente-umbrino, demum umbilicato; lamellis adnato-decurrentibus, latiusculis, subconfertis, albido-fuscescentibus; stipite pileo concolore, flocculoso-farcto.

A. UMBRATILIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 157. — A. LEPTORHIZUS PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 256.

Pileus initio hemisphaericus l. campanulatus, glaber, laevis, adultior convexus, postea subumbilicatus, margine substriatus, $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{4}$′ lat. Lamellae 1—2″ lat., primo adnatae, albidae, dein adnato-decurrentes, albo-fuscescentes. Stipes 1—1$\frac{1}{2}$′ long., teres l. compressus, subtenax, laevis.

Ad terram humosam nigram, exeunte Sept.

*β. ambustus.* Pileus convexo-planus, fuscus, margine dilutiori, striato, disco minute-papillato, demum subdepressus, $\frac{1}{2}$—1′ latus. Lamellae albo-fuscescentes, confertae, subdecurrentes. Stipes 1—1$\frac{1}{2}$′ long., $\frac{1}{2}$—1″ cras., glaber, pileo concolor, tenax.

In locis deustis sylvarum semel. Ineunte Septemb.

149. *A. Campanella Batsch.* Pileo membranaceo, hemisphaerico, umbilicato, flavo-ferrugineo, striato; lamellis decurrentibus, pallidis; stipite fistuloso, spadiceo, basin versus villoso.

A. CAMPANELLA BATSCH. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 166. — *Observ. mycol.* 1. *p.* 88. — PERS. *Syn. Fung. p.* 469. —

Digitized by Google

*Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 65. — NEES *Syst. tab.* 23. *fig.* 191. — A. FRAGILIS SCHAEFF. *tab.* 230. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 47. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 291?

Gregarius. Pileus glaber, tenax, ¼—¾′ lat. Lamellae jun. albido-pallescentes, 1″ et ultra lat. Stipes 1—2′ long., glaber, 1″ et ultra cras., adultior pileo concolor.

Ad truncos carie consumtos, apprime pineos, a primo vere in serum autumnum.

*β. badipus* **Fr.** *l. c.* Gregarius. Pileus membranaceus, convexus, fusco-ochraceus l. ferrugineus, striatus, glaber. Lamellae arcuato-decurrentes, jun. albidae, dein dilute-flavescentes, tenues, venoso-connexae. Stipes 2—3′ long., tenuis, tenax, farctus, fusco-nigrescens, in tota superficie fibrillis minutissimis fulvis conspersus et ad basin ob fibrillarum fulvarum copiam dilatatus l. incrassatus.

In pinetis subhumidis inter sphagna non infrequens. Aestate.

150. *A. pictus* **Fr.** Pileo membranaceo, campanulato, disco plano, subdepresso, discolori, fuscescente-nigro, striato; lamellis adnatis, albidis; stipite spadiceo, farcto, basi membranula radiato-laciniata imposito.

A. PICTUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 166. — *Observ. myc.* 2. *p.* 83. — A. PHIALA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 297. — FL. DAN. *tab.* 1730. — A. OLIVACEUS WEINM. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 90.

Subgregarius. Pileus 1—2″ altus, disco plano-depressus, vix 1″ lat., flavescens, et in primo statu fusco-



Digitized by Google

spadiceus. Lamellae paulo decurrentes, adultiores subgriseae. Stipes capillaris, 1—1½′ long., glaber.

Primum an. 1822 in ligno putrido, Julio legi; deinde iterum an. 1830 in cortice vetusto *Betulae albae.* Septembri.

*Subtrib.* IV. FIBULAEFORMES. Pileus submembranaceus, vere umbilicatus. Lamellae vere decurrentes distantes.

151. ***A. Epichysium Pers.*** Pileo submembranaceo, infundibuliformi, margine reflexo, striato, cinereo-nigrescente; lamellis decurrentibus, angustis, albido-cinereis; stipite aequali, farcto, cinereo, basi villoso.

A. EPICHYSIUM PERS. *Syn. Fung. p.* 462. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 85. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 169. — *Observ. myc.* 1. *p.* 82.

Pileus humidus fuligineus aut cinereo-fuligineus, siccus expallens, ½—¾′ lat. Lamellae initio albidae. Stipes 1—1½′ longus.

β. *icmadophilus Fr. et Pers. l. l. c. c.* Pileus tenuis membranaceus, infundibuliformis, humidus nigrescens, siccus, ut lamellae plane decurrentes, obscure cinereus, 2″ ad 1′ latus. Stipes farctus, 1—1¼′ long., tenuis, aequalis, basi levissime albo-fibrillosus.

Hab. a. ad truncos, praeprimis salicinos carie consumtos. β. inter sphagna raro. Aestate, autum.

152. ***A. umbelliferus Linn.*** Pileo carnoso-membranaceo, subturbinato, umbilicato, striato, lamellis decurrentibus, distantibus, basi crassioribus; stipite solido, aequali, basi pubescente.

Digitized by Google

a. albus l. stramineus.

A. UMBELLIFERUS LINN. *suec. nro.* 1192. — A. ERICETORUM FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 165. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 168. — A. PSEUDO-ANDROSACEUS BULL. *Champ. tab.* 276. — A NIVEUS FL. DAN. *tab.* 1015. *fig.* 1. — A. GROSSULUS PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 110. *tab.* 26. *fig.* 6. — A. HYGROPHILUS PERS. *ib. p.* 113. — *Vide* LINNAEA 1830. *fasc.* 5. *p.* 709. *et* FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 22.

Pileus 2—8″ lat., jun. hemisphaericus, umbilicatus, demum subturbinatus. Lamellae 1—1½′ lat. Stipes 1—1½′ long., vix 1″ cras., et in statu adultiore fuscescens.

In locis glareosis siccioribus semel an. 1833. Autum.

b. grisellus. Pileus membranaceus, infundibuliformis, fuligineo-griseus, margine striatus, 3—6″ lat., pellucens. Lamellae crassiusculae, distantes, ramoso-plicatae, albo-fuligineae. Stipes 1′ et ultra long., vix 1″ cras., fistulosus, lamellis concolor, totus albo-villosus.

A. ERICETORUM PERS. *Syn. Fung. p.* 472. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 87. — A. ERICETORUM *nigro-grisellus* ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 225.

In locis glareosis siccioribus semel an. 1833. Autum.

153. *A. muralis Sowerb.* Pileo membranaceo, umbilicato, radicato-striato, fusco-rufescente; lamellis decurrentibus, pallescentibus, distantibus; stipite apice pileo concolori, basi nigrescente.

A. MURALIS SOWERB. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 165. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 64.

Pileus primo campanulato-umbilicatus, postea subinde subinfundibuliformis, subtenax, 3—9″ lat., margine

crenulatus. Lamellae majores nonnunquam 1″ fere latae. Stipes ½—1′ long., subtenax, aequalis, primo farctus, dein cavus.

In muris vetustis, muscis (*Ceratodonte purpureo* Brid; *Barbula murali* Schwaeg. *et Barbula unguiculata* Hedw.) obtectis, jove pluvio, per totum autumnum, in unico loco horti Imperialis nostri.

154. *A. pyxidatus Bull.* Pileo submembranaceo, infundibuliformi, glabro, testaceo-rufescente, expallente; lamellis decurrentibus, subdistantibus, albido-rufescentibus; stipite subfistuloso, sursum attenuato, basi albo-villoso.

A. pyxidatus Bull. *Champ. tab.* 568. *fig.* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 171. — Nees *Syst. tab.* 23. *fig.* 192 (*fungum nostrum exacte repraesentat*). — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 164. *Observ. myc.* 2. *p.* 221 (A. ventosus). — Pers. *Syn. Fung. p.* 471. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 66. — A. turfosus Sowerb. — Pers. *ib. p.* 64 (*secundum* Fries *in* Linnaea 1830. *fasc.* 5. *p.* 705.).

Pileus (in fungis collectis) 4—6″ lat. Stipes 1′ et ultra long., jun. farctus, demum cavus.

Ante plures annos pauca exempla legi in sylvis ad montem Duderhow. Exeunte Sept.

155. *A. fibula Bull.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo, umbilicato, aurantio-flavo, glabro; lamellis decurrentibus, albidis; stipite glabro, pileo fere concolore.

A. fibula Bull. *Champ. tab.* 186 *optime! et tab.* 550. *fig.* 1.— DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 169. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 163. — Pers. *Syn. Fung. p.* 471. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 67.

Digitized by Google

Gregarius, pulchellus! Pileus 3—4″ lat., humidus striatus, siccus laevis, expallens. Lamellae tenues, subdistantes, jun. albae. Stipes ¾—1′ long., aequalis, primo farctus, postea subſistulosus et nonnunquam pilosellus.

Hab. in locis graminosis muscosis sylvarum hinc inde. Jul. — Sept.

β. *turfosus Sowerb.* var. minor. Pileo membranaceo, campanulato, umbilicato, fuscescente-griseo, sericeo-villoso, margine striato; lamellis subaequalibus, crassiusculis, decurrentibus; stipite tenui, farcto, villoso.

Gregarius, subtenax. Pileus 1—3″ lat. Stipes 1—1¼′ long., basi membranula alba insidens.

Ad terram arenosam humidam in locis elevatis ad Tosnam. Jul.

γ. *griseo-sericellus Weinm.* Pileo membranaceo, convexo, umbilicato, margine substriato, griseo-sericello, nitente; lamellis decurrentibus confertis, pallescentibus; stipite tenui, subcaesio, subſistuloso, subſibrilloso, tenaci.

Pileus 3—6″ lat. Lamellae 1″ fere latae. Stipes primo farctus, dein cavus, 1—1¼′ longus.

In sylvis ad terram muscosam. Augusto.

δ. *gracilis Weinm.* Pileo leviter carnoso-membranaceo, convexo, umbilicato, albido; lamellis adnato-decurrentibus, latiusculis, albis; stipite subſistuloso, flavescente, longo, basi radicato.

Gregarius. Pileus 1—3″ lat., umbilico dilute-ochraceo, Lamellae confertae. Stipes 3—4′ long., tenuis, subtenax, glaber, basin versus albo-villosus.

In pascuis ericetosis, inter muscos majores (Polytricha). Augusto.

Digitized by Google

156. *A. sciphoides Fr.* Pileo coriaceo-membranaceo, infundibuliformi, sericeo, integro lobatoque; lamellis decurrentibus, venoso-connexis; stipite aequali, tenui, farcto, villosiusculo.

A. sciphoides Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 163. — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 111. — Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 22.

Caespitosus, pulchellus, valde tenax, totus candidus. Pileus 4—9″ lat., jun. interdum convexus, minute-umbilicatus, mox infundibuliformis, margine aut integro aut lobato, sulcato. Lamellae satis crassae, simplices et furcatae l. crispatae. Stipes eximie candidus, ½—1′ long., ad basin nonnunquam cum reliquis connatus, ½″ et ultra cras.

In pinetis inter muscos bis legi. Septemb.

9. COLLYBIA. Velum nullum. Stipes subcorneus, fistulosus, raro flocccoso-farctus, tenacissimus, aequalis, subradicatus. Pileus coriaceo-carnosus v. membranaceus, convexo-planiusculus, demum subinde depressus, siccus; caro lenta, subinde satis crassa, saepius tenuissima. Lamellae cum pileo *homogeneae!* distantes, posticae obtusae et saepe connexae, secedenti-liberae l. in minoribus adfixae, integerrimae. Pileus expallens. Lamellae albido-pallidae; stipes saturatius coloratus, rubescens, spadiceus l. nigricans. Fr. Syst. Orb. veg. 1. p. 73.

*Subtrib.* I. Scortei. Pileus carnoso-coriaceus, convexulus. Lamellae secedenti-liberae. Stipes longiusculus, basi villosus.

Digitized by Google

157. *A. peronatus Bolt.* Pileo carnoso-membranaceo, subumbonato, demum explanato, pallide-ochraceo; lamellis stipiti approximatis, distantibus, dilute flavescentibus; stipite farcto, pileo dilutiore, deorsum radicato flavo-strigoso.

A. PERONATUS BOLT. *Fung. tab.* 58. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 126. — *Observ. myc.* 1. *p.* 23. — PERS. *Syn. Fung. p.* 331. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 137. — A. LANATUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 327.

Pileus initio dilute ochraceus, dein expallens, margine subundulatus, 1—2′ lat. Lamellae 2″ et ultra lat., subliberae, integerrimae. Stipes 1½—3′ long., 2″ et ultra cras., teres, basi incurvus, apicem versus glaber. (Dr. Bongard in Ms.)

Inter folia decidua prope Petropolim observavit DR. BONGARD.

*β. tomentellus Schum.* Pileo subcarnoso, convexo, demum applanato, humido lutescente, sicco obscure-ochraceo, subsericeo; lamellis emarginato-adnexis, subdistantibus stipiteque basi tenue tomentoso, subcavo, subaequali lutescentibus.

A. TOMENTELLUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 314. — FL. DAN. *tab.* 2018. *fig.* 2.

Pileus adultior magis applanatus, 1—2′ lat. Lamellae 3″ et ultra latae. Stipes 3—3½′ long., 1—2″ cras., aequalis l. sursum leviter attenuatus, fibrillosus, tenax.

In acervis foliorum ineunte Septemb. an. 1830 prope Slavienkam legi.

158. *A. oreades Bolt.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo-plano, obtuse-umbonato, e rufo pallescente, glabro,

margine pellucente-striato; lamellis rotundatis, liberis, distantibus, venoso-connexis stipiteque villoso-corticato, farcto pallidis.

A. OREADES BOLT. *Fung. tab.* 151. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 127. — *Observ. myc.* 1. *p.* 22. — A. PSEUDO-MOUCERON BULL. *Champ. tab.* 144 *et tab.* 528. *fig.* 2. — A. CARYOPHYLLEUS SCHAEFF. *tab.* 77. — PERS. *Syn. Fung. p.* 330 (A. COLLINUS, *exclusis synon.*). — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 144. — A. OREAS LENZ *Abbild. p.* 44. — A. MAMMOSUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 298.

Utplurimum apud nos circinatim crescens! — Tenax. Pileus 1—2′ lat., subinde subfibrillosus et margine crispatus, adultior pallidus. Lamellae crassiusculae, 2—3″ et ultra lat., adultiores crispatae. Stipes jun. albidus, dein apice pallidus, ceterum fuscescens, albo-piloso-villosus, teres l. compressus, 1—2½′ long., 1—2″ cras., radicatus. Rutheni non commedunt!

In graminosis muscosis et in versuris frequens. Jul. — Octob.

159. *A. fusco-purpureus Pers.* Pileo subcarnoso, hemisphaerico, obsolete-umbilicato, dein plano, atro-purpureo expallente; lamellis liberis, albido-rufescentibus; stipite fistuloso, rubiginoso, canaliculato, basi caudato, strigoso.

A. FUSCO-PURPUREUS PERS. *Syn. Fung. p.* 451. — *Icon. et descript. fasc.* 1. *p.* 12. *tab.* 4. *fig.* 1—3. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 137. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 128.

Pileus glaber, ½—1′ lat. Lamellae ½—1″ lat., confertae. Stipes corneus, tenax, saepe compressus, 1½—3′ long., 1—2¼″ cras.

In acervis foliorum rarissime. Autum.

Digitized by Google

*Subtrib.* II. Calopodes. Pileus subcarnoso-lentus, planus, glaber. Lamellae adnexae. Stipes *nudus*, *rufus*, l. *fulvus*.

160. *A. scorodonius Fr.* Pileo leviter carnoso, planiusculo, substriato lamellisque adnatis, subdistantibus, crispatis, ventricosis, albidis; stipite fistuloso, rufescente, glabro.

A. scorodonius Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 130. — *Observ. myc.* 1. *p.* 29. — Mich. *gen. tab.* 77. *fig.* 2. *bene.* — A. alliatus Schaeff. *tab.* 99. *exacte!* — Pers. *Syn. Fung.* *p.* 373. — A. alliaceus? l. androsaceus Friebe *oeconom.-techn. Fl. p.* 300. — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 129. — A. abietis Sobol. *Fl. pet. p.* 299.

Gregarius, graveolens! Pileus ¼—1′ lat., adultior rugulosus. Lamellae 1—2″ lat., venoso-connexae, secedentes. Stipes 1—2½″ long., tenuis, tenax. — Incolae commedunt!

Hab. in collibus apricis ericetosis frequens. Aug. — Sept.

161. *A. calopus Pers.* Pileo subcarnoso, subconvexo, dein explanato, albido-rufescente, glabro; lamellis emarginato-adnatis, confertis, albidis; stipite fistuloso, glabro, brevi, badio-rubro, nitido.

A. calopus Pers. *Syn. Fung. p.* 373. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 130. — *Observ. mycol.* 2. *p.* 151.

Gregarius, inodorus. Pileus 3—4″ lat., obtusus, adultior subinde depressus, laevis, tenax. Lamellae tenues. Stipes 1′ long., vix 1″ cras.

Inter gramina breviora exeunte Aug. bis legi.

162. *A. Sobolewskii Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, candido, pulverulento; lamellis liberis, pileo concoloribus, subdistantibus, ventricosis; stipite tenui, fistuloso, fuscescente-nitente.

Solitarius. Pileus ¼—¾′ lat., fragilis, jun. candidus, adultior colore incarnato dilute tinctus, obtuse umbonatus. Lamellae rotundatae, a prima infantia liberae, semper candidae. Stipes 1—2½′ long., tenuis, gracilis, exacte fistulosus, subtenax, infra pileum albus, ceterum fuscescens, nitens et subinde tenuissime albo-fibrillosus.

In sylvis ad terram turfosam an. 1831 exeunte Aug. legi.

163. *A. tenacellus Pers.* Pileo carnoso, hemisphaerico, fuscescente-fuligineo, glabro, subruguloso; lamellis adnexis, laxis, niveis; stipite fistuloso-fulvente, basi villoso, radicato.

A. TENACELLUS PERS. *Syn. Fung. p.* 387. — *Mycol europ.* 3. 1. *p.* 152 *et* A. CONIGENUS * *spinipes ib. p.* 153. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 131. — *Observ. myc.* 2. *p.* 135. — A. LONGICAUDUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 275. — SCHAEFF. *tab.* 236. (A. GRISEUS.)

Pileus a 3″ ad 1′ lat., demum planiusculus, umbonatus. Lamellae 1″ latae. Caro tenuis, candida. Stipes 2—6′ long., aequalis, apice albidus, ceterum flavescente-fuligineus, subtenax, ut totus fungus.

Inter rejectamenta hortorum et folia putrida per totum fere annum.

164. *A. Güldenstaedtii Weinm.* Pileo subcarnoso, hemisphaerico, glabro, albo, minute-umbonato; lamellis ro-

tundato-emarginatis, pileo concoloribus, confertis; stipite fuscescente, basi fibrilloso-radicato.

Gregarius. Pileus in omni statu hemisphaericus, 3—6″ lat., umbone minuto, dilute flavescente. Lamellae 1″ fere latae. Stipes 2′ et ultra long., tenuis, tenax, subfistulosus, aequalis, basi attenuato-radicatus.

Ad terram turfosam in sylvis Gatschinae. Septemb.

*Subtrib.* III. STIPITARII. Pileus submembranaceo-lentus, umbilicatus. Stipes subfibrillosus, subspadiceus.

165. *A. ocellatus Fr.* Pileo leviter carnoso, plano, albo, umbilico obscuriori, glabro; lamellis adnatis, confertis, pileo concoloribus; stipite subfistuloso, fuscescente, sericeo-pulverulento, basi fibrilloso, radicato.

A. OCELLATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 134. — *Observ. myc.* 1. *p.* 83. — A. CLOU (CLAVUS) BULL. *Champ. tab.* 569. *fig.* 1. — A. CIRRATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 125. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 125.

Gregarius, tenax. Pileus ¼—½′ lat., disco flavescente l. fuscescente. Lamellae angustae, secedentes. Stipes aequalis, 1—2′ long., apice dilutior.

Pauca exemplaria, sed completa et elegantia inter folia decidua Aug. an. 1822 legi.

166. *A. tuberosus Bull.* Pileo leviter carnoso, convexulo, dein umbonato, albo; lamellis adnatis, confertis candidis; stipite fistuloso, subaequali, sclerotiis innato.

A. TUBEROSUS BULL. *Champ. tab.* 256 *et tab.* 522. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 178. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 133. — *Observ. myc.* 1. *p.* 38. — PERS. *Syn. Fung. p.* 374. —

Digitized by Google

*Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 126. — Fl. Dan. *tab.* 1613. — A. Amanitae Batsch *Cent.* 1. *fig.* 93. — A. bulbosus Schum. *Saell.* 2. *p.* 307.

Gregarius. Pileus 1 — 3″ lat., laevis, glaber. Stipes longitudine varius, subfibrillosus, tenuis, subinde basin versus paulo incrassatus.

*β. Stipite undique hirsuto.*

In sclerotiis fungorum, inter folia putrida et muscos minime rarus. Aest. Autum.

167. *A. ramealis Bull.* var. Pileo membranaceo, hemisphaerico umbonato, ruguloso, striato, glabro; lamellis adfixis, ventricosis, distantibus, stipite deorsum attenuato, levissime pulverulento, basi strigoso.

Sub nomine *A. attenuati* hunc elegantem fungillum in sched. meis adnotavi; sed nunc dubius sum, an sit re vera ab *A. rameali* diversus. Discrepat in aliquibus notis ab *A. rameali* Bull. — Gregarius, subtenax, totus candidus! Pileus adultior planus, demum depressus, 3—6″ lat, pellucidus. Lamellae tenues, ½″ lat. Stipes 3—8″ long., non fistulosus, sed in centro lineam dilutiorem tantum exhibens, utplurimum curvatus. An sp. propria?

In acervis acuum *Pini abietis* et *P. sylvestris* parce in monte Duderhow.

168. *A. clavus Bull.* Pileo leviter carnoso, planiusculo, aurantio-rubescente, papillato; lamellis adfixis, latiusculis stipiteque farcto glabro albis.

A. clavus Bull. *Champ. tab.* 148. *exacte!* — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 165. (*exclusa Bull. tab.* 569. *fig.* 1.) — Vaill.

*par. tab.* 11. *fig.* 19. 20. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 134. — Pers. *Syn. Fung. p.* 392.

Gregarius et elegans! Pileus 1—2″ lat., disco paulo obscuriore. Stipes ½—¾′ long., filiformis, vix fistulosus.

Ad ramulos deciduos aliquoties. Jul. Aug.

*Subtrib.* IV. Rotulae. Pileus membranaceus, lentus. Lamellae adnatae. Stipes nigrescens.

169. *A. Rotula Scop.* Pileo membranaceo, campanulato, umbilicato, plicato, margine crenulato; lamellis collario stipitem libere cingente adnatis, albis; stipite fistuloso, nigrescente, nitido, striato, glabro.

A. Rotula Scop. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 136. — Pers. *Syn. Fung.* 467. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 275. — Mich. *gen. tab.* 74 — A. androsaceus Bull. *Champ. tab.* 64 *et tab.* 569. *fig.* 3. *optime!* — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 158. A. nigripes Fl. Dan. *tab.* 1134.

Gregarius, tenax, satis elegans. Pileus adultior magis explanatus, 2—5″ lat., umbilico concolori seu fuscescente. Lamellae utplurimum simplices, 1—2″ lat. Stipes filiformis, strictus l. curvatus, 2—3′ long.

In sylvis, apprime acerosis, ad folia, ramulos, stipites frequens. Per annum. In Rossia minore, (Dr. Bongard.)

170. *A. androsaceus Linn.* Pileo membranaceo, convexo, plicato, fuscescente-albido; lamellis adnatis, simplicibus distantibus; stipite glaberrimo, fistuloso, nigro, sulcato.

A. androsaceus Linn. *suec. nro.* 1193. — Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 932. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 137. — Pers. *Mycol. europ.* 3, 1. *p.* 273. — Bolt. *tab.* 32. —

Fl. Dan. *tab.* 1551. *fig.* 1. — A. epiphyllus Bull. *tab.* 569. *fig.* 2.

Gregarius, tenax. Pileus nonnunquam paulo depressus, 2—3″ lat. Lamellae pileo concolores. Stipes filiformis, 1—2′ long., exsiccatus tortus.

Hab. in acubus *Pini sylvestris.* Per annum. In Rossia minore (Dr Bongard.)

171. *A. perforans Hoffm.* Pileo subcarnoso, membranaceo, planiusculo, rufescenti-albo, subplicato; lamellis adnatis, simplicibus, pluribus dimidiatis; stipite tenaci, fistuloso, velutino, badio-nigro.

A. perforans Hoffm. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 138. — A. androsaceus Schaeff. *tab.* 239. — Pers. *Syn. Fung. p.* 468. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 274. (*excluso synon. Fl. Dan.*) — Sobol. *Fl. pet. p.* 300. — Mart. *Fl. mosq. p.* 40. (*excluso synon. Fl. Dan.*)

Gregarius. Pileus 3—6″ lat., glaber, exsiccatione ruguloso-striatus. Lamellae subdistantes, pileo concolores. Stipes 1—2½′ long., tenuis, apice dilutior. Sporidia copiosa. Odor alliaceus.

Hab. in acubus *Pini Abietis* passim. Per annum. Prope Mosquam. (Martius.)

172. *A. epiphyllus Pers.* Pileo tenui, membranaceo, convexo-plano, rugoso-plicato lamellisque adnatis, paucis, venosis ramosisque albis; stipite fistuloso, deorsum spadiceo, subtiliter velutino.

A. epiphyllus Pers. *Syn. Fung. p.* 468. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 272. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 139. — Schum. Fl. *Saell.* 2. *p.* 307. — A. umbellifer Bolt. *tab.* 39.

Digitized by Google

*fig. A.* — Sobol. *Fl. pet. p.* 300. — A. rugatus Fl. Dan. *tab.* 1149. *fig.* 1.

Pileus primo convexus, mox convexo-planus, glaber, 1—2″ lat. Lamellae valde distantes, angustae. Stipes ½ — 1¼′ long., gracilis, filamentosus.

Ad folia putrescentia et in caulibus putrescentibus plantarum. Aug. Sept.

10. MYCENA. Stipes eximie fistulosus, subcartilagineus, plerumque radicatus, numquam bulbosus. Pileus membranaceus, conicus (in tenellis subglobosus) dein campanulatus, substriatus, glaber, plus minus diaphanus. Lamellae inaequales, subexsuccae, adscendentes, postice acutae. Fungi minores, saltim tenues et graciles. Odor multis fortis.

* Mycenae genuinae. Siccae. Pileus saepe umbonatus, non depressus. Lamellae liberae l. adnatae, nec decurrentes.

a. Stipes radicatus, laevis, exsuccus. Lamellae liberae, margine concolori. *Color fuscescens.*

173. *A. alliaceus Pers.* Pileo membranaceo, campanulato, albo-fuscescente, lento; lamellis liberis, albis; stipite elongato, pruinato-velutino, nigrescente, basi radicato.

A. alliaceus Pers. *Syn. Fung. p.* 375. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 245. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 140. — Mich. *gen. tab.* 78. *fig.* 4. — Fl. Dan. *tab.* 1251. — Sobol. *Fl. pet. p.* 299.

Solitarius. Odor fortis, alliaceus. Pileus 1—1¼′ lat., demum planiusculus, subumbonatus, obsolete striatus.

Digitized by Google

Stipes gracilis, rigidus, 5—6' long., sursum attenuatus, fistulosus, cartilagineus.

Quatuor tantum fungos huc usque legi in sylvis mixtis prope Gatschinam in acervis foliorum. Medio Aug. an. 1818.

174. *A. rancidus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico l. conico-campanulato, umbonato, cinereo, micore albicante splendente; lamellis liberis, ventricosis, albido-cinereis, confertis; stipite fistuloso, aequali, laevi, radicato.

A. RANCIDUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 141. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 253.

Gregarius, odor subrancidus. Pileus late et obtuse-umbonatus, $\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{4}$' lat., disco tantum carnosus, ceterum membranaceus. Lamellae 1—2'' lat., libere l. emarginato-leviterque adnexae, adultiores cinereae. Stipes 3—4' long., $\frac{1}{2}$—1'' cras., pileo concolor, rigidus, glaber, fragilis, satis longe radicatus, radice albo-fibrillosa.

In pinetis ad terram muscosam aliquoties. Septemb.

175. *A. filopes Bull.* Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, striato, livido-fusco, disco obscuriore; lamellis liberis, ventricosis, albis; stipite longo, filiformi, albo-livido; radice pilosa.

A. FILOPES BULL. *Champ. tab.* 320. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 161. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 142. — A. PILOSUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 1. *fig.* 2.

Solitarius. Pileus $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$' lat., jun. conicus, plerumque lividus l. fusco-lividus. Lamellae 1—$1\frac{1}{2}$'' lat. Sti-

Digitized by Google

pes 2—4′ long., filiformis, fragilis, saepe varie flexus, adultior fuscescens.

In sylvis inter muscos prope Pawlowsk bis legi; prope Petrop. (Dr. Bongard).

*b. Stipes* laevis exsuccus, subradicatus. Lamellae adnatae, margine concolori. Color fuscescens.

176. *A. alcalinus Fr.* Pileo leviter carnoso-membranaceo, conico-campanulato, livido, striato; lamellis arcuato-adnatis, albo-glaucescentibus; stipite flavo, laevi, basi villoso.

A. alcalinus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 142. — *Observ. mycol.* 2. *p.* 153. — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 253 *et* A. areolarum *ib. p.* 248. — A. plicatus et bruneus Schaeff. *tab.* 31. 32 — A. adustus Sobol. *Fl. pet. p.* 300. A. sulphuratus Sobol. *Fl. pet. p.* 300.

Pileus humidus viscidus, subtenax, adultior magis expansus, ¼—¾′ lat. l. altus, margine subinde crenulatus. Lamellae 1″ et ultra lat. Stipes 2—3′ long.; vix 1″ cras., extus intusque flavus, tritus fuscescens. Odor et sapor ingratus, nitrosus.

In sylvis humidis ad truncos et terram. Prope Petrop. *Dr. Bongard* etiam observavit cum var. Aug. Sept.

177. *A. galericulatus Scop.* Pileo carnoso-membranaceo, conico-campanulato, umbonato, ruguloso, striato; lamellis adnatis dente decurrente, distinctis, albis; stipite glabro, rigido, basi radicato-strigoso.

A. galericulatus Scop. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 143. — *Observ. myc.* 2. *p.* 159. — Pers. *Syn. Fung. p.* 376. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 246 *et* A. leucopilus *ib. p.* 263.

Schaeff. *tab.* 52. — Nees *Syst. tab.* 23. *fig.* 185. — Vaill. *par. tab.* 12. *fig.* 3. 4. — Mich. *gen. tab.* 79. *fig.* 5. *tab.* 75. *fig.* 9. A. campanulatus Linn. *suec. nro.* 1054. — A. fistulosus Bull. *Champ. tab.* 518. *fig. D. F. H.* (*cum nostro fungo optime conveniunt*). — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 160. — A. pseudo-clypeolarius Bolt. *tab.* 154. — A. adustus Sobol. *Fl. pet. p.* 300? et A. conicus *ib. p.* 301.

Gregarius, caespitosus, inodorus, exsuccus, tenax, ceterum valde variabilis. Pileus utplurimum conico-campanulatus, obtusus, dein magis explanatus, a 4″ usque ad 2—3′ lat., cinereus, lividus, spadiceus, alutaceus, amoene albus etc. Lamellae subventricosae, plus minus distantes, latitudine variae. Stipes 2—6′ long., saepe longissime radicatus, 1—2″ et ultra cras., semper laevis, glaber.

*β.* solitarius, major, terrestris; pileo carnoso-membranaceo, rugoso; stipite rigido. — Schaeff. *tab.* 52. *fig.* 7 - 9. A. aestivus Pers. *Syn. Fung. p.* 378 *et* A. galericulatus *β. praemorsus* Pers. *ib. p.* 377.

*γ.* solitarius, gracilis, terrestris; pileo subhemisphaerico, papillato, griseo; stipite filiformi, praelongo, flaccido. — Bull. *Champ. tab.* 518. *fig. P.* — Mich. *gen. tab.* 73. *fig.* 4. — A. pilosus Pers. *Syn. Fung. p.* 380. — A. fistulosus *γ.* gracilis DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 160.

Ad truncos cariosos et in eorum vicinitate frequentissime; *β* et *γ*: ad terram in umbrosis. Aestate et auctum.

178. *A. uranius Fr.* Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, substriato, obscure-violaceo; lamellis uncinato-

Digitized by Google

adnatis, albis; stipite fistuloso, filiformi, atrocyaneo, arrhizo.

A. uranius Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 144. — *Observ. Mycol.* 2. *p.* 156. — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 251. — Buxb. *Cent.* 4. *p.* 6. *tab.* 8. *fig.* 2.

Subgregarius. Pileus 3—5″ lat., adultior expallens, violascens. Lamellae tenues. Stipes 2—3′ long., flexibilis, demum etiam expallens.

In vicinitate arborum vetustarum inter Jungermannias hanc rarissimam pulchellamque speciem ante plures annos prope Gatschinam, medio Aug., legi.

179. *A. metatus Fr.* a. Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, albido-griseo, disco obscuriore, substriato, laevi; lamellis adnatis, albis; stipite fistuloso, elongato, albido, subfragili, basi fibrilloso.

A. metatus Fr. a. *laevigatus* Fr. *Syst. mycol.* 1. *p.* 144 — A. laevigatus Pers. *Syn. Fung.* 380. — Fr. *Observ. Mycol.* 1. *p.* 35. — Alb. et Schw. *Consp. Fung.* *p.* 192. — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 254. — Buxb. *Cent.* 4. *p.* 10. *tab.* 15. *fig.* 3. (*noster fungus major!*).

Pileus adultior planiusculus, ½—¾′ lat., mollis, fragilis. Lamellae 1″ lat., subventricosae. Stipes 2—3′ long., tenuis, aequalis.

b. pileo dilute-incarnato.

Pileus conico-campanulatus, obtusus, striatus, dilute-incarnatus, 2—4″ altus. Lamellae pileo concolores, fere lineares, laxe-adnexae. Stipes 2—4½′ long., tenusi,

Digitized by Google

subfragilis, fistulosus, dilute-griseus, basi fibrillosus. Totus fungillus in statu adultiori saepe dilute-cinereus.

β. *plicosus Fr. l. c.* Pileus membranaceus, conico-campanulatus, lineato-striatus late et obtuse-umbonatus, griseo-argenteoque nitens, ¼—½′ lat. Lamellae adnatae, albido-cinereae, subdistantes, crassiusculae, 1—2″ latae. Stipes 1½—2′ long., tenuis, aequalis, pileo fere concolor, basi fibrillosus.

A. GRISEUS BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 17. *fig.* 80. (fungum nostrum satis bene repraesentat.)

Hab. Ad terram in sylvis acerosis et frondosis hinc inde. Auctum.

180. *A. muscigenus Schumach.* Pileo membranaceo, hemisphaerico, laevi, glabro; lamellis adnatis, angustis, subconfertis; stipite filiformi, subnitente, subradicato.

A. MUSCIGENUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 307. FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 145. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 266.

Totus candidus, gracilis. Pileus 1—1¼″ lat., adultior convexo-planus. Stipes 1—1¼′ long.

Ad truncos vetustos inter muscos parce. Aug. Sept.

c. Stipes exsuccus, striatus. Lamellae margine concolori. Color subfuscescens.

181. *A. plexipes.* b. fuliginarius *Batsch.* Pileo campanulato, obtuso, fuligineo-velutino, striato, submembranaceo; lamellis confertis, liberis, albis; pileo sordide albo, basi fuligineo, tomento tenui, floccoso tecto.

A. FULIGINARIUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 9. *fig.* 4. *exacte!* FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 146.

Pileus ater, versus lucem fuliginarius, velutinus, 3″ altus, 4″ latus. Lamellae postea candidae, angustae. Stipes ¾′ long., 1″ cras. Odor et sapor nullus. — Tomentum pilei velutinum digitum atro inquinat et pileus hoc tegumento spolitus, fuscus apparet. DR. BONGARD *in Ms.*

Ad truncum putridum prope Petrop. legit. DR. BONGARD. Sept.

182. *A. polygrammus Bull.* Pileo leviter carnoso, membranaceo, campanulato, subacute umbonato, cinereo, margine substriato; lamellis undique attenuatis, adnexis, albis; stipite fistuloso, argenteo-sericeoque nitente, rigido, radicato.

A. POLYGRAMMUS BULL. *Champ. tab.* 395 et *tab.* 518. *fig. H.* (*fungum nostrum bene exprimit*). — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 161. — PERS. *Syn. Fung. p.* 377. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 251. — FL. DAN. *tab.* 1615. *fig.* 1. — A. FUSIPES SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 296 et A. GALERICULATUS *ib. p.* 303. — FL. DAN. *tab.* 1498 (*secund. sententiam Celeb.* FR. *huc pertinet*).

b. niveus Pers. l. c. — Totus amoene albus.

Pileus primitus subhemisphaericus, mox campanulatus, tenax, ½—1′ lat. Substantia e griseo-alboque-flavescens. Lamellae lineares, 1″ lat., subdistantes. Stipes 3—4′ long., basi albo-fibrillosus.

Ad truncos et inter folia decidua parce. Septemb.

Digitized by Google

183. *A. zephirus Fr. var.* Pileo carnoso-membranaceo, subhemisphaerico, humido fuscescente-livido, sicco expallente; lamellis emarginatis, confertis, cinereis; stipite pileo concolori, albido-pulverulento, basi subincurvo, albo-fibrilloso.

A. ZEPHIRUS FR. *Syst myc.* 1. *p.* 147.

Solitarius, subtenax. Pileus primo sub hemisphaericus, postea planiusculus, obtuse-umbonatus, umbone alutaceo, ½—1′ lat. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 1—1½′ long., 1′ et ultra cras., utplurimum compressus.

In pinetis subhumidis inter rejectamenta putrida. Septemb.

d. Stipes laevis, lactescens, subradicatus. Lamellae subattenuato-adnexae.

184. *A. crocatus Schrad.* Pileo disco carnosulo, margine tenui, membranaceo, striato, cinereo; lamellis attenuato-adfixis, distantibus, candidis stipiteque croceo-rubro, basi strigoso-radicato, succo crocato refertis.

A. CROCATUS SCHRAD. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 148. — *Observ. myc.* 1. *p.* 32. — PERS. *Syn. Fung. p.* 380. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 272. — FL. DAN. *tab.* 1550. *fig.* 1. — A. CROCEUS *β crocatus* PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 130.

Pileus conico-campanulatus, obtusus, disco subrubicundo, 1—3″ et paullo ultra altus. Lamellae 1′ vix ultra lat. Stipes 2—4′ long., vix 1′ cras., laevis, glaber, subinde curvatus.

In acerosis in acervis acuum peraro. Sept.

185. *A. galopus Pers.* Pileo membranaceo, campanulato, nigrescente-glauco, striato, lamellis subattenuato-

Digitized by Google

adfixis, glaucescentibus; stipite fistuloso, cinereo-nigricante, succo albo referto.

A. GALOPUS PERS. *Syn. Fung. p.* 379. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 148. — *Obs. myc.* 1. *p.* 34. — FL. DAN. *tab.* 1550. *fig.* 2. *exacte!*

Pileus jun. lividus, mox nigrescente-glaucus, glaber, 3 — 4″ lat. Lamellae versus marginem latiores. Stipes 1 — 3′ long., glaber, laevis, ad basin pubescens, apice dilutior.

Ad ligna putrida aliquoties. Exeunte aestate.

186. *A. haematopus Pers.* Pileo subcarnoso, conico-campanulato, albido-rufescente, striato; lamellis leviter adfixis, dente decurrente stipiteque fistuloso succo atro-sanguineo refertis.

A. HAEMATOPUS PERS. *Syn. Fung. p.* 379. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 244. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 149. — *Observ. myc.* 1. *p.* 33.

Confertus v. solitarius. Pileus 4 — 5″ altus, obtusus. Lamellae 1″ fere lat. Stipes 1½ — 2′ fere long., 1¼′ cras., fragilis, tenuissime villoso-pulverulentus, rufescens, basi strigosus.

Primo legi an. 1820 in trunculo emortuo Rosae caninae prope terram; altera vice in trunco emortuo Pini Abietis parce. Aug.

187. *A. cruentus Fr.* Pileo disco carnosulo, margine membranaceo, conico-campanulato, sulcato-striato, fuscescente; lamellis adnatis, albidis stipiteque fistuloso,

Digitized by Google

basi fibrilloso, pileo concolori, succum atrosanguineum stillantibus.

A. CRUENTUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 149. — A. SANGUINOLENTUS* *cruentus.* PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 244.

Gregarius, tenax. Pileus 2 — 4″ lat., glaber. Lamellae ventricosae, distantes, venoso-connexae. Stipes 2—3′ long., tenuis, gracilis, basi excepta, glaber.

In pinetis humidis ad folia Abietis. Augusto.

188. *A. sanguinolentus Alb. et Schw.* Pileo membranaceo, campanulato, obtuso, striato, rubello; lamellis adfixis, atropurpureo-marginatis; stipite filiformi, glabro, succum rubellum stillante.

A. SANGUINOLENTUS ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 196. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 149. — *Observ. myc.* 1. *p.* 33. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 224 (*excluso synon.* FRIES).

Solitarius et gregarius. Pileus late campanulatus, exsuccus, glaber, demum magis explanatus, ¼—½′ lat. Lamellae latiusculae. Stipes 1 — 3′ long., filiformis, strictus, tenax, basi subfibrillosus.

Ad terram inter muscos humidos sylvarum una vice. Augusto.

e) Stipes laevis, exsuccus, subradicatus. Lamellae adnatae, margine discolori.

189. *A. elegans Pers.* Pileo membranaceo, campanulato, livido, margine fulvo-croceo; lamellis arcuato-adnexis griseis, margine fulvo-croceis; stipite fistuloso, rigido, pallescente-livido, basi fibris albido-fulvis obsesso.

Digitized by Google

A. ELEGANS PERS. *Syn. Fung. p.* 391. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 262. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 149. — *Observ. myc.* 2. *p.* 167. — FL. DAN. *tab.* 2024. *fig.* 2.

Pileus 2—4‴ alt. et lat., striatulus. Lamellae ½‴ et ultra latae. Stipes 1—1½′ long., tenuis, tenax.

Hab. in pinetis hinc inde. Aug. Sept.

190. *A. rosellus Fr.* Pileo membranaceo, campanulato, obtuse-umbonato, striato, glabro, incarnato-roseo; lamellis arcuato-adnatis, dilutioribus, margine obscurioribus; stipite fistuloso, fuscescente, basi albo-strigoso.

A. ROSELLUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 151. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 165. (A. ROSEUS.) — PERS. *Syn. Fung. p.* 393 *tab.* 5. *fig.* 3. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 243. — A. RHODELLUS FR. *Observ. myc.* 1. *p.* 42. — A. FISTULOSUS BULL. *Champ. tab.* 518. *fig.* P. — A. ROSELLUS FL. DAN. *tab.* 2025. *fig.* 2.

In pinetis inter muscos subhumidos frequens. Aug. Sept.

f. Stipes laevis, exsuccus, vix radicatus. Lamellae adfixae, margine concolore. Color purus.

191. *A. purus Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo, demum explanato, umbonato, margine striato; lamellis emarginato-adnatis, ventricosis, pallidioribus; stipite fistuloso, sursum attenuato, basi albo-tomentoso.

A. PURUS PERS. *Syn. Fung. p.* 339. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 237. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 151. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 180. — FL. DAN. *tab.* 1612. — A. ROSEUS BULL. *Champ. tab.* 162 et *tab.* 507. — FL. DAN. *tab.* 1675, *fig.* 1. — A. JANTHINUS BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 5.

*fig.* 20. — A. PURUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 292. — LILACINUS *ib. p.* 293. — DILUTUS *ib. p.* 295 et PURPURASCENS *ib. p.* 293.

Pileus roseus, pallide-roseus, saepius parum lutescens, expallens, glaber, 1—3′ lat. Lamellae 2″ et paullo ultra lat., demum subinde subdecurrentes. Stipes glaber, basi aliquid incurvus et illic radiculis fibrillosis, tenuibus, albis instructus, 2—3′ longus, 1—2″ cras. Odor et sapor Rapae.

In sylvaticis ad terram parce. Aestate, auctumno.

192. *A. adonis Bull.* Pileo conico-campanulato, obtuso, membranaceo, striato; lamellis adnatis, albis l. dilute-incarnatis; stipite fistuloso, aequali, tenui, arrhizo.

A. ADONIS BULL. *Champ. tab.* 560. *fig.* 2. — DC. *Fl fr.* 2. *p.* 164. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 152. — *Observ. myc.* 2. *p.* 160. — PERS. *Syn. Fung. p.* 391. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 240 *et* A. VIRIDULUS *ib. p.* 261.

Gregarius, tener, eximie pulcher! Pileus roseus, incarnatus, dilute-flavescens, 3—5″ altus, glaber. Lamellae 1″ lat., distantes. Stipes 2—3′ long., subfragilis.

In sylvis inter muscos haud frequens. Aug. Sept.

193. *A. lineatus Bull.* Pileo membranaceo-conico-campanulato, flavescente, lineato-striato; lamellis adfixis, albis, distantibus; stipite fistuloso, pileo concolori, basi albo-villoso.

A. LINEATUS BULL. *Champ. tab.* 522. *fig.* 3. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 162. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 152. — *Observ.*

Digitized by Google

*myc.* 2. 163. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 193. — Pers. *Syn. Fung. p.* 383. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 263.

Pileus 2—4″ altus, subinde cinerascenti-flavescens. Lamellae initio albae, dein dilutissime cinerascentes, subventricosae. Stipes 1—2′ long. tenuis, laevis, glaber, albidus l. flavescens.

Hab. in sylvis graminosis et inter folia decidua parce. Aest. auctumno.

194. *A. lacteus Pers.* Pileo membranaceo, campanulato, subumbonato, albo-flavescente; lamellis emarginato-adfixis, subdistantibus stipiteque fistuloso, basi subvilloso albis.

A. lacteus Pers. *Syn. Fung. p.* 394. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 267. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 152. — *Observ. myc.* 1. *p.* 38. — Buxb. *Cent.* 4. *p.* 21. *tab.* 31. *fig.* 3. — A. nanus Bull. *Champ. tab.* 563. *fig.* 3.

Gregarius, subtenax. Pileus jun. campanulatus, adultior expansus, 2—4″ lat., umbone interdum acutiusculo, lutescente. Lamellae crassiusculae, ventricosae. Stipes tenuis, aequalis, 1½—2′ long.

Ad terram muscosam passim. Jul. — Sept.

*β. pithyus Pers.* Gregarius, candidus. Pileus membranaceus, jun. campanulatus, dein planus, umbone acutiusculo, 1—3″ lat. Lamellae tenues, adnexae, interdum furcatae. Stipes 1—1½ long., filiformis, fistulosus, basi pilosus, pilis dense implexis.

A. lacteus *β pithyus* Pers. *Syn. Fung. p.* 394. — A.

ACICOLA JUNGH. *in Linnaea* 1830. *Fasc.* 5. *p.* 398. *tab.* 6. *fig.* 3.

In acervis acuum sylvarum acerosarum aliquoties. Sept.

195. *canescens Weinm.* Pileo membranaceo, hemisphaerico, dein planiusculo, albido-canescente; lamellis adnatis, confertis, albido-cinerascentibus; stipite tenui, aequali, fistuloso, fuligineo.

Gregarius, subtenax. Pileus jun. hemisphaericus, albidus, mox convexo-planus, minute-umbilicatus, canescens, ¼—1′ lat. Lamellae adnatae, nunquam decurrentes, primo albidae, mox albido-cinerascentes, 1″ fere latae. Stipes 1—1½′ long., jun. cinereus, dein fuligineus, basi albo-fibrillosus.

Hab. in sylvis inter folia dejecta. Septemb.

β. Stipes exsuccus, arrhizus; sed basi in orbem dilatatus. Pileus obtusus.

196. *A. stylobates Pers. a.* Pileo membranaceo, convexo, striato, albo; lamellis liberis, distinctis; stipite basi membranula orbiculari imposita.

A. STYLOBATES. a. *candidus* PERS. *Syn. Fung. p.* 390. *tab.* 5. *fig.* 4. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 270. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 153. — FL. DAN. *tab.* 2025. *fig.* 3.

Gregarius. Pileus 1—2″ lat., pellucidus, jun. albus, dein dilute cinereus. Lamellae adscendentes, demum subliberae. Stipes 1′ et ultra long., fistulosus, utplurimum cum pileo pilosiusculus.

Semel lectus ad truncum Alni incanae carie fere consumtum. Aug.

Digitized by Google

196. *A. mucor Batsch.* Pileo tenuissimo, applanato, plicato, griseo-albido, glabro; lamellis adnatis, distantibus; stipite gracili, glabro, basi dilatato.

A. MUCOR BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 17. *fig.* 8. a—g. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 155. — A. MYCENA INTEGRELLA NEES *Syst. tab.* 23. *fig.* 187.

Pileus 1—2‴ lat., primo conicus, demum fere planus. Lamellae fere omnes aequales. Stipes ½—1′ long., interdum varie tortus.

Hab. in acubus et foliis delapsis rarissime. Jul. Aug.

** HYGROCYBOIDEAE. Pileus stipesve viscosi. Lamellae adnatae l. decurrentes.

197. *A. epipterygius Scop.* Pileo membranaceo, campanulato, striato, obtuso stipiteque elongato, flavo viscosis; lamellis arcuato-subdecurrentibus, distantibus, venoso-conexis.

A. EPIPTERYGIUS SCOP. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 155 (*excluso synon.* SCHAEFF.) — PERS. *Syn. Fung. p.* 382. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 263. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 42. — PERS. *Syn. Fung. p.* 382.

Gregarius, colore pilei varius; occurrens apud nos pileo albo, cinereo, incarnato, flavo, rufo, lamellis albidis, dilute-cinereis et subcarneis. — Pileus jun. campanulatus, dein magis explanatus, ½—1′ et ultra lat., subinde margine dentatus. Lamellae ½—1‴ lat. Stipes valde tenuis, 1‴ cras., 2—3′ long.

Frequens in sylvis muscosis et inter gramina pratorum. Aug. Sept.

198. *A. citrinellus Pers.* Pileo membranaceo, campanulato, minute umbonato, striato stipiteque subviscido, basi pilosiusculo citrinis; lamellis arcuato-adnexis distantibus.

A. CITRINELLUS PERS. *Syn. Fung. p.* 155. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 264. — *Icon. et descript. fasc.* 2. *p.* 44 *tab.* 11. *fig.* 3. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 155. — *Observ.* 1. *p.* 44. FL. DAN. *tab.* 1614. *fig.* 1.

Pileus 2—4″ lat., glaber. Lamellae demum pallidiores. Stipes 1—1½′ long., aequalis, jove pluvio viscidus.

Abhinc plures annos in monte Duderhow semel in trunco Coryli Avellanae emortuo legi; in pinetis prope Petrop. (DR. BONGARD). Aug. Sept.

b. *candidus Weinm.* Pileus membranaceus, primo hemisphaericus, mox planus, undulatus, candidissimus, viscidulus, glaber, 2—3″ lat. Lamellae adfixae, tenaces. Stipes 1—1¼′ long., tenuis, aequalis, fistulosus, viscidulus, basi dense albo-villosus. — Totus fungillus exsiccatione eleganter sulphureus fit! — An huc: A terrenus Pers. Mycol. europ. 3. 1. p. 266?

In acubus Pini Abietis semel. Aug.

199. *A. vulgaris Pers.* Pileo membranaceo, campanulato, dein planiusculo, subumbilicato, cinereo, striato stipiteque firmo, fistuloso, cinereo.

A. VULGARIS PERS. *Syn. Fung. p.* 394. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 269. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 156. — *Observ. myc.* 1. *p.* 57. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 198. — A. CUCULLATUS FL. DAN. *tab.* 1678. *fig.* 2.

Pileus 2—4″ lat., humidus plus minus viscosus ut stipes. Lamellae subdistantes. Stipes 1—2 long. 1—1½″ cras., aequalis l. sursum paullo attenuatus.

In pinetis ad terram, interdum copiosissime. Auctum. serotino.

*** OMPHALARIAE. Pileus demum depressus. Lamellae decurrentes.

1. *Firmiores, persistentes; stipite firmo.*

200. *A. setipes Fr.* Pileo membranaceo, convexo, obtuso, substriato, glabro, fusco; lamellis decurrentibus, subdistantibus, griseis; stipite setaceo, laevi, glabro, lamellis concolore.

A. setipes Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 159. — *Observ. myc.* 2. *p.* 162. — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 260 et A. Hypnicola *ib. p.* 87.

Pileus 2—3″ lat. Lamellae longe decurrentes. Stipes 2—3′ longus, fragilis.

In sylvis umbrosis Gatschinae semel inter sphagna. Sept.

2. *Tenelli, flavescentes; stipite subcapillari.*

201. *A. corticola Pers.* Pileo membranaceo, hemisphaerico, dein umbilicato, striato, lamellis uncinato-decurrentibus, distantibus; stipite glabro, incurvo, brevi.

a. pileo fuscescente. — A. corticola Pers. *Syn. Fung. p.* 159. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 259. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 159. — Mich. *gen. tab.* 74. *fig.* 8. — A. corticalis Bull. *Champ. tab.* 519. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 165. — A. gracillimus Weinm. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 91.

Digitized by Google

b. pileo albido. — Fr. *l. c.* — A. clavularis Batsch. *Elench. Fung. tab.* 17. *fig.* 81.

Parvus, pulchellus. Pileus 2 — 4‴ lat. Stipes 4 — 6‴ long.

Hab. ad cortices arborum vetustarum sero auctumno passim.

202. *A. stipularis Fr.* var. pileo aurantio-coccineo *Weinm.* Pileo membranaceo, hemisphaerico, aurantio-coccineo, margine striatulo, pallido; lamellis adfixis, ventricosis, pallidis; stipite tenuissimo, flavo, apice albo-pulverulento.

Solitarius! tenellus et elegans. Pileus vix 1‴ lat., subtenax. Lamellae tenues, jun. albidae, dein pallescentes, distantes, inaequales. Stipes 2½′ long., totus flavus. An spec. propria?

In pinetis inter muscos ad stipulas semel. Aug.

203. *A. pterigenus Fr.* Pileo membranaceo, pertenui, campanulato, obtuso, leviter striato; lamellis uncinato-adnatis, subdecurrentibus, distantibus; stipite fistuloso, capillari, basi strigoso.

A. pterigenus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 160. — *Observ. myc.* 1. *p.* 43. — A. filicinus Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 243. *tab.* 48. *fig.* 6 *optime!*

Totus fungillus dilute roseus, valde elegans et gracilis. Pileus ½ — 3‴ albus. Stipes 1 — 2′ longus.

In sylvis humidis ad stipulas filicum putrescentium quovis anno frequens. Aug. Sept.

204. *A. capillaris Schum.* Pileo tenerrimo, campanulato, subumbilicato, striato; lamellis adnatis, distantibus; stipite subfuscescente, capillari, glabro.

A. capillaris Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 268. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 160. — A. capillaris Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 271. et A. naematopus *ib. p.* 266 et A. leucellus *ib. p.* 271. — Mich. *gen. tab.* 80. *fig.* 11. — Fl. Dan. *tab.* 1670.

Pileus ½—1″ lat., adultus saepe umbilicatus. Lamellae subinaequales. Stipes ½—1′ long., tenuis, tenax, flaccidus.

Ad folia dejecta in sylvis bis legi. Auctum.

205. *A. integrellus Pers.* Pileo membranaceo, hemisphaerico, margine striatulo, dein subdifformi; lamellis decurrentibus, subdistantibus, rugaeformibus, subintegris; stipite fistuloso, firmulo, basi pubescente.

A. integrellus Pers. *Syn. Fung. p.* 393. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 270. — *Icon. et descript. fasc.* 2. *p.* 54. *tab.* 13. *fig.* 5. — Nees *Syst. tab.* 23. *fig.* 187. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 161. — *Observ. myc.* 1. *p.* 41. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 197.

Gregarius l. fascicularis, totus candidus. Pileus jun. conicus, mox hemisphaericus, pallidus, 1—3″ lat. Lamellae ut plurimum simplices, rarius ramosae. Stipes ½—1′ long., filiformis.

Hab. ad folia dejecta, in muscis, rarissime. Aug. Sept.

206. *A. gracillimus Weinm.* Pileo membranaceo, hemisphaerico, umbillicato, margine substriato, villosiusculo;

lamellis adnatis, subdecurrentibus, subconfertis; stipite aequali, solido, basi villoso.

Solitarius, totus candidus. Pileus 2—3″ lat., siccus, margine subrevoluto. Lamellae tenues. Stipes 2—3″ long., subinde versus basin attenuatus.

Ad terram muscosam arenosam una vice. Julio.

e. Stipite excentrico l. nullo.

11. PLEUROTUS. Pileus constanter inaequalis, excentricus l. lateralis. Stipes, quando praesens, solidus, firmus. Lamellae inaequales, exsuccae, immutabiles, postice acutae. Sporidia alba.

*Subtrib.* 1. Lepiotaria. Velum universale. Pileus compactus, horizontalis.

207. *A. corticatus Fr.* Pileo carnoso, convexo, amplo, floccoso-villoso, cinerascente, margine subinvoluto, albicante; lamellis decurrentibus, candidis; stipite excentrico, firmo, albo-villoso.

A. corticatus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 179. — *Observ. Mycol.* 1. *p.* 92. — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 93 et A. candidus *ib. p.* 45.

Subsolitarius, firmus. Pileus 2—4′ et ultra lat., demum subplanus. Lamellae 4—6″ latae, postice anastomosantes. Stipes 1—2′ long. 1″ cras.

In antiquissimis vastissimisque (sed nunc excissis) sylvis, prope Pawlowam hunc rarissimum fungum ad truncum

vetustum, carie fere consumtum, *Betulae albae*, una vice, exeunte Sept. legi.

*Subtrib.* 2. CONCHARIA. Velum nullum. Pileus carnosus, Lamellae decurrentes.

208. *A. inconstans Pers.* Pileo carnoso, depresso, integro aut dimidiato lobatoque, subrufescente; lamellis subramosis, basi crispis, pallidis; stipite subfuligineo l. sordide albo.

A. INCONSTANS PERS. *Syn. Fung. p.* 475. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 45. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 181. — A. CONCHATUS *var.* FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 23. A. FLABELLIFORMIS SCHAEFF. *tab.* 43 et 44. — A. FLABELLATUS SOBOL. *fl. pet. p.* 293.

Caespitosus, tenax, forma variabilis. Pileus 1—3′ et ultra lat., glaber, nitidus, primo subconvexus seu planus. Lamellae 1—2″ lat., jun. albae, postea lutescentes, ad basin anastomosantes. Substantia candida, firma. Stipes (si adest) ½—1¼′ long., ¼—1′ cras., substriatus, pubescens.

Hab. ad truncos Betulae albae haud frequens. Jul. — Sept.

209. *A. ostreatus Jacq.* Pileo carnoso, convexo, tenaci, glabro, cinereo-nigricante; lamellis postice anastomosantibus, eglandulosis, albis; stipite laterali, tenacissimo.

A. OSTREATUS JACQ. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 182 — PERS. *Syn. Fung. p.* 477. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 55. (*exclusa var.* *) — LENZ. *Abbild. p.* 50. *tab.* 5. *fig.* 19. — A. DIMIDIATUS BULL. *Champ. tab.* 508. — A. NIGRICANS.

Digitized by Google

Fl. Dan. *tab.* 892. — A. glauco-umbrinus Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 362. et A. crispatus. *ib. p.* 263.

Pileus primitus nigricans, dein dilutior et in statu totius evolutionis dilute-cinereus, mox gregarius, mox imbricatus, raro solitarius, 3—4′ lat. Lamellae crassae, subconfertae, 2—4″ lat. Stipes (si adest) ½—1′ long., crassus, albo-strigosus.

b. pileo fusco-violaceo.

Fasciculato-imbricatus, strigoso-squamulosus, tenue carnosus, fusco-violaceus, tenax, 1½′ lat. Lamellae subdecurrentes. Stipes brevissimus, villoso-tomentosus, solidus.

c. pileo purpurascente.

d. pileo pallescente. — An huc: Agaricus obesus Sobol. *Fl. pet. p.* 294 (*excluso synon. Batsch.*)?

Hab. ad truncos varios, apprime alneos, auctumno serotino frequens.

210. *A. salignus Pers.* Pileo carnoso, horizontali, convexo, demum dilatato, basi depresso, substrigoso; lamellis subramosis; stipite tomentoso.

A. salignus. Pers. *a. albus.* Pers. *Syn. Fung. p.* 478. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 183. — A. allochrous. Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 38. — Dendrosarcus Juglandis Paul. *Icon. Fung. tab.* 20 *bene!*

b. pileo fuscescente. — *Trat. Oest. Schw. Fasc.* 2. *tab.* 4. *fig.* 8.

Digitized by Google

c. cinereo-albus.

Pileus dilatatus, 2—4′ lat., sessilis. Lamellae albae, 2—3″ lat.

d. alutaceus.

Pilei imbricati, saepe irregulares, lobulati, 2—3′ lat. Stipes ½—1′ long., tenax, albo-tomentosus. Lamellae albae, 2″ fere latae.

f. fuligineus.

Lamellae variant colore albido et dilute-cinereo.

Hab. ad truncos variarum arborum, praeprimis salignos, passim. Auctum.

211. *A. petaloides Bull.* Pileo carnoso, planiusculo-excavato, spathulato, albido-rufescente; disco stipiteque subvillosis, lamellis confertis, decurrentibus angustis, albidis.

A. PETALOIDES BULL. *Champ. tab.* 226 et *tab.* 557. *fig.* 2. PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 31. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 136. — A. SPATHULATUS ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 229.

Gregarius, variabilis. Pileus 1—1½′ lat. Lamellae 1″ lat. Stipes teres v. compressus, ¼—½′ long.

Semel tantum legi in trunco semiputrido *Pini Abietis;* exeunte Aug.

*β. spathulatus Pers.* Pileo carnoso, spathulaeformi, alutaceo-pallido; lamellis decurrentibus, albis; stipite canaliculato, basi albo-villoso.

Digitized by Google

A. SPATHULATUS PERS. *Syn. Fung.* p. 479. — *Mycol. europ.* 3. 1. p. 32 (*exclusa var.* *) et A. AURICULA *ib.* p. 51. NEES. *Syst. tab.* 22. *fig.* 178.

Pileus 2—3′ lat., margine subrevolutus, subinde incisus. Stipes ½—1′ long. Lamellae 1″ lat. — Vidi var. monstrosam, ubi plures pilei in unum corpus coaliti fuerunt. Pileus intermedius 3—4′ lat.; ceteri minores, involuti.

Ad terram humosam arenosam in umbrosis perraro. Julio.

212. *A. ursinus Fr.* Pileo membranaceo-coriaceo, sessili, plano, margine integro aut undulato-lobato, alutaceo-rufescente, basi fusco-strigoso-tomentoso; lamellis confertissimis; aliis integerimis, aliis crenatis, decurrentibus, albidis.

A. URSINUS FR. *Syst. myc.* 1. p. 186. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. p. 22.

Pilei arcte imbricati, 3—4′ lati, tenaces, sporidiis copiosis albo-conspersi. Lamellae 2—4″ latae, adultae fuscescentes et usque ad basin decurrentes.

Ad ligna pinea fabrefacta vetusta semel an. 1831 medio Aug.

*Subtrib.* 3. AEGERITARIA. Velum nullum. Pileus carnosus, jun. horizontalis. Lamellae determinato-desinentes.

213. *A. ulmarius Bull.* Pileo compacto, elastico, hemisphaerico, pallescente, laevi, glabro; lamellis emarginato-adnatis, confertis albis, stipite adscendente, farcto, elastico, tomentoso.

Digitized by Google

A. ULMARIUS BULL. *Champ. tab.* 510. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 138. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 186. — PERS. *Syn Fung. p.* 473. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 48 et A. AUSTERUS. *ib. p.* 49.

Gregarius, confertus et solitarius. Pileus 3—5′ et ultra lat., siccus, subinde marmoratus. Lamellae interdum subfurcatae, 4—6″ lat. Stipes 2—3′ long., sursum angustatus. Substantia floccosa, candida.

Ad truncos vetustos *Ulmi*, *Populi*, *Pyri*. Aug. Septemb.

b. *alutaceus Weinm.* Pileus carnosus, compactus, tenax, jun. pallescens, dein dilute-alutaceus, eleganter tessulatus, 1—1½ lat. Lamellae confertae, candidae, rotundato-emarginatae, 1″ et ultra latae. Stipes 1—1½′ long., 2—3 cras., subexcentricus, curvatus, farctus, elasticus, albidus, tenue-tomentosus.

Ad truncum semiemortuum *Pyri Aucupariae*. Septemb.

214. *A. lignatilis Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo-plano, pallescente glabro l. villosulo; lamellis adnatis, confertissimis, candidis; stipite excentrico, farcto albo-villoso.

A. LIGNATILIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 94. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 23.

Gregarius, basi cohaerens. Pileus subtenax, 1—3′ lat., humidus pallescens, siccus albidus, margine valde tenui, diaphano. Lamellae 1″ latae, marginem versus angustatae. Stipes semper excentricus, 1—1½′ long., aequalis v. sursum attenuatus, valde tenax, plus minus

Digitized by Google

albo-villosus. Totus fungus tritus odorem nauseosum spargit!

Ad truncos putridos *Alni* et *Pyri* rarius. Septemb.

215. *A. pulmonarius Fr.* Pileo carnoso, obovato, sicco, molli, glabro, dilute-cinereo-alutaceo; lamellis adnatis, lividis; stipite laterali, villoso.

A. PULMONARIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 187. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 41. — FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 24.

Imbricatus, subtenax. Pileus 2—3′ lat. Lamellae simplices, 3—5″ lat. Stipes ½—1′ long.

Ad truncum emortuum *Betulae albae* semel ad montem Duderhov. Septemb.

216. *A. serotinus Pers.* Pileo carnoso, convexo, humido, olivaceo-viridi; lamellis albido-flavis, adnatis, confertis; stipite brevi, laterali, fuligineo-squamuloso.

A. SEROTINUS PERS. *Syn. Fung. p.* 479. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 41. FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 187. — *Observ. myc.* 2. *p.* 225. — BUXB. *Cent.* 5. *p.* 2. *tab.* 2. *fig.* 2. — A. STIPTICI *var. Fl.* DAN. *tab.* 1293. *fig.* 2.

Solitarius, gregarius, imbricatus, variabilis. Pileus 1—3′ lat., jun. sordide l. fuligineo-flavescens, mox olivaceo-viridis, convexo-planus, margine subinvoluto. Lamellae jun. pallidae, dein albido-flavescentes, 1 — 2″ lat. Stipes ½—1′ long. (subinde nullus), lutescens, in statu adultiori fuligineo-squamulosus.

Hab. ad truncos *Alni, Betulae, Pyri.* Sept. Octob.

Digitized by Google

217. *A. stipticus Bull.* Pileo coriaceo-carnoso, convexo, margine involuto, alutaceo-pallido, furfuraceo-squamuloso; lamellis adnatis, confertis, venoso-connexis, subferrugineis; stipite laterali, brevi, aequali, villoso-strigoso, pileo concolori.

A. STIPTICUS BULL. *Champ* *tab.* 140 et *tab.* 557. *fig.* 1. FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 188. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 136. — PERS. *Syn. Fung. p.* 481. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 42. NEES. *Syst. tab.* 22. *fig.* 178. — BUXB. *Cent.* 5. *tab.* 10. *fig.* 1. — A. SEMIPETIOLATUS SCHAEFF. *tab.* 208. — FL. DAN. *tab.* 1292. *fig.* 1. — A. BETULINUS BOLT. *Fung. tab.* 72. *fig.* 1. — A. GRAMINEUS FL. DAN. *tab.* 832. *fig.* 1.

Gregarius, imbricatus. Pileus 3‴—1″ et paulo ultra lat. Substantia lamellis concolor. Lamellae circulari-adnatae, eleganter venoso-connexae: venis saepe arcuatis, 1‴ latae. Stipes (in nostris) exacte teres, 1—3‴ long., dense villoso-strigosus. Fungillus elegans. Odor nullus. Sapor demum subamaricans.

Ad truncos cariosos *Alni, Pyri, Betulae,* passim. Aug. — Octob. In Rossia minori (DR. BONGARD).

218. *A. mitis Pers.* Pileo subcarnoso, reniformi, glabro, laevi, sicco; lamellis adnatis, simplicibus, confertis; stipite sursum dilatato, squamuloso.

A. MITIS PERS. *Syn. Fung. p.* 481. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 188. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 43.

Gregarius, albus. Pileus ½—¾″ lat., interdum sessilis. — Lamellae albido-pallidae, lanceolato-lineares. Stipes ¼—½″ long.

Hab. ad truncos et ramos *Pini Abietis* passim. Auctum. serotino.

*Subtrib.* 4. Omphalaria. Pileus carnosus, jun. resupinatus. Lamellae in puncto excentrico concurrentes.

219. *A. nidulans Pers.* Pileo carnoso, reni-l. auriformi, lutescente, albo-tomentoso; lamellis crassiusculis, strictis, aurantio-luteis.

A. nidulans Pers. *Syn. Fung.* p. 482. — *Icon. et descript. fasc.* 1. p. 19. *tab.* 6. *fig.* 4. — *Mycol. europ.* 3. 1. p. 22. — Fr. *Syst. myc.* 1. p. 189. — Alb. et Schw. *Consp. Fung.* p. 231.

Subimbricatus l. gregarius, sessilis, tenax, jun. cupularis. Pileus 1—2′ lat., margine involuto, primo tomento albo obtectus, deinde albido-lutescens. Caro floccosa, dilute lutescens. Lamellae 1—2″ lat., subconfertae.

Hab. ad truncos pineos dejectos hinc inde. Sept. Octob.

220. *A. porrigens Pers.* Pileo subcarnoso, auriformi, adscendente, flaccido, candido, sericeo-molli; lamellis decurrentibus, angustis, integerrimis serrulatisque.

A. porrigens Pers. *Syn. Fung.* p. 480. — *Mycol. europ.* 3. 1. p. 21. — Fr. *Syst. myc.* 1. p. 184. — *Observ. myc.* 2. p. 230.

Imbricatus, sessilis, ad basin saepe porrectus, margine subinde lobulatus, 1—3′ lat., subinvolutus, tenax. Lamellae 1—2″ latae. Stipes (quando adest) excen-

tricus, 1—2′ long., 1—2″ cras., villoso-fibrillosus, utplurimum curvatus.

Hab. ad truncos *Pini*, *Aceris*. Auctumno.

221. *A. pinsitus Fr.* Explanatus, candidus, pileo molli, sessili, sericeo-villoso; lamellis sublatis, obscurioribus Fr.

A. PINSITUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 184. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 24. — A. MOLLIS SCHAEFF. *tab.* 213. (*exclusis fig.* 1. 2.). — MART. *Fl. mosq. p.* 240. — A. GELATINOSUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 304.

Pileus 1—1½′ lat., mollis, flaccidus, leviter carnosus, haud tenax, margine evolutus. Lamellae latiusculae, simplices, ad basin decurrentes.

Ad truncos cariosos; prope Mosquam (MARTIUS).

*Subtrib.* 5. MYCENARIA. Pileus membranaceus. Lamellae adnatae l. in puncto decurrentes.

222. *A. tremulus Schaeff.* Pileo tenui, membranaceo, diaphano, reniformi, albido-cinerascente, disco villoso; lamellis distantibus, angustis, albido-fuscescentibus; stipite marginali, adscendente, villoso.

A. TREMULUS SCHAEFF. *tab.* 224. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 191. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 30. — A. GLAUCUS BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 24. *fig.* 123 (*junior fungus*). — SOBOL. *Fl. pet. p.* 294.

Pileus ½—1½′ lat. varie formatus, mox sessilis, mox stipatus, jun. fere fuligineus, dein dilutior, expallens. Lamellae distantes, 1″ et paulo ultra lat. Stipes ½—1′ long. aut teres, aut compressus, 1—2″ cras.

Digitized by Google

Hab. ad terram subhumidam, umbrosam, muscosam, raro. Septemb.

223. *A. ringens Fr.* Pileo membranaceo, flexuoso, villoso-tomentoso, alutaceo, rufo-marginato, margine striato, nudo; lamellis primo albis, dein dilute carneis, distinctis, serrulatis.

A. RINGENS FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 25. — A. RUFO-MARGINATUS WEINM. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 93.

Arcte imbricatus atque adhaerens, saepe connatus, tenax, 1—1¼′ lat., subinde concavus. Lamellae 1½—2″ lat. In nostris semper serrulatae.

Erumpit e rimis vetustis Betulae albae. Aug. Sept.

*β. solitarius.* Pileo membranaceo, rufo, tomento albido l. griseo obducto; lamellis dilutioribus, concurrentibus; stipite brevissimo, albo-tomentoso.

Pileus in statu juvenili exacte pezizaeformis, extus tomento furfuraceo albido tectus, deinde fere planus. In hoc statu semper peltaeformis et dilute rufus, tomento tenui albo vestitus. Lamellae jun. dilute incarnatae, dein pileo dilutiores, in centro concurrentes. Stipes brevissimus, excentricus, ½″ et paullo ultra long.

Ad ramulos alneos parce. Septemb.

224. *A. septicus Fr.* Pileo subcarnoso, e resupinato-reflexo, pubescente l. niveo-tomentoso; lamellis radiantibus, distantibus, pallidis; stipite brevi sursum attenuato, incurvo, pubescente; radiculis byssoideis.

A. SEPTICUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 192. — PERS. *Mycol.*

*europ.* 3. 1. *p.* 29. — A. FLABELLATUS BOLT. *Fung. tab.* 72. *fig.* 2 (*non obstat*).

Pileus 2—6″ lat., integer l. lobulatus. Lamellae latiusculae, integrae aut subserrulatae.

Ad truncos et ramos putrescentes passim. Aug. Septemb.

225. ***A. perpusillus Lumnitz.*** Pileo carnosulo, obcampanulato, reflexo, laevi, glabro; lamellis ovato-ellipticis, in puncto excentrico concurrentibus.

A. PERPUSILLUS LUMNITZ. FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 192. — BUXB. *Cent.* 5. *p.* 5. *tab.* 7. *fig.* 3. — A. APPLICATUS FL. DAN. *tab.* 1295. *fig.* 1. — A. SUBVERSUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 366.

Gregarius, parvus, gracilis. Pileus 3—6″ lat., demum reflexus. Stipes 3—4″ long. l. saepe nullus.

Hab. ad ramulos dejectos et in cortice calidariorum tempore hyemali passim.

226. ***A. applicatus Batsch.*** Pileo submembranaceo, e resupinato-reflexo, obscure cinereo, basi villosiusculo, striato; lamellis latiusculis, laxis, griseis, margine villosis.

A. APPLICATUS BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 24. *fig.* 125. — NEES *Syst. tab.* 22. *fig.* 183. a. b. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 192. — A. EPIXYLON BULL. *Champ. tab.* 581. *fig.* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 135. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 15 (*exclus. synon.* NEES). — A. MERULINUS PERS. l. c. *p.* 17 et A. TRICHOTIS *ib. p.* 18. *tab.* 26. *fig.* 9.

Gregarius, sessilis l. stipatus, primitus cupulaeformis, 2—4″ lat., margine albidiore. Lamellae crassiusculae, radiantes. Stipes interdum ¼—½″ long.

Ad truncos putridos et ligna carie consumta. Aestat. Auctum. In Rossia minori (Dr. Bongard).

---

## SERIES SECUNDA.

**HYPORHODIUS.** Velum nullum. Lamellae decolorantes. *Sporidia rosea!*

*Stipes omnibus centralis.*

12. MOUCERON. Pileus carnosus, demum depressus. Lamellae longe decurrentes. *Odor farinae recentis.*

227. ***A. Prunulus Pers.*** Pileo carnoso, hemisphaerico v. campanulato, albo, laevi, glabro; lamellis decurrentibus albis, demum albido-incarnatis, confertis; stipite inaequali, farcto, glabro.

A. prunulus Pers. *Syn. Fung. p.* 457. — Lenz. *Abbild. p.* 56. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 193. — *Observ. myc.* 2. *p.* 202. — A. mouceron Bull. *Champ. tab.* 142 *exate!* A. albellus Schaeff. *tab.* 78.

Subgregarius, variabilis. Odor exacte farinae recentis. Pileus compactus, jun. subcampanulatus l. hemisphaericus, regularis l. excentricus et margine undulatus, 1—3′ lat. Lamellae 1—1½″ lat. Stipes 1—2′ long., 3—5″ cras., aequalis l. aut sursum aut basin versus attenuatus, imo basin versus incrassatus.

Primum an. 1818 in sylvaticis graminosis legi, et iterum in iisdem locis an. 1822. Jul. Aug.

Digitized by Google

13. CLITOPILUS. Pileus carnosus, campanulatus l. convexus. Lamellae decolorantes, numquam longe decurrentes. Stipes firmus, a pileo discretus.

*Subtrib.* 1. RHODOPOLII. Lamellae adfixae. *Terrestres.*

228. *A. sericellus Fr. var.* Pileo membranaceo, campanulato, alutaceo-nitente, minute fibrilloso-squamuloso; lamellis adfixis, ventricosis, dilute incarnatis; stipite tenui, flavescente.

A. SERICELLUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 196.

Solitarius. Pileus 3—6″ lat. l. altus, obtusus. Lamellae 1—2″ lat., jun. sordide albae, dein dilute incarnatae. Stipes 1½′ long., ½″ et ultra cras., subfistulosus, dilute flavescens.

In sylvis ad terram nudam exeunte Augusto.

129. *A. rhodopolius Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, late campanulato, subumbonato, subsericeo-nitente, livido; lamellis adnatis, pallide incarnatis, subdistantibus; stipite cavo, albo, glabro.

A. RHODOPOLIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 197. — *Observ. myc.* 2. *p.* 103. — A. REPANDUS BOLT. *Fung. tab.* 6. — A. HYDROGRAMMUS BULL. *Champ. tab* 564. *fig.* C. D. E. — FL. DAN. *tab.* 1736 (*albidus*).

Solitarius, fragilis, pulcher! Pileus adultior, subumbonatus, siccus, expallens, cinereo-alutaceus, 3—4′ lat., margine ut plurimum undulatus. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 4—4½′ long., aequalis l. sursum attenuatus, etiam

Digitized by Google

in majoribu compressus, varie flexus, 2 — 4″ cras., cartilagineus.

Nascitur in sylvis humidis parce. Aug. Sept.

230. *A. fertilis Pers.* Pileo leviter carnoso, dein plano, umbonato, glabro, fuligineo - nigrescente; lamellis emarginato-adnexis, dilute-incarnatis, serrulatis; stipite farcto, glabro, pallescente, sursum attenuato.

A FERTILIS PERS. *Syn. Fung. p.* 328. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 197. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 5. *tab.* 6 (*descriptio bona; sed tab. citata nimis rudis!*). — A. PHONOSPERMUS BULL. *Champ. tab.* 534 (*praesertim fig. H.*). DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 187.

Pileus 3—4′ lat., adultus saepe margine undulatus, subnitens. Lamellae 4—6″ lat., adultae subdecurrentes. Stipes 3—4′ long., apice 5—8″, ad basin subinde 1′ cras., floccoso - farctus.

Hab. in pratis et ruderatis frequenter. Aug. — Octob.

*Subtrib.* 2. PLUTEI. Lamellae plane liberae. Epiphyti.

231. *A. plautus Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo, campanulato, laevi, glabro, alutaceo, rore fuligineo afflato; lamellis liberis, ventricosis, pallide incarnatis; stipite fistuloso, aequali, velutino-molli, extus intusque fuligineo l. fusco - nigrescente.

Subgregarius. Odor subfortis! Pileus ½—1½′ lat., siccus rugulosus et substriatus. Lamellae subconfertae, 2—3″ lat., integerrimae. Stipes 1—1½′ long., 1″ et paulo ultra cras., fragilis, basi subinde curvatus. Sporidia dilute rosea.

Digitized by Google

Inter rejectamenta lignea an. 1833 Aug. prope Pawlowsk legi.

232. *A Pluteus Batsch.* Pileo carnoso, hemisphaerico, nigrescente-fuligineo, humido, glabro; lamellis liberis, pallide roseis; stipite solido, nigro-fibrilloso.

A. Pluteus Batsch. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 199. — Pers. *Syn. Fung. p.* 357. — Nees. *Syst. tab.* 25. *fig.* 201. — Buxb. *Cent.* 4. *p.* 4. *tab.* 5. *fig.* 2. — A. cervinus Schaeff. *tab.* 10. — A. lividus Bull. *Champ. tab.* 382. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 188. — A. latus Bolt. *Fung. tab.* 2. — A. clypeatus Sobol. *Fl. pet. p.* 290.

Utplurimum solitarius. Pileus 2—5′ lat., initio campanulatus l. hemisphaericus, demum planiusculus. Lamellae 4—7″ lat., jun. albidae, dein pallide roseae. Stipes 2—3′ long., 4—6″ cras., intus, ut caro pilei, albo-floccosus, mollis.

b. pileo albido, sive virgato.

c. stipite lutescente.

Hab. in sylvaticis in vicinitate truncorum et in tectis stramineis haud frequens. Aestate.

233. *A. umbrosus Pers.* Pileo carnoso, campanulato, obtuso, ruguloso-lacunoso, fuligineo-nigrescente, villoso-squamuloso, margine ciliato-fimbriato; lamellis liberis, aquose-incarnatis, fuligineo-marginatis; stipite aequali, solido, nigrescente, fibrilloso-squamuloso.

A. umbrosus Pers. *Syn. Fung. p.* 358. — *Icon. et descript. fasc.* 1. *p.* 8. *tab.* 2. *fig.* 5. 6. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 200. — *Observ. myc.* 1. *p.* 16.

Solitarius. Pileus 2—3′ lat., facie tristis, sed satis pulcher! Lamellae subconfertae, 3—4″ lat. Stipes 2½′ long., 3—4″ cras.

Unicum tantum specimen, sed optime evolutum, praeterlapsa aestate, ad truncum pineum emortuum mense Aug. ad montem Duderhov legi.

134. *A. nanus Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, conico-campanulato, fusco-umbrino: squamulis fuligineis consperso; lamellis liberis, rotundatis, dilute incarnatis; stipite solido, aequali, argenteo-nitente, glabro.

A. NANUS PERS. *Syn. Fung. p.* 357. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 200.

Pileus demum planiusculus, margine striatulus, umbone, ob squamulas confertas, fusco-nigricans. Lamellae 2″ lat. Stipes 2′ long., vix 1′ cras.

In tabulis pineis putridis una vice. Aug.

14. LEPTONIA. Pileus carnoso-membranaceus, e campanulato-l. convexo-expansus, siccus, numquam striatus, superficie fibrillosa l. squamulosa, subinde umbilicatus. Lamellae postice subobtusae, liberae l. adfixae, nec decurrentes, demum incarnatae. Stipes a pileo discretus, jun. floccoso-farctus, dein subcavus, *cyanescens!* — *Fungi parvi et elegantes.*

235. *A. Gorteri Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo, dilute l. sordide-griseo, velutino-squamuloso, obtuso; lamellis fusco-purpureo-micantibus, adfixis; stipite purpureo-violascente, griseo-villoso.

Digitized by Google

A. Gorteri Weinm *in flora* 1832. *Nro.* 29. *p.* 450.

Solitarius, fragilis. Pileus convexus, obtusus, ¾—1′ lat., margine albido-fimbriato. Lamellae 1—1¼″ lat., leviter adfixae, integrae, confertae. Stipes 1½—2′ long., vix 1″ cras., infra pileum lamellis concolor l. dilutior, ceterum purpureo-violascens atque griseo-villosus, fistulosus, aequalis. Sporidia dilute rosea.

Hab. in terra turfoso-humidiuscula sylvarum. Augusto.

236. *A calimorphus Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo, nigrescente-fuligineo, squamuloso, convexo, umbonato; lamellis ventricosis, purpureo-micantibus, liberis; stipite tenui, aequali, nigrescente-purpurascente, fistuloso.

A. calimorphus Weinm. *in Fl.* 1832. *Nro.* 29. *p.* 450.

Solitarius, gracilis. Pileus initio conico-convexus, dein applanatus, dense squamulosus, 4″—1′ lat., subfragilis. Lamellae liberae, ventricosae, 1″ lat., jun. dilute-, adultiores obscure-purpureo-micantes, margine nigrescentes, integerrimae. Stipes subtenax, mox nigrescente-purpurascens, 1′ et ultra long. Sporidia pulchre rosea.

Ad terram in sylvis. Septemb.

237. *A. serrulatus Fr.* Pileo submembranaceo, convexo, umbilicato, subsericeo-squamuloso, nigrescente-coeruleo fuligineoque tincto; lamellis adnatis, albido caesioque rutilantibus; stipite fistuloso, sursum attenuato, atro-coeruleo, basi albicante.

A. serrulatus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 204. — A. serrula

Pers. *Syn. Fung. p.* 463. — Fr. *Observ. myc.* 2. *p.* 216. — A. cyanipes Fl. Dan. *tab.* 1071. *fig.* 3 (*noster fungus multo gracilior*). A. coeruleus Schum. *p.* 296.

Solitarius, pulchellus! Pileus ½—1′ lat., levissime carnosus. Lamellae 1‴ et ultra lat. Stipes 1—2′ long., ½—1‴ fere cras., glaber.

In collibus graminosis apertis non rarus. Aestate.

238. *A. Linkii Fr.* Pileo carnoso, convexo-plano, obtuse umbonato, griseo-fuligineo, umbone obscuriore, piloso-squamuloso: squamulis adpressis; lamellis albis, subadfixis, nigro-marginatis; stipite solido, fusco-fuligineo, basi incurvo.

A. Linkii. Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 204. — *Observ. myc.* 2. *p.* 217.

Solitarius l. basi connatus. Pileus 1′ et paulo ultra lat., umbone plus minus tomentoso (exsiccatus fere totus tomentosus et dilutior). Caro alba. Lamellae 4—6‴ lat., confertae, eleganter nigro-velutino marginatae. Stipes fibrilloso-striatus, 2—3′ long., 2½—3½‴ cras.

In tabulis pineis semiputridis ad terram prope Petropolim observavit et descripsit saepius laudatus Dr. Bongard. Medio Septemb.

15. NOLANEA. Pileus submembranaceus, campanulatus, dein expansus, absque squamis fibrillosis, humidus striatus, subpellucidus, siccus expallens, saepe quasi sericeo-nitens, numquam umbilicatus. Lamellae

Digitized by Google

liberae l. leviter adnexae, latae, ventricosae, subadscendentes. Stipes fistulosus, rarissime floccoso-farctus, a pileo discretus.

239. *A pascuus Pers.* Pileo leviter carnoso, conico-campanulato, nigrescente-fuligineo, sicco expallente, cinereo-sericeo-nitente; lamellis liberis, subdistantibus, cinereo-incarnatis; stipite fistuloso, pileo concolori, basi albo-fibrilloso.

A. PASCUUS PERS. *Syn. Fung. p.* 427. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 205. — *Observ. myc.* 1. *p.* 52. — A. SERICEUS BULL. *Champ. tab.* 413. *fig.* 2 *optime!* — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 13. *tab.* 21. *fig.* 1.

b. pileo pallescente.

c. pileo isabellino.

Pileus demum convexo-planus, subflexuosus, utplurimum nigrescente-fuligineus, substriatus, 1—2′ lat. Lamellae 1—2″ lat. et ultra, mox subliberae, mox adnatae l. potius emarginato-adnatae. Stipes subfibrilloso-striatus, nitidus, saepe compressus, 2—3′ long., 1—2″ cras. l. lat.

In pascuis et in fruticetis graminosis frequens. Aug. Septemb.

240. *A. merus Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo, campanulato, obtuso, cinereo-fuligineo, fibrilloso; lamellis adnatis, pure incarnatis; stipite solido, aequali, albo-nitente.

Gregarius. Pileus ½—1½″ lat. Lamellae semper adnatae,

Digitized by Google

a prima infantia pure incarnatae, 2—3½″ lat. Stipes 2—3′ long., 1″ cras., basi albo-fibrillosus.

Inter folia dejecta in sylvis prope Pawlowsk. Septemb.

241. *A. hirtipes Schum.* Pileo carnoso-membranaceo, conico-campanulato, substriato, fuscescente; lamellis subliberis, obovatis, dilute roseis; stipite fistuloso, subtorto, basin versus strigoso-hirto.

A. HIRTIPES SCHUM. *Saell.* 2. *p.* 272. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 206. *Observ. myc.* 2. *p.* 171. — FL. DAN. *tab.* 1730. *fig.* 2.

Solitarius, fragilis. Pileus primitus conicus, dein magis explanatus, 1′ et ultra lat. Lamellae 1″ et ultra lat. Stipes 4—5′ long., sursum attenuatus, a medio ad basin strigoso-hirtus.

In pinetis subhumidis semel post largas pluvias aestivales.

16. ECCILIA. Pileus tenuis, membranaceus, e convexo-planus, umbilicatus, striatus, glaber l. minute squamulosus. Lamellae adnatae, subdecurrentes, postice subacutae, latae, subdistantes. Stipes jun. floccoso-farctus, dein etiam fistulosus, tenuis, teres, aequalis, in pileum leviter diffusus, pileo dilutior nec coerulescens.

242. *A. politus Pers.* Pileo submembranaceo, hemisphaerico, umbilicato, glabro, humido obscure livido; lamellis subdecurrentibus, dilute incarnatis; stipite fistuloso, aequali, fragili.

Digitized by Google

A. POLITUS PERS. *Syn. Fung. p.* 465. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 209.

Gregarius. Pileus 1—1½′ lat., siccus expallens et eleganter nitens. Lamellae 2—2½′ lat., jun. albidae, dein dilute incarnatae. Stipes 2—3′ long., 1—1½″ cras., strictus, pileo concolor.

Hab. in paludosis muscosis graminosis rarissime. Sept.

243. ***A. Nigrella** Pers.* Pileo membranaceo, convexo, profunde umbilicato, nigrescente, nitido; lamellis subdecurrentibus, incarnatis, nigro-marginatis; stipite farcto, aequali, glaucescente.

A. NIGRELLA PERS. *Syn. Fung. p.* 463. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 210. — WEINM. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 94.

Gregarius, subfragilis, parvulus. Pileus 4″ — 1½′ lat., primo hemisphaericus, fuligineo-nigrescens, subfibrillosus, dein paulo dilutior et nitens, planiusculus, umbone profundo. Lamellae 1—3″ lat. Stipes 1—1½′ long., 1″ cras., glaber, ad basin saepe albidus, demum subfistulosus. Sporidia satis copiosa, rosea.

Inter gramina et muscos pluries legi. Julio, Augusto.

---

## SERIES TERTIA.

CORTINARIA. Velum praesens, araneosum. Lamellae decolorantes, arescentes. Sporidia ochracea!

17. TELAMONIA. Velum e fibrillis araneosis contextum, annuliforme. — Pileus leviter carnosus, margine

tenuis, demum expansus, siccus, squamulosus l. fibrillosus. Caro sicca. Lamellae subadnatae, latae, confertae.

*A. Velo albido.*

a. Lamellis purpureo-violaceis umbrinisve distantibus.

1. *Pileo aequaliter carnoso, annulo infero.*

244. *A. torvus Fr.* Pileo carnoso, convexo, obtuso, margine infracto, canescente-testaceo, minute fibrilloso; lamellis rotundatis, adnatis, violascente-umbrinis, distantibus; annulo stipitem albo-violaceum ad medium usque vaginante.

A. TORVUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 211. — *Observ myc.* 2. *p.* 80. — A. UMBRINUS PERS. *Syn. Fung. p.* 280. — A. ARANEOSUS BULL. *Champ. tab.* 600. *fig. Q. R. S.*

Solitarius. Pileus subcompactus, demum fere planus, umbrinus, fibrillis minutis, canescentibus vestitus, 3—4′ lat. Lamellae crassiusculae, 4—6′ lat. umbrino-cinnamomeae. Stipes aut aequalis aut basi bulbosus, 5—6′ long., $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$′ cras., extus intusque albido-violaceus. Bulbus (si adest) saepe 1′ cras. Odor subgravis.

Hab. in sylvis inter muscos majores passim. Jul. — Sept.

2. *Pileo margine tenui; annulo zonato, medio.*

245. *A. bruneus Pers.* Pileo carnoso, conico-campanulato, dein explanato, obtuse-umbonato, humido obscure-umbrino-castaneo, sicco expallente; lamellis adnatis, subdis-

Digitized by Google

tantibus, umbrinis; stipite striato-fibrilloso, subbulboso, subannulato.

A. BRUNEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 274. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 211. — *Observ. myc.* 2. *p.* 84. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 171.

Gregarius. Pileus plus minus fibrillosus, margine tenuiori, subinvoluto, 2—3′ lat. Lamellae subventricosae, 2—3″ latae, jun. umbrinae, adultiores obscuriores, basi venis connexae. Stipes 3—4½′ long., 3—5″ cras., basin versus incrassatus, albo-villosus, l. subaequalis, bruneo-fibrillosus, passim vermis erosus. Annulus valde fugax, albidus; caro pileo dilutior.

In pinetis ad terram passim. Aug. Sept.

b. Lamellis obscure-cinnamomeis, fulvis, subdistantibus.

1. *Pileo margine tenui; lamellis obscure cinnamomeis.*

246. *A. bulbosus Sowerb.* Pileo carnoso, convexo, obtuse umbonato, demum subplano, glabro, subspadiceo; lamellis subemarginato-adnexis, confertis, cinnamomeis; stipite solido, albido-striato, bulboso: bulbo subtomentoso.

A. BULBOSUS SOW. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 214. — *Observ. myc.* 2. *p.* 60. — PERS. *Syn. Fung. p.* 295.

Gregarius. Pileus 1½′—2½′ lat., margine tenuiori, fragilis, sub lente interdum subfibrillosus. Lamellae 2—3″ lat., subcrenatae. Stipes 2—3½′ long., 3—4″ cras., subcurvatus, adultior subferrugineus. Bulbus submarginatus.



Digitized by Google

In sylvis inter folia et gramina observ. et descrips. DR. BONGARD. Aug. Septemb.

2. *Pileo aequaliter carnoso; lamellis fulvo-cinnamomeis.*

**247.** ***A. bivelus Fr.*** Pileo carnoso-convexo, obtuse-umbonato, bruneo-fulvo, sicco testaceo, fibrilloso-squamuloso; lamellis emarginato-adnatis, fulvo-cinnamomeis, confertis; stipite farcto, albido, ferrugineo-fibrilloso, basi paulo incrassato; annulo albido, fugaci.

A. BIVELUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 215. — *Observ. myc.* 2. *p.* 58. — A. ARANEOSUS BULL. *Champ. tab.* 598. *fig.* 2. *B.*

Pileus initio convexus, obtuse umbonatus, dein magis explanatus, interdum leviter depressus, humidus bruneo l. fusco-fulvus, siccus testaceus, canescente squamulosus, aliquando circa umbonem depressus, 3—4′ latus. Lamellae rotundatae, crassiusculae, subdistantes, 3—4″ latae, jun. eleganter fulvae, dein fulvo-cinnamomeae. Substantia albida, demum pileo dilutior, floccosa. Stipes 4′ et paulo ultra long., apice 4—6″, ad basin 6—12″ cras. Velum in fungis junioribus ad pilei marginem albo-fibrosus.

Hab. in sylvis, tam acerosis quam frondosis passim. Aug. Septemb.

*β. fulgens Pers.* Pileo carnoso, compacto, convexo, obtuso, aureo-nitente, disco fibrilloso-squamuloso; lamellis emarginato-adnatis, subdistantibus, obscure-fulvis, dein fulvo-cinnamomeis; stipite solido marginato-bulboso.

Digitized by Google

A. FULGENS *Syn. Fung.* p. 294. — A. BIVELUS β *fulgens* FR. *Syst. myc.* 1. p. 216.

Subgregarius. Pileus initio fere hemisphaericus, mox convexus, demum fere glaber et siccus, 2—3′ lat. Lamellae 2—3″ lat. Stipes 1½—2′ longus, 3—4″ cras. Cortina albido-fibrosa. Bulbus subinde cavus.

In pinetis siccioribus semel. Augusto.

248. *A. testaceo-canescens Weinm.* Pileo carnoso, convexo, obtuso, testaceo, fibrillis squamulisque canescentibus obducto; lamellis emarginato-adnatis, fulvo-cinnamomeis, subdistantibus; stipite sericeo-nitente, farcto, rigido, aequali.

Solitarius, totus firmus et rigidus. Pileus 1½—2′ lat., adultior convexo-planus. Lamellae 2—3″ lat., crassiusculae. Stipes 3—4′ long., 3—4″ cras., primitus sericeo-nitens, adultior fuscescens, subcurvatus.

Ad terram in pinetis. Exeunte Septemb.

*c. Lamellis aquose cinnamomeis, subconfertis.*

249. *A. ingricus Weinm.* Pileo carnoso, margine membranaceo, convexo, alutaceo, maculis et lineolis obscurioribus ornato, levissime fibrilloso; lamellis adnatis, dilute-cinnamomeis; stipite farcto, pileo dilutiore, subbulboso.

Solitarius. Pileus subcompactus, obtusus, 1½—2½′ lat., primo dilute alutaceus, adultior obscurior l. dilute-aurantiacus. Lamellae confertae, 2″ latae. Stipes 2′ et ultra longus, 2—3″ cras., apice albo-nitens, basin

Digitized by Google

versus pileo aut dilutior aut obscurior. Odor ingratus. Bulbus 6—8″ cras.

Hab. in sylvis ad terram et inter folia dejecta. Julio.

250. *A. urbicus Fr.* Pileo carnoso, convexo, obtuso, argillaceo-albo, glabro; lamellis emarginato-adnatis, confertis, albidis, demum aquose cinnamomeis; stipite cavo, aequali, pileo concolori; annulo gracili, fugaci.

A. URBICUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 216.

Gregarius. Pileus jun. pallidus, margine fimbriato, demum magis expansus, glaber, ½—1½′ lat. Caro alba. Lamellae initio albae, dein sordide cinnamomeae, 1—2″ lat., levissime crenatae. Annulus albus, inaequalis. Stipes 1¼—2′ long., 2—3″ cras. Sporidia ochracea.

Inter corticem coriarium putrescentem prope Petropolim observ. et descript. DR. BONGARD. Exeunte Majo.

*B. Velo colorato.*

a. Velo rubro.

251. *A. armillatus Fr.* Pileo carnoso, campanulato, squamuloso-fibrilloso, testaceo-rubro; lamellis latis, crassis, emarginato-adnatis, ferrugineo-cinnamomeis; stipite firmo, albido, bulboso; velo dilacerato, cinnabarino.

A. ARMILLATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 214. — *Observ. myc.* 2. *p.* 61. — A. AIMATOCHELIS BULL. *Champ. tab.* 596. *fig.* 1.

Pileus demum magis expansus, 2—5′ lat. Substantia te-

nuis quidem, sed satis compacta, fuscescens. Lamellae initio pallide l. dilute cinnamomeae, 4—8″ lat. Stipes 4—6′ long., apice 4—6″, ad basin 8—12″ cras., primo albidus, mox fibrillis fuscis et cinnabarinis vestitus, rectus l. curvatus. Odor rhaphanoideus.

Hab. in sylvis muscosis frequens. Aug. — Octob.

b. Velo fusco.

252. *A. pholideus Liljebl.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo-plano, umbonato, cervino, squamis fibrillosis fuligineis obducto; lamellis primo violaceo-argilaceis, demum dilute cinnamomeis, emarginatis; stipite transversim fusco-fuligineo-squamoso, supra annulum fibrillosum violascente albido.

A. PHOLIDEUS LILJEBL. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 219. — *Observ. myc.* 2. *p.* 21. — A. ARANEATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 293. — A. PSAMMOCEPHALUS BULL. *Champ. tab.* 586. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 196. — A. LEPIDOMYCES ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 155. *tab.* 12. *fig.* 1.

Pileus subcompactus, subfragilis, jun. hemisphaericus, dein convexo-planus, umbonatus, umbone ob squamulas ferrugineas valde confertas, obscuriore. Caro in fungo juniori dilutissime albido-coerulescens, dein sordide albida. Lamellae confertae, 2—5″ lat., primo violaceo-argillaceae, mox sporidiorum copia obscuriores, adultae dilute cinnamomeae. Stipes 3—4½′ long., sursum attenuatus, 2—4″ cras., fere semper curvatus et ad basin albo-villosus.

Digitized by Google

In sylvis humidis inter muscos. Sept. Octob.

253. *A. injucundus Weinm.* Pileo carnoso, compacto, obtuso, cinnamomeo, fuscescente-fibrilloso; lamellis emarginato-adnatis, lilacino-argillaceis, latis; stipite solido, fuscescente-fibrilloso, basi incrassato.

Solitarius. Odor fastidiosus! Pileus in primo statu hemisphaericus, mox planiusculus, 2—4″ lat., subinde depressus et flexuosus. Lamellae jun. dilute-lilacinae, mox lilacino-argillaceae, adultae cinereo-argillaceo-lilacino-micantes, 3—5‴ et ultra latae. Stipes 2—3′ long., ½—¾′ cras., primo pileo concolor, dein fulvo-lutescens, fuscescente-fibrillosus. Caro pilei alba, stipitis flavescens.

Hab. in pinetis ad terram. Septemb.

18. INOLOMA. Velum in filis liberis, araneosis solutum, marginale, fugax. Pileus carnosus, jun. convexus, dein explanatus, fibrillosus v. viscosus, regularis. Stipes solidus, bulbosus, fibrillosus. Lamellae emarginato-adnexae, latae, decolorantes. *Color pilei aut lamellarum violaceus.*

* Pileo sicco.

*A. Immutabili.*

1. Lamellis violaceis.

a. Villoso-squamoso; lamellis confertis l. distantibus.

254. *A. violaceus Linn.* Pileo carnoso, convexo, obscure-violaceo, villoso-tomentoso; lamellis adnexis, subdistanti-

bus, venoso-connexis, pileo concoloribus; stipite deorsum incrassato, fuligineo-violaceo, fibrilloso, intus albido-coeruleo.

A. VIOLACEUS LINN. *suec. nor.* 1226. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 217. — *Observ. myc.* 2. *p.* 87. — BOLT. *Fung. tab.* 52 (*non bene convenit*). — A. ARANEOSUS VIOLACEUS BULL. *Champ. tab.* 250 et *tab.* 598. *fig.* 2. A. — LENZ. *Abbild. p.* 58. — A. VIOLACEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 277. et A. HERCYNICUS *ib. p.* 278. — MICH. *gen. tab.* 74. *fig.* 1. — MART. *fl. mosq. p.* 256.

Pileus demum expansus, 4—5′ lat. Lamellae 3—5″ lat., demum sporidiis inquinatae, ferrugineo-violaceae. Stipes 3—5′ long., supra 4—5″, ad basin 10—12″ cras. et lilacino-villosus.

Ad terram et inter folia dejecta passim; in ruderatis copiose. Aug. — Octob. — Prope Mosquam (DR. MARTIUS).

255. *A. violaceo-cinereus Pers.* Pileo carnoso, hemisphaerico, violaceo-umbrino, minute squamuloso, margine subfibrilloso; lamellis leviter emarginatis, confertissimis, purpurascente-umbrinis, margine cinnamomeis; stipite firmo, basin versus incrassato, pileo dilutiore.

A. VIOLACEO-CINEREUS PERS. *Syn. Fung. p.* 279. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 217. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 152. — A. VIOLACEUS SCHAEFF. *tab.* 3.

Diu sed frustra quaesitum fungum, alumnus meus *Thermer* pluviosa aestate 1832 legit. — Solitarius. Pileus adultior convexus, obtusissimus, umbrinus, 3—4′ lat. Substantia pilei sordide alba, stipitis in medio subvio-

Digitized by Google

lacea, colore rutilo tincto, basin versus iterum sordide alba. Lamellae jun. eleganter obscure violaceae, dein purpurascente umbrinae et sporidiis subcinnamomeis inquinatae atque magis distantes, 3—4″ lat. Stipes 3—4′ long., apice 6—8″, in parte ventricosa, 12—15″ cras., obliquus, fibrillosus.

In sylvis mixtis ad Ischoram aliquoties. Aug.

*β. spurcus Weinm.* Pileo carnoso, compacto, campanulato, obtusissimo, sordide-fusco l. umbrino, leviter fibrilloso, margine involuto; lamellis adnatis umbrinis; stipite spongioso, bulboso.

Gregarius. Pileus jun. campanulatus, margine valde involutus, canescente-fibrillosus, adultior magis convexus, disco obscuriore, 3—4′ lat. Lamellae jun. pallescente-umbrinae, dein multo obscuriores, crassiusculae, subconfertae, 2—3″ lat., arcuatae, crenatae. Substantia pilei atque bulbi magis floccosa, stipitis carnosa, sicca, sordide albida l. fuscescens. Stipes 3—4′ long., 6—8″ cras., jun. lilacino-fuscescens, dein pileo magis concolor, fibrosus. Bulbus uncialis et ultra.

In sylvis mixtis. Julio.

b. Sericeo; lamellis subconfertis.

256. *A. albo-violaceus Pers.* Pileo disco carnoso, margine tenui, convexo, demum planiusculo, late et obtuse umbonato, violaceo-albicante, sericeo; lamellis subemarginatis, serrulatis, dilute violaceis; stipite obclavato, farcto, extus intusque violaceo-albido.

A. ALBO-VIOLACEUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 218. — PERS. *Syn. Fung. p.* 286.

Pileus 1—2′ lat., argenteo-nitens, circa umbonem saepe depressus. Lamellae confertae, 2″ lat., demum argillaceae v. aquose cinnamomeae. Stipes 2—2½′ long., apice 3—4″, basin versus 6—7″ cras., fibrillosus.

Hab. in sylvis umbrosis humidis. Aug. Sept.

c. Glabrello; lamellis vere confertis.

257. *A. caninus Fr.* Pileo carnoso, compacto, convexo, obtusissimo, dein planiusculo, lateritio-rufescente-violascente; lamellis subemarginato-adnatis, primo violascentibus, dein purpurascenti-cinnamomeis; stipite solido, ad basin parum incrassato.

A. ANOMALUS c. CANINUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 221. — A. ARANEOSUS BULL. *Champ. tab.* 544. *fig.* 1.

Firmus. Pileus demum subexpallens, 3—3½′ lat. Lamellae 3—4″ lat., crassiusculae, subconfertae, integrae. Stipes 2—3′ long., 4—6″ cras, pallidus, fibrillis rubicundis hinc inde vestitus.

In sylvis apertis graminosis semel. Aug.

258. *A. anomalus Fr.* Pileo carnoso, convexo, obtuso, dein planiusculo, cinnamomeo-olivascente l. fuligineo-lutescente; lamellis emarginato-adnatis, confertis, serrulatis, demum argillaceo-cinnamomeis; stipite fibrilloso-striato, basi incrassato.

A. ANOMALUS a. PROTEUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 220. —

*Observ. myc. p.* 73. — A. EUMORPHUS PERS. *Syn. Fung. p.* 342. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 227.

Pileus siccus, laevis, mollis, 1—3′ lat., colore varius. Caro alba. Lamellae 1—3″ lat., demum dente decurrentes et ob magnam sporidiorum copiam ochraceo-ferrugineae. Stipes 2—5′ long., 1—4″ cras., colore varius, nunc aequalis, nunc basi incrassatus, demum cavus. Cortina albida, dein sporidiis inquinata.

In sylvis, apprime acerosis, frequens. Aug. Sept.

*β. incurvus Pers.* Pileus 1½′ lat., carnosus, initio convexus, dein fere planus, obtuse-umbonatus, dilute violaceus. Lamellae emarginato-adnexae; venoso-connexae, 2—3″ lat., primo albidae, dein lilacinae, postea fere ochraceae. Stipes sursum attenuatus, fibrillosus, basi curvatus (quandoque rectus), 2′ et ultra long., 2″ cras.

A. INCURVUS PERS. *Syn. Fung. p.* 342. — *Icones et descript. fasc.* 1. *p.* 23. *tab.* 7. *fig.* 5. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 227. — A. ANOMALUS *β.* INCURVUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 220.

In sylvis, inter folia decidua, semel exeunte Aug.

*γ. alutaceus Weinm.* Pileus carnosus, subcompactus, margine tenui, convexus, obtusus, dein planus, leviter fibrillosus, 2—3½′ lat. Lamellae emarginatae, cinnamomeo-ferruginascentes, detritae violascentes, 2—3″ lat. Stipes 2—4′ long., 4—6″ cras., albido-violaceus, fibrillosus, intus concolor.

In pinetis raro. Aug. Sept.

Digitized by Google

*B. Pileo hygrophano.*

259. *A. malachius Fr.* Pileo carnoso, convexo l. campanulato, obtuso, lilacino, demum subtestaceo, villo squamuloso, canescenti, tecto; lamellis emarginato-adnexis, confertis, purpurascentibus, mox cinnamomeis; stipite extus intusque pallide-lilacino.

A. MALACHIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 218. — *Observ. myc.* 2. *p.* 71.

Pileus 2—3′ lat., humidus subviscidus, siccus fibrillosus et in statu vetusto subinde subdepressus. Lamellae 2—3″ lat., confertae, serratae. Stipes ad basin saepe cum aliis connatus, mox aequalis, mox basin versus parum incrassatus, fibrillosus, apice 3—5″ cras.

In sylvis acerosis prope Koirowam et in monte Duderhov. Jul. — Sept.

*β. privignus Fr.* Pileus carnosus, convexus, pallide testaceus, sericeo-nitens, demum planus, 1½—2½′ lat. Lamellae emarginato-adnatae, cinnamomeae, albo-marginatae, erosulae, 2—3″ lat. Stipes 3½′ long., 2—4″ cras., subinde fibrillis cinnamomeis vestitus, extus intusque albus.

In pinetis subhumidis prope Koirowam una vice. Aug.

2. Lamellis primitus non violaceis.

*A. Pileo villoso.*

260. *A. traganus Fr.* Pileo carnoso, hemisphaerico, albido l. canescente-lilacino, fibrilloso, obtuse umbonato;

Digitized by Google

lamellis adnatis, ochraceis, demum obscure-cinnamomeis, subdistantibus; stipite pileo concolori, intus croceo, basi bulboso, elastico.

A. TRAGANUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 217. — *Observ. myc.* 2. *p.* 82. — A. AMETHYSTINUS SCHAEFF. *tab.* 56. *exacte!*

Solitarius l. caespitosus. Pileus adultior applanatus, obtusus, 3—4′ et ultra lat. Lamellae 2—3″ et ultra lat., subcrenatae. Stipes 3—5′ long., supra ½—¾′ cras.; bulbus saepe biuncialis. Odor peculiaris, foetidus.

Amat sylvas acerosas. Jul. — Septemb.

*β. finitimus Weinm.* Pileo carnoso, compacto, hemisphaerico, sericeo-fibrilloso, violaceo-exalbicante; lamellis adnatis, cinnamomeis; stipite spongioso-farcto, pileo concolori, intus fusco, basi incrassato.

Gregarius, magnus, odor gratus! Pileus dein convexo-planus, obtusus, 3—5′ lat., semper violaceo-exalbicans. Lamellae 2—3″ lat., crassiusculae, toto-adnatae, subdistantes, semper cinnamomeae. Stipes 4—5′ long. supra 6—8″, ad basin 1—1½′ cras., intus nunquam croceus.

In acerosis siccioribus bis legi. Julio.

261. *A. filamentosus Scop.* Pileo disco carnoso, margine tenui, convexo-plano, viscido, fibrilloso-squamuloso, ferrugineo-fusco; lamellis adnatis, fulvo-ferrugineo-micantibus, margine albido flocculosis, stipite aequali, farcto, pileo dilutiori, cirrhis ferrugineo-ochraceis, subrevolutis undique vestito.

Digitized by Google

A. FILAMENTOSUS SCOP. (*ex Fries in lit.*).

Gregarius. Pileus 1½—2½′ lat. Lamellae 2—3″ lat., crassiusculae, subdistantes. Stipes 1½—2½″ long., 2—4′ cras. Substantia flavescens.

Hab. in pinetis inter muscos. Augusto.

*B. Pileo glabro.*

262. *A. subferrugineus Batsch.* Pileo carnoso, convexo-plano, obtuso, alutaceo-testaceo, margine sericeo-fibrilloso, sicco; lamellis rotundato-adnatis, fulvo-cinnamomeis, subdistantibus, crassiusculis; stipite sursum attenuato, basin versus subinflato, subradicato, spongioso-farcto, albo.

A. SUBFERRUGINEUS BATSCH. *Elench. Fung. Cent.* 2. *p.* 7. *tab.* 31. *fig.* 186. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 234. — *Observ. myc.* 2. *p.* 62.

Pileus 2—3′ lat., siccus subsericeo-nitens. Lamellae 3—4″ lat. Stipes 2—4′ long., apice 3—5″, ad basin 6—10″ cras., saepe curvatus et praecipue ad basin albo-villosus. Caro albido-pallescens.

In sylvis pluries legi. Aug. Septemb.

263. *A. firmus Weinm.* Pileo carnoso, compacto, hemisphaerico, ochraceo-ferruginascente, leviter fibrilloso, humido; lamellis adnatis, confertis, ferrugineo-cinnamomeis; stipite firmo, albo, ferrugineo-fibrilloso, subaequali.

Solitarius, valde compactus. Pileus 4—4½′ lat., marginem versus dilutior. Lamellae 4″ lat. Stipes 4′ et ultra long., 5—7″ cras., aequalis aut ad basin interdum parum incrassatus.

Digitized by Google

In sylvis mixtis ad terram. Augusto.

264. ***A. ochroleucus* Pers.** Pileo disco carnoso, margine tenuiori, campanulato, convexo, obtuse-umbonato, albo-pallescente, leviter sericeo; lamellis emarginatis, demum cinnamomeis; stipite pileo concolori, farcto, subventricoso.

A. OCHROLEUCUS PERS. *Syn. Fung. p.* 295. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 234.

Gregarius, mollis. Pileus initio convexus l. conico-convexus, obtusus, dein magis explanatus, umbone lato, obtuso, 2—2½′ lat. Lamellae leviter emarginatae, postice latiores, confertae, 3″ et ultra latae. Stipes 3—4′ long., sursum 3—4″, ad basin 4—8″ et ultra cras., apice a cortina ferruginea fibrillosus.

Aliquoties in sylvis mixtis ad montem Duderhov et prope Nicolajewsky legi. Aug. Sept.

265. ***A. argentatus* Pers.** Pileo carnoso, hemisphaerico, obtuso, sericeo-nitente, lilacino-argenteo; lamellis crassiusculis, subconfertis, emarginato-adnatis, cinnamomeis, stipite solido, basi incrassato, pileo extus intusque concolore.

A. ARGENTATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 286. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 218.

Confertus l. solitarius. Pileus demum convexo-planus, 2—3′ lat., siccus. Lamellae 2—3″ et paulo ultra latae, dilute cinnamomeae, albo-marginatae. Stipes 2—3′ long., apice ½′, basin versus 1′ cras., primitus lilacinus, dein pileo concolor, strictus v. tortus.

Digitized by Google

In sylvis variis haud infrequens ad terram et inter folia dejecta. Aest.

*Observ.* In pinetis densis invenitur subinde hic fungus pileo argenteo-nitente, fere tomentoso. Stipes elasticus, villoso-tomentosus, exacte bulbosus. — Prope Koirowam. Sept.

### **Pileo viscoso.

#### A. Peronato-cortinatus; stipite villoso.

1. Lamellis primitus violascentibus.

266. *A. glaucopus Schaeff.* Pileo carnoso, convexo, lutescente-fuscescente, pilosiusculo, viscoso; lamellis coerulescenti-argillaceis, demum dilute cinnamomeis, emarginato-adnexis, confertis; stipite crasso, apice coerulescente, basi bulboso, flavescente.

A. GLAUCOPUS SCHAEFF. *tab.* 53. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 225. — PERS. *Syn. Fung.* 1. *p.* 282. — A. ARANEOSUS BULL. *Champ. tab.* 96.

Solitarius. Pileus compactus, 4′ et ultra lat., margine dilutiori et involuto. Pili valde adpressi. Lamellae subcrenatae, demum subdecurrentes, 3″ lat. Stipes 1½—2′ long., 1′ supra cras., basi valde incrassatus. Cortina ferruginea.

Sub quercubus prope Petropolin legit et descrips. Cl. DR. BONGARD.

#### B. Fibrilloso - cortinatus.

a. Lamellis confertis.

267. *A. callochrous Pers.* Pileo carnoso, convexo, laevi,

viscoso; lamellis initio violaceo-purpureis, dein violascente cinnamomeis, emarginato-adnatis; stipite e violaceo albido, sericeo-nitente, fibrilloso, sursum attenuato.

A. CALLOCHROUS PERS. *Syn. Fung. p.* 279. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 224. — *Observ. myc.* 2. *p.* 68. — A. PORPHYROPUS ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 153. — A. SUBPURPURASCENS BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 16. *fig.* 74.

Gregarius, inodorus et insipidus. Color pilei varius (in fungis paucis collectis pallide fuscescens). Pileus convexus, obtusus, orbicularis, demum planiusculus, 1—2′ lat. Lamellae 2—3″ latae, valde elegantes. Stipes 3—4′ long., 2—3″ cras. Substantia pilei albida, stipitis albido-violacea, sericeo-nitens.

In sylvis subhumidis umbrosis semel tantum. Augusto.

268. *A. scaurus Fr.* Pileo carnoso, hemisphaerico, regulari, obtuse umbonato, sordide-ochraceo, viscoso; lamellis adnatis, olivaceo-purpurascentibus, demum cinnamomeis; stipite farcto, albo, ochraceo-fibrilloso, basi bulboso.

A. SCAURUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 223. — A. FULVO-FULIGINEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 284. — A. ORICHALCEUS BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 31. *fig.* 184? — A. PRASINUS SCHAEFF. *tab.* 218.

Pileus demum subplanus, disco obscuriore, 2—3′ et ultra lat., margine tenuiori inflexo. Caro firma, albida. Lamellae 2—3″ lat. Stipes 3—4′ long., sursum attenuatus, basi bulbosus, albo-villosus. Bulbus uncialis et ultra.

Digitized by Google

Hab. in sylvis acerosis hinc inde. Jul. Sept.

269. *A. infractus Alb. et Schw.* Pileo carnoso, convexo, marginem versus membranaceo, livido-umbrino, disco dilutiori, subviscido; lamellis adnatis, latis, subconfertis, olivaceo-umbrinis; stipite solido, subaequali, e coeruleo-argenteoque nitente, fibrilloso.

A. INFRACTUS ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 155. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 223.

Gregarius, facie tristis et compactus. Pileus dein magis explanatus, levissime fibrillosus, margine utplurimum undulato-repandus, 1½—2½′ lat. Lamellae integrae aut repandae, subinde ventricosae, 2—4″ lat. Caro alba, fellea, amarissima. Stipes 3—4′ long., 4—6″ et ultra cras., firmus, aequalis l. ad basin paulo incrassatus, intus argenteo-nitens.

Inter rejectamenta sylvarum. Jul. Aug.

270. *A. Riederi Weinm.* Pileo carnoso, compacto, campanulato, obtuso, margine involuto, viscoso, ochraceo; lamellis adnatis, lilacino-cinnamomeis, crassiusculis, confertis; stipite sericeo, fulvo-fibrilloso, ad basin incrassato.

Gregarius l. solitarius. Pileus deinde 3′ et ultra lat., planus l. subdepressus, obtuse umbonatus, humidus valde viscosus v. potius mucosus, siccus nitens, levissime fibrillosus, semper ochraceus. Lamellae primitus lilacino-cinnamomeae, erosulae, 4—5″ latae. Stipes 4—5′ long., supra 4—5″, infra 1′ cras., extus eleganter lilacino-sericeus atque fulvo-ferrugineo-fibrillosus. Substantia aquose albida.



Digitized by Google

In sylvis acerosis ad terram. Aug.

2. lamellis numquam violascentibus.

A. Peronato-corticatus; stipite valido, haud vere bulboso.

271. *A. multiformis Fr.* Pileo disco carnoso, margine tenuiori, convexo, ochraceo, subviscoso; lamellis subemarginato-adnatis, albis, demum ochraceo-cinnamomeis, serratis, confertis; stipite farcto, albo, postea sporidiis cinnamomeis inquinato, basi subincrassato.

A. MULTIFORMIS FR. *Observ. myc.* 1. *p.* 63. — A. VARIUS SCHAEFF. *tab.* 42. (*praesertim fig.* 3. *fungum nostrum bene repraesentat*). — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 225. — A. SUBGRANULATUS BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 5. *fig.* 22 (*non obstat*). — A. GLAUCOPUS *β.* PERS. *Syn. Fung. p.* 282.

Gregarius, compactus. Pileus initio hemisphaericus, dein convexo-planus, 3 — 3½′ lat., jove pluvio plus minus viscosus, coelo sereno siccus, nitens. Lamellae 2—3″ lat. Stipes 3′ long., sursum attenuatus, basi submarginato-bulbosus. Cortina araneosa. Sporidia ochracea.

Hab. in sylvis ad terram haud frequens. Jul. — Sept.

B. Fibrilloso-cortinati.

a. Stipite marginato-bulboso.

* *Lamellis flavidis.*

272. *A. turbinatus Bull.* Pileo carnoso, convexo-plano, laevi, mucilaginoso-viscoso, flavo; lamellis ex ochraceo di-

Digitized by Google

lute subcinnamomeis, emarginato-adnatis, dente decurrentibus, confertis; stipite apice albo-splendente, aequali, basi marginato-bulboso.

A. TURBINATUS BULL. *Champ. tab.* 110. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 225. — *Observ. myc.* 2. *p.* 66.

Pileus jove pluvio mucilagine olivascente obductus, totus flavus, 3′ et ultra lat. Caro alba, mollis. Lamellae facile secedentes, fragiles, 2″ lat. Stipes 2′ long., 4—5″ cras. Bulbus ½—1′ cras., superne sericeo-nitens.

*β. vitellinus Bong.* Pileo carnoso, convexo, vitellino, laevi; lamellis adnatis, dente decurrentibus, dilute cinnamomeis, margine undulato-subrepandis; stipite farcto, apice albo, ad basin marginato-bulboso, lutescente.

Pileus unicolor, vitellinus, 1¼′ lat. Caro candida. Lamellae 3″ latae, subinde subemarginatae. Stipes fibrilloso-striatus, 3′ fere long., 3″ cras. Cortina ferruginea. *Dr. Bongard.* — An potius ad antecedentem referendus?

Hab. in sylvis acerosis ad Tosnam; *β.* in similibus locis prope Petrop. legit Celeb. DR. BONGARD.

***Lamellis ferrugineis.*

273. *A. defossus Batsch.* Pileo carnoso, aurantio-fulvo, viscido, leviter fibrilloso; lamellis adnatis, confertis, flavis, demum ferruginascentibus; stipite farcto, flavescente, ferrugineo-fibrilloso, marginato-bulboso.

A. DEFOSSUS BATSCH. *Elench. Fung.* 2. *p.* 70. *tab.* 15. *fig.* 73.

Digitized by Google

Gregarius, firmus. Pileus jun. convexus, dein planiusculus, obtusus, humidus viscidus, siccus levissime fibrillosus v. minute squamulosus, 2 — 3½′ lat. Substantia nivea. Lamellae 3″ lat., jun. flavae, dein flavo-ferruginascentes. Stipes 3—3½′ long., 3—4″ et bulbus 6—9″ cras., jun. albido-flavescens, dein obscurior. Cortina araneosa.

Ad terram in pinetis an. 1831 legi. Aug.

19. **MYACIUM.** Velum universale viscosum, fugax. Pileus plus minus carnosus, campanulato-expansus, glaber, viscosus. Stipes primo velato-subviscosus, dein protrusus in squamas adpressas, floccoso-gelatinosas ruptus, a pileo discretus. Lamellae adnatae, facile secedentes, subdecurrentes, demum obscure ferrugineae.

* Sporidiis ferrugineo-rubiginosis.

274. *A. collinitus Sowerb.* Pileo carnoso, margine membranaceo, aurantio-fulvo, mucilaginoso; lamellis adnatis, demum ferruginascentibus, subdistantibus; stipite albo, aequali, farcto, adpresso-squamoso, squamis coerulescentibus.

A. collinitus Sowerb. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 248. — Pers. *Syn. Fung. p.* 281. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 154. — Buxb. *Cent.* 4. *p.* 6. *tab.* 9. — A. mucosus Bull. *Champ. tab.* 596. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 200.

Solitarius, firmus. Pileus hemisphaericus, glaber, 3—4′ lat. Lamellae fere decurrentes, jun. purpurascentes,

Digitized by Google

albo-marginatae, 3—4″ et ultra latae. Stipes 4—8′ long., 4—6″ cras., tomento coerulescente adglutinato, viscoso, in squamas irregulares rupto, vestitus.

Hab. in sylvis variis frequens. Aest. Autum.

β. *fusco-olivaceus Weinm.* Pileo carnoso, margine tenui, hemisphaerico, fusco-olivaceo, viscido, glabro; lamellis adnatis, confertis, ferrugineo-cinnamomeis, margine albidis; stipite deorsum attenuato, farcto, bruneo, lilacino-squamoso.

Solitarius. Pileus humidus viscidus, siccus glaber, laevis, nitens, 2—3′ lat. Lamellae 4—5″ lat. Stipes 3—4′ long., 4—5″ cras., superne albido-lilacinus, inferne extus intusqne bruneus, rigidus.

In sylvis subhumidis prope Gatschinam. Aug.

275. *A. longicaudus Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo-plano, dilute-alutaceo, viscoso; lamellis adnatis, latis, sordidis; stipite aequali, leviter fibrilloso, albido, farcto.

A. LONGICAUDUS PERS. *Syn. Fung. p.* 232. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 248.

Solitarius. Pileus jun. fere hemisphaericus, dein convexo-planus, tempore pluvioso substantia mucilaginosa dense obductus, 1½—2½′ lat., margine membranaceus. Lamellae 3—5″ lat., jun. sordide-albae, dein sordide cinnamomeae, facile secedentes. Stipes 4—5′ long. 2—3″ cras., subinde flexuosus l. basi curvatus.

In pinetis subhumidis inter muscos bis legi. Septemb.

Digitized by Google

** Sporidiis laete ochraceis.

276. *A. vibratilis Fr.* Pileo disco carnoso, margine tenui, campanulato, dein plano, obtuse umbonato, fulvo-luteo, viscoso; lamellis adnatis, pallidis, dein dilute cinnamomeis, confertis; stipite sursum attenuato, farcto, albo.

A. VIBRATILIS FR. *Syst. myc.* 1. p. 227.

Gregarius. Pileus demum expallens, margine striatus, 2—3′ et ultra lat. Lamellae 3″ lat., erosulae. Stipes 4—5′ long., undulato-flexuosus, albo-nitens; fibrillis ferrugineis vestitus, apice 2—3″, ad basin 4—5″ cras. Odor et sapor subingratus!

In pinetis inter muscos; exeunte Aug. semel.

277. *A. coruscans Fr.* Pileo carnoso, plano, obtuse-umbonato, ochraceo-luteo, subviscoso; lamellis dente decurrentibus, dilute ochraceis, confertissimis; stipite farcto, albo, ochraceo-fibrilloso, subaequali.

A. CORUSCANS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 227.

Solitarius. Pileus a prima infantia planus, dein subdepressus, 2—3′ lat., regularis. Lamellae jun. adnatae, dein subdecurrentes, 1—2″ lat. Stipes 3—4′ long., 3—6″ cras., utplurimum subaequalis, elasticus.

Praeamat sylvas frondosas, ubi aliquoties Aug. legi.

278. *A. compar Weinm.* Pileo carnoso, margine tenui, convexo, lutescente, viscoso; lamellis adnatis, cinnamomeo-ferrugineis, confertis; stipite farcto, albo, apice dilutissime lilacino, nitido, aequali.

Digitized by Google

Gregarius, subfragilis. Pileus ½—1′ lat., initio convexus, dein planus, obtusus. Lamellae 1—2″ lat., crenulatae. Stipes 3′ et ultra long., 1″ et ultra cras., fibrillosus, utplurinum aequalis (una vice ad basin parum incrassatum vidi). Sporidia cinnamomeo-ferruginea, copiosa.

In pinetis inter muscos prope Gatschinam an. 1831, ineunte Aug. legi.

20. DERMOCYBE. Velum siccum, araneosum, fugacissimum. Pileus plus minus carnosus, imo submembranaceus, e convexo-l. conico-expansus, subumbonatus, fibrillis (raro glutine) vestitus. Stipes subaequalis, nec vere bulbosus, fibrillosus, firmus, in jun. farctus, dein saepius cavus.

A. Pileo innato-fibrilloso squamulosove non hygrophano (exceptis *A. depexo* et *A. limonio*).

a. Lamellis confertis.

* *Pileo squamuloso.*

279. *A. callisteus Fr.* Pileo carnoso, campanulato l. convexo, subobtuso, minute squamoso, fulvo; lamellis adnatis, demum subdecurrentibus, subdistantibus stipiteque farcto, sursum attenuato, flavis.

A. CALLISTEUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 228. — *Observ. myc.* 2. *p.* 51.

Subgregarius, pulcher! Pileus demum magis explanatus, siccus, laevis, 1½—2′ lat. Lamellae initio laete flavae,

Digitized by Google

dein obscuriores, 2—3‴ lat. Stipes 3—4′ long., 3—4‴ cras., striatus, infra pileum albidus.

In sylvis montosis ad Tosnam pauca exempla medio Sept. una vice legi.

280. *A. purpureus Bull.* Pileo carnoso, campanulato, obtuse umbonato, fibrilloso-squamoso, coccineo-rubro; lamellis rotundato-adnatis, pileo obscurioribus, confertis; stipite flavescente, fibrillis coccineo-rubris vestito, intus flavescente.

A. PURPUREUS BULL. *Champ. tab.* 598. *fig.* 1. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 228. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 197. — PERS. *Syn. Fung. p.* 290.

Florae mycologicae nostrae decus! — Gregarius, imo connato-caespitosus. Pileus demum magis expansus, semper obtuse umbonatus, circa umbonem saepe depressus, 1—2′ lat. Lamellae eximie pulchrae, coccineo-purpureae, micantes, 2‴ et ultra latae. Stipes 2′ et ultra long., 3—5‴ cras., utplurimum transversim fibrillosus, cylindricus, firmus.

In sylvis mixtis ad terram aliquoties. Augusto.

281. *A. cinnamomeus Linn.* a. semisanguineus. — Pileo leviter carnoso, convexo, sericeo stipiteque obsure sanguineo, aequali, fistuloso; lamellis adnatis, confertis, obscurioribus, nitidis.

A. CINNAMOMEUS LINN. *suec. nro.* 1205. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 229. — LETEL. *fig. des Champ. aux plant. de Bull. tab.* 616. *mediocris!*

Digitized by Google

Gregarius l. solitarius. Pileus initio convexus, dein fere planus, 1′ et ultra lat. Lamellae 2″ lat. Stipes 3′ long., 2″ cras., primo farctus, demum fistulosus, fibrillis obscurioribus vestitus.

b. cinnamomeus *Pers.* — Pileus leviter carnosus, umbonatus, rubro-cinnamomeus, 1—2′ lat. Lamellae emarginatae, pileo parum dilutiores, 2—3″ lat. Stipes 2—2½′ long., 2″ cras., aequalis l. basi incrassatus, fistulosus.

A. CINNAMOMEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 297. — BOLT. *Fung. tab.* 150. — FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 35. — *Syst. myc.* 1. *p.* 229. *b.*

c. conformis *Fr.* — Pileus helvolo-cinnamomeus, nitidus, 1½—2′ lat., planiusculus, umbonatus. Lamellae croceo-fulvae, 3—4″ latae, adfixae, subdistantes. Stipes 2—2½′ long., 4—5″ cras., aequalis, pileo concolor, fistulosus, fibrillosus.

A. CINNAMOMEUS c. *conformis* FR. l. c. — MICH. *gen. tab.* 75. *fig.* 4.

d. croceus *Schaeff.* — Pileus disco carnosus, margine tenuiori, jun. convexus, adultior planus, 1—1½′ lat., subsericeus, obscure fuscescens l. cinnamomeus l. flavescente-cinnamomeus. Lamellae 1—2″ lat., adfixae, flavo-croceae. Stipes 2—3′ long., 2″ et ultra cras., aequalis, pallescens, l. albido-lutescens.

A. CROCEUS SCHAEFF. *tab.* 4. — PERS. *Syn. Fung. p.* 297. — A. SQUAMULOSUS BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 23. *fig.* 117. *bene!* — A. ILIOPODIUS BULL. *Champ. tab.* 586. *fig. infra.* — A CINNAMOMEUS d. CROCEUS FR. l. c.



Digitized by Google

e. rufo-bruneus *Weinm.* Pileus fere membranaceus, obtuse umbonatus, rufo-bruneus, nitens, primo conico-hemisphaericus, mox planus, 1½′ lat. Lamellae obscure cinnamomeae, ventricosae, adfixae, 2—3″ lat. Stipes aequalis, pileo obscurior, 2—4′ long., 1—2″ cras., fibrillosus, basi albo-villosus.

f. splendens *Weinm.* Pileus carnoso-membranaceus, obtuse umbonatus, fulvo-cinnamomeus, sericeo-nitens, initio conico-campanulatus, dein fere hemisphaericus. Lamellae primo flavescentes, dein dilute cinnamomeae, 1—2″ lat., adfixae. Stipes 2—3′ long., pileo concolor l. dilutior, intus flavus.

g. aurantiacus *Weinm.* Pileus carnoso-membranaceus, conico-campanulatus, dein magis explanatus, umbone elevato, subacuto, dilute aurantius, fibrilloso-squamulosus, 2—2½′ lat. Lamellae cinnamomeae, adfixae, 3—4″ lat. Stipes extus intusque pileo concolor v. paulo obscurior, farctus, 3—4′ long., 3″ cras., aequalis, fibrillosus.

h. stipite basi incrassato *Weinm.* Pileus hemisphaericus, dilute cinnamomeus, tenuissime fibrillosus, nitens, 2′ fere lat., subumbonatus. Lamellae cinnamomeae, adfixae, 2—3″ lat. Stipes 4′ long., 2—3″ cras., pileo dilutior, sericeo-albens, basi incrassatus.

i. brevipes *Weinm.* Pileus carnoso-membranaceus, fibrilloso-squamulosus, obscure cinnamomeus, jun. hemisphaericus l. glandiformis, dein planus, ½—2′ lat.

Lamellae adnatae, pileo concolores, primo flavae, dein obscure cinnamomeae, 1—2″ lat., subinde emarginatae. Stipes ½—1½′ long., ½—1½″ cras., farctus, aequalis l. basin versus attenuatus.

Inter multiplices hujus speciei formas supra enumeratae notabiliores sunt, quae in sylvis variis, tam siccis, quam humidiusculis, apprime inter muscos, inveniuntur. Aug. Sept.

b. Lamellis subdistantibus, stipite validiori.

282. *A. raphanoides Pers.* Pileo carnoso, margine tenuiore, convexo, obtuse-umbonato, sericeo; lamellis mox adnatis, mox emarginato-adnatis, subconfertis; stipite solido, fibrilloso, basi incrassato.

A. RAPHANOIDES PERS. *Syn. Fung. p.* 324. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 230. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 170. — MICH. *gen. p.* 179. *tab.* 75. *fig.* 2 (*noster fungus minor, gracilior.*)

Subgregarius, viridi-olivaceus, tactu mollis. Pileus demum explanatus, 2′ et paulo ultra latus, humidus fere fuscescens, siccus viridi-l. lutescenti-olivaceus. Lamellae 2″ et ultra lat., demum pileo obscuriores. Stipes 2—3′ long., 3—4″ cras., basi saepe curvatus et villosus.

*β. stipite basi attenuato Weinm.* Pileus carnosus, conico-campanulatus, obtusus, humidus, fibrillosus, olivaceo-lutescens, adultior magis applanatus, margine crenato-undulatus, nitens, 1—1½′ lat. Lamellae adfixae, subventricosae, subdistantes, pileo fere concolores,

2—3″ lat., adultae fusco-cinnamomeae, margine lutescentes. Stipes 3—3½′ long., 3—4″ cras., jun. sordide albus, farctus, dein fusco-fibrillosus, subcavus. Odor debilis, subingratus. Sapor initio subdulcis, dein nauseosus. Caro fusco-albida.

Ambas formas aliquoties tantum in pinetis subhumidis, exeunte aestate, legi.

283. *A. depexus Fr.* Pileo disco carnoso, margine tenui, convexo-plano, obtuse-umbonato, testaceo-flavescente, fibrilloso; lamellis adfixis, dilute-croceis, dein ferruginascente-cinnamomeis; stipite pileo concolori, apice albido, fibrilloso, basi parum incrassato.

A. DEPEXUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 250 — *Observ. myc.* 2. *p.* 53. *var.*

Solitarius. Pileus margine subdeflexus, 1—2′ lat. et in statu adultiori circa umbonem paulo depressus. Lamellae subdistantes, 2—3″ lat., in fungis observatis semper adfixae. Stipes 3′ et paulo ultra long., 2—3″ cras., farctus, rectus.

In montosis ad Tosnam an. 1831 una vice legi. Initio Septemb.

284. *A. limonius Fr.* Pileo disco carnoso, margine tenui, convexo, aurantio-fulvo, expallente, demum plano, subsquamoso; lamellis adnatis, dein subdecurrentibus, flavis; stipite firmo, aequali, fibrilloso, extus intusque croceo-rubro.

A. LIMONIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 213. — *Observ. myc.* 2. *p.* 56.

Digitized by Google

Pileus 3—4 lat. et in statu adultiori margine leviter sulcatus atque ochraceo-luteus. Lamellae 3—4″ lat., distantes, juniores eleganter flavae. Stipes 3—4′ (6′ long. 4—5″ et ultra cras. semel observavi).

In pinetis ad montem Duderhov semel an. 1822. — Julio.

B. Pileo glabro aut fibrillis superficialibus; hygrophani!

285. *A. armeniacus.* Pileo disco carnoso, margine tenui, convexo, dein plano l. subdepresso, helvolo-alutaceo, disco obscuriori, obtuso; lamellis adnatis, confertis, aquose cinnamomeis; stipite farcto, sursum attenuato, albo, sericeo nitente.

A. ARMENIACUS SCHAEFF. *tab.* 81. *mediocris.* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 234. — PERS. *Syn. Fung. p.* 299. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 161.

Solitarius l. gregarius, multiformis, subolidus. Pileus 2—4′ lat., humidus fulvo-cinnamomeus, siccus expallens, helvolo-alutaceus, margine praesertim fibrilloso. Cortina alba. Caro sordide alba, marginem versus evanescens. Lamellae subconfertae, primo aquose cinnamomeae, adultiores obscuriores, 2—3″ lat. Stipes 3′ et ultra long., superne 3″, basin versus 4—6″ cras., fibrillis ochraceis tenuissime vestitus.

b. pileo alutaceo-ochraceo. — Pileus adultior planus, 3′ lat., alutaceo-ochraceus; humidus subviscidus, siccus fibrillosus, disco carnosus, marginem versus tenuis. Lamellae adnatae, dilute cinnamomeae, 3—4″ lat.,

Digitized by Google

suberosulae, confertae. Stipes 3′ long., 3—4″ cras., albus, fibrillis ferrugineis vestitus, aequalis, farctus.

c. dilutus *Pers.* Pileus carnosus, margine tenuis, humidus viscidus, helvolus, siccus glaber, subnitens, jun. convexus, dein planus, obtusus, 1—1¾′ lat. Lamellae 2—3″ lat., dilute cinnamomeae, confertae, dente decurrentes. Stipes 3—3½′ long., 2—4″ cras., subtortus, farctus, basi parum incrassatus, argenteo-nitens.

d. pileo albo. *Weinm.* Pileus 1—2′ lat., disco tantum paulo carnosus, ceterum tenuis, humidus, glaber, albus. Lamellae leviter adnatae, subconfertae, dilute cinnamomeae, margine albidae, 2″ et ultra latae. Stipes 1—1½′ long., 2—3″ cras., basi paulo incrassatus, pileo concolor.

e. pileo incarnato *Weinm.* Pileus carnosus, convexus, obtusus, dein planus, glaber, incarnato-alutaceus, 2—3½′ lat. Lamellae 1—2½″ lat., adnatae, confertae, aquose-cinnamomeae. Stipes 2½—3′ long., 3—4″ cras., aequalis, jun. farctus, adultus utplurimum vermis erosus, nitens, longitutinaliter fibrillosus.

Abundant omnes enumeratae var. in pinetis inter muscos. Aest., autum.

286. *A. decipiens Pers.* Pileo disco carnoso, margine membranaceo, convexo-plano, umbonato, circa umbonem depresso, umbrino l. dilute castaneo, fibrilloso; lamellis adnatis, subconfertis, latis, cinnamomeis; stipite aequali, subundulato, farcto, pallido.

A. DECIPIENS PERS. *Syn. Fung. p.* 298. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 236.

Pileus 1—1¼′ lat., siccus subnitens, ſere glaber. Lamellae 2—3″ latae, subcrenulatae. Stipes 3—4′ long., 1—2″ cras., basi subinde curvatus.

Hab. in sylvis mixtis muscosis. Aug. — Septemb.

287. *A. badius Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, campanulato-convexo, obtuso, spadiceo l. castaneo; lamellis adnatis aut emarginato-adnatis, latis, cinnamomeis; stipite dilute lilacino, sericeo-fibrilloso, subbulboso.

A. BADIUS PERS. *Syn. Fung. p.* 279.

Gregarius. Pileus ½—1′ lat. Lamellae 1—3″ lat., demum obscuriores. Stipes 1½—2′ long., 1—2″ cras., aequalis aut basi parum bulbosus, ad apicem dilute lilacinus, basin versus subfuscescens. Caro primo alba, demum coerulescens.

In sylvaticis graminosis raro. Septemb.

288. *A. inhonestus Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo, campanulato, fuscescente-cinnamomeo, glabro; lamellis subadfixis, dilute cinnamomeis, latiusculis, confertis; stipite aequali, fistuloso, albido-fuscescente.

Gregarius, subtenax. Pileus ¼—½′ lat. Lamellae 1—1½″ latae, demum obscure cinnamomeae. Stipes 1¼—1¾′ long., vix 1″ cras., infra pileum albus, ceterum fuscescens et subinde basi nigrescens.

Hab. ad terram muscosam in sylvis. Exeunte Aug.

29. *A. castaneus Bull.* Pileo carnoso, margine tenuiori, con-

vexo, obtuse umbonato, castaneo; lamellis rotundato-adnexis, confertis, e violascente-cinnamomeis; stipite firmo, albo, ferrugineo-fibrilloso.

A. CASTANEUS BULL. *Champ. tab.* 268. *minus bene!* et *tab.* 527. *fig.* 2. *optime!* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 235. — *Observ. myc.* 2. *p.* 42 (*exclusa var.* A. LEUCOPES HOLM.). — PERS. *Syn. Fung. p.* 298. — ALB et SCHW. *Consp. Fung. p.* 161.

Gregarius. Pileus 1½—2½′ lat., fere glaber, modo dilute, modo obscure castaneus. Lamellae 2—4″ lat., nunc rotundato-nunc tantum emarginato-adnatae. Stipes 1½—2′ long., 2—4″ cras., jun. farctus, adultior saepe cavus.

In sylvis ad terram parce. Jul. — Sept.

*β. caesius Vahl.* Pileo leviter carnoso, planiusculo, fusco-castaneo, margine dilutiore; lamellis subdistantibus, pallide cinnamomeis, dein obscurioribus; stipite subaequali, fistuloso, ex albo-fuscescente.

A. CAESIUS VAHL. FL. DAN. *tab.* 1010. — FR. *l. c. p.* 236.

Pileus 1—1½′ latus, tempore pluvioso subviscidus. Lamellae 2″ lat. Stipes 1½—2′ long., 2″ et ultra cras., lamellis utplurimum concolor.

In terra sylvarum nuda semel. (Simillimum in areis umbrosis horti nostri observavi). Aug. Sept.

290. *A. inaequalis Weinm.* Pileo disco carnoso, margine tenui, conico-campanulato, obtuso, fusco, canescente-striatulo v. fibrilloso; lamellis adnatis, crassiusculis, subconfertis, cinnamomeo-ferrugineis; stipite sursum atte-

Digitized by Google

nuato, basin versus undulato, subincrassato, pileo concolori.

Gregarius, aquosus. Odor subraphanoideus! Pileus primitus conico-campanulatus, dein magis explanatus, umbone elevato, obtuso, circa umbonem depressus, 2—2½′ lat. Lamellae 2—3″ lat. Stipes 4—5½′ long., supra 3—4″, infra 4—6″ cras., valde inaequalis, jun. farctus, dein cavus. (Semel lamellas 5″ latas vidi.)

In sylvis acifoliis humidis. Ineunte Aug.

291. *A. leucopus Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, acute-umbonato, helvolo, sicco dilute alutaceo; lamellis levissime adfixis, cinnamomeis; stipite aequali, candido.

A. LEUCOPUS PERS. *Syn. Fung. p.* 333. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 236. — *Observ. myc.* 2. *p.* 39 (*exclusa var. g.*).

Solitarius: stipite eximie argenteo-nitente, candido, ab affinibus discrepans. — Pileus jun. conicus, dein magis expansus, sub umbone depressus, in statu optime vigente helvolus, siccus dilute alutaceus, subnitens, 1—2′ lat. Lamellae purae, cinnamomeae, 1—2″ lat. Stipes 2—3′ long., 1—3″ cras., jun. farctus, dein cavus.

Hab. in sylvis abiegnis parce. Autumno.

292. *A. depressus Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo, conico-acuto, depresso-campanulato, dilute-fuscescente, nitente, fibrilloso, sulcato; lamellis emarginato-adfixis, cinnamomeis; stipite sericeo-nitente, aequali.

Subgregarius, subtenax. Pileus initio exacte conicus,

mox conico-campanulatus, infra umbonem valde depressus, ½—1′ lat., margine praecipue sericeo-fibrillosus et contractus atque fere crispatus. Lamellae ventricosae, 1—2½″ latae, semper cinnamomeae. Stipes 3—3½′ long., 1—2″ cras., junior farctus, dein cavus, extus intusque concolor, sericeo nitens, strictus l. tortus.

Amat loca muscosa pinetorum. Septemb.

293. *A. Hoeſtii Weinm.* Pileo disco carnoso, margine tenui, dilute incarnato-alutaceo, glabro, margine albo-fibrilloso; lamellis adnatis, cinnamomeis, subdistantibus; stipite subcavo, fibrilloso, argenteo-nitente, basi undulato-curvato.

Subgregarius, subfragilis. Pileus in statu totius explicationis convexo-planiusculus, 1½—2′ lat. et sporidiorum copia ochraceo-sordidus. Lamellae adnatae, demum obscure-cinnamomeae, 2—3″ lat. Stipes 3—3½′ long., 3″ cras., totus argenteo-nitens.

Rarior et pulchella haec species provenit in pinetis siccioribus ad terram. Autumno.

21. ILIOPODIUS. Velum siccum, araneosum, fugacissimum. Pileus carnoso-membranaceus, obtuse v. acute umbonatus, siccus, fibrillosus. Stipes gracilis, utplurimum aequalis, e farcto cavus, fibrillosus v. squamulosus. Lamellae adnatae, subconfertae.

Digitized by Google

A. Lamellis obscuris, subpurpurascentibus umbrinisve.

a. Velo albo.

294. *A. evernius Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo, obsolete umbonato, purpurascenti-badio, dein fibrilloso-testaceo-canescente; lamellis subconfertis, violaceo-purpureis, demum cinnamomeis; stipite subaequali, albido, lilacino-nitente.

A. EVERNIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 212. — *Observ. myc.* 2. *p.* 79.

Gregarius. Pileus initio convexus, dein fere planus, subacute-umbonatus, 2—2½ lat. Lamellae 3″ lat. Stipes 3—4′ lat., 2—3″ cras., sursum paulo attenuatus.

In pinetis humidis peraro. Exeunte Julio.

b. Velo fusco.

295. *A. glandicolor Fr.?* Pileo subcarnoso, convexo-plano, fuscescente-cinnamomeo, subfibrilloso, obtuse umbonato; lamellis adnatis, cinnamomeis, crassiusculis, subdistantibus; stipite longo, fuscescente, albo-fibrilloso, sursum attenuato, basi albo-tomentoso.

A. GENTILIS *β.* GLANDICOLOR FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 213.

Solitarius. Pileus convexus, dein fere planus, late et obtuse umbonatus, humidus fuscescente-, siccus dilute-cinnamomeus, 1½—2½′ lat. Lamellae jun. dilute cinnamomeae, adnatae, adultiores emarginato-adnatae, obscuriores, 2—4″ lat. Stipes jun. fere sericeo-nitens, dein fuscescente-albo-fibrillosus, apice 2—3″, basin

versus, 2—5″ cras., 4—6′ long., farctus, dein cavus.

Hab. in sylvis acerosis inter muscos majores. Exeunte Septemb.

B. Lamellis cinnamomeis pallidisve.

a. Velo luteo.

**296.** ***A. iliopodius Bull.*** Pileo leviter carnoso, convexo-plano, obtuse-l. acute-umbonato, subcinnamomeo, griseo-sericello; lamellis adnatis, cinnamomeis; stipite aequali l. sursum paulo attenuato, pileo concolori, albo-floccoso-squamuloso.

A. ILIOPODIUS BULL. *tab.* 578. *fig. I. K. L. fungum nostrum bene repraesentant; tab.* 592. *fig. I (non obstat).*

Gregarius, demum magis applanatus, ½—2′ lat. Lamellae aut toto adnatae aut emarginato-adnatae, 2″ lat. Stipes 1—2½′ long., ½—2″ cras., e farcto cavus, basin versus plus minus fibrilloso-squamulosus. Odor et sapor subraphanoides.

b. fuscus. Pileus carnoso-membranaceus, conico-campanulatus, acute umbonatus, fuscus, fibrilloso-squamosus, demum magis expansus, sed numquam planiusculus, umbone obscuriore, squamuloso, 1—1½′ lat. Lamellae leviter adfixae l. emarginatae, 2—3″ lat., obscure cinnamomeae. Stipes e farcto cavus, 3—4′ long., 1—2″ cras., infra pileum atque basin versus albidus, ceterum fuscus, pileo aut dilutior aut obscurior, aequalis. Odor et sapor ut in a.

Digitized by Google

In sylvis acerosis et pascuis muscosis frequens. Aestate, autum.

b. Velo albo.

297. *A. hemitrichus Pers.* Pileo leviter carnoso, hemisphaerico, umbonato, sicco, fibrilloso - squamuloso sericeove nitente, fusco-lutescente l. ochraceo, disco obscuriore, margine dilutiore; lamellis adnatis, subconfertis, argillaceis; stipite e farcto cavo, pallido, fibrilloso.

A. HEMITRICHUS PERS. *Syn. Fung. p.* 296. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 230.

Gregarius. Pileus initio hemisphaericus, dein magis applanatus, demum saepe undulato-flexuosus, margine involuto, 1—3′ lat. Lamellae 1—3″ lat., margine albidae, serrulatae. Stipes 1—1¼′ long., 1—2″ cras., saepe compressus, jun. pallens, farctus, adultior pileo paulo dilutior, cavus. Pileus tempore valde pluvioso praesertim disco viscidulus.

Abundat in sylvis et ad terram graminosam ubique. Aest. Autum.

298. *A. erugatus Weinm.* Pileo leviter carnoso, convexo, demum plano, subobtuse umbonato, laevi, subfibrilloso, dilute ochraceo, sicco nitente, fere alutaceo; lamellis dilute cinnamomeis, subarcuato-adnatis, erosulis; stipite e farcto cavo, albo, sursum attenuato.

Pileus demum subdepressus, 1½—2¼′ latus. Lamellae postea obscure cinnamomeae, 2—3″ lat., confertae.

Digitized by Google

Stipes 4′ et ultra longus, apice subinde lilacino-micans et 2—4″, basin versus 3—5″ cras.

Hab. in pinetis inter muscos majores. Exeunte Aug.

*Observ.* Primo obtutu magnam similitudinem habet cum *A. urente Bull.*; sed differt praecipue: lamellis arcuato-adnatis et stipite demum cavo.

299. *A. detonsus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, dein planiusculo, subalutaceo, margine albido-fibrilloso, lamellis subemarginato-adnatis, subdistantibus, dilute croceis, demum obscure testaceis; stipite farcto, aequali, pallido, longitudinaliter fibrilloso.

A. DETONSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 232.

Gregarius et valde confertus, subfragilis. Pileus jun. hemisphaericus, dein planus, 1—1½′ lat., saepe sporidiis ochraceis inquinatus. Lamellae 2—3″ lat., integerrimae. Stipes 3′ et ultra long., 1—2″ cras., praecipue basin versus dense fibrillosus, apice albus. Sporidia sordide ochracea, copiosa.

In sylvis acerosis inter muscos majores (*Polytricha*) parce.

300. *A. acutus Pers.?* Pileo leviter carnoso, conico-campanulato-acuto, ochraceo-alutaceo; lamellis liberis, linearibus, cinnamomeis; stipite fistuloso, aequali, pileo concolori.

A. ACUTUS PERS. *Syn. Fung. p.* 316. — FR. *Syst. myc.* 1 *p.* 233. — *Observ. myc.* 2. *p.* 37.?

Gregarius. Pileus 5—6″ altus, dein magis expansus, circa

Digitized by Google

umbonem paulo depressus, sericeo-nitens et umbone valde elevato, acuto memorabilis. Lamellae 1″ lat., confertae. Stipes 2—3′ long., vix 1″ cras., jun. farctus, mox fistulosus, utplurimum undulatus.

In pinetis humidis aliquoties. Aug.

*Observ.* Dubius adhuc sum, an sit verus *A. acutus* auctor. laudator.; nam lamellae in exemplaribus collectis semper erant liberae, cinnamomeae et tantum in adultioribus obscure ochraceae. Ceterum descriptiones, a celeberrimis auctorib. datae, satis bene quadrant. — Utut sit: fungillum hunc memorabilem atque pulchellum omittere nolui.

301. *A. obtusus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, conico-campanulato, obtuso, ferrugineo, sicco alutaceo; lamellis subadnatis, latis, subdistantibus, dilute cinnamomeis; stipite inaequali, e farcto cavo, basi albo-strigoso.

A. OBTUSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 233.

Gregarius. Pileus demum dilatatus, humidus ferrugineus, substriatus, siccus alutaceus, albido-fibrillosus, ½—1′ lat. v. 1′ et nonnullas lineas altus, margine subinde undulato-flexus. Lamellae 1—3″ lat., subdistantes, adultiores crispatae. Stipes 1—1½′ long. (aliquoties 3′ vidi), undulato-constrictus l. subventricosus, 3—4″ cras., longitudinaliter fibrillosus.

In pinetis ad terram, inter folia dejecta pluries legi. Aug. Septemb.

22. INOCYBE. Velum e fibrillis pilei continuatum, fugcissimum. Pileus plus minus carnosus, e campanulato convexus, dein expansus, subumbonatus, siccus, firmus, totus e fibrillis longitutinalibus innatis sericeus l. squamosus. Stipes solidus, raro cavus, subaequalis, firmus, squamulis l. fibrillis vestitus, a pileo discretus. Lamellae proprie liberae, sed ob pilei formam mutatam saepius adnexae, confertae, ventricosae, albidae, decoloratae, saepius denticulatae l. margine discolori. *Sporidia ochraceo-ferruginea!*

a. Stipes fibrosus v. fibrilloso-squamosus.

302. *A. repandus Bull.* Pileo leviter carnoso, conico, dein conico-expanso, obtuse umbonato, margine infracto, flexuoso; lamellis rotundatis, liberis, pallidis; stipite solido, aequali, apice fibroso-squamuloso.

A. REPANDUS BULL. *Champ. tab.* 423. *fig.* 2. DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 192. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 255. — PERS. *Syn. Fung. p.* 329. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 168. — SCHAEFF. *tab.* 26 (A. FASTIGIATUS). — SOBOL. *Fl. pet. p.* 291.

Solitarius v. gregarius. Odor nauseosus! Pileus demum fere planus: umbone obtuso, longitutinaliter fibrillosus l. rimosus, fissus, 1—2′ et ultra lat. Lamellae initio albidae, dein pallidae v. dilute cinereae, 2—3″ lat. Stipes 2′ et ultra long., 2—3″ cras., firmus, fibrillosus, ad basin subinde curvulus.

Vulgata species in pinetis et graminosis ubique. Aug. Sept.

Digitized by Google

303. *A. pyriodorus Pers. var.* Pileo disco carnoso, margine tenui, conico-campanulato, obtuso, ochraceo-fuscescente, fibrilloso-squamuloso; lamellis emarginato-adnatis, subdistantibus, crassiusculis, crebre crenatis, cinnamomeo-ferrugineis, margine albidis; stipite aequali, solido! pallescente, fuscescente fibrilloso.

A. FURFURACEUS BULL. *Champ. tab.* 532. *fig.* 1. (*quoad figuram satis bene convenit!*)

Gregarius, modice firmus et odoris sat grati. Pileus 1—2½′ lat., demum magis expansus. Caro nivea, compacta, vulnerata rubescens. Lamellae 3—4″ et ultra lat. Stipes 2—3′ long., 1—3″ cras., strictus l. basi curvatus.

Ad terram humosam in sylvis ad montem Dudehow. Aug.

304. *A. gratus Weinm.* Pileo carnoso, conico-campanulato, albido-rufescente, fibrilloso, disco subsquamoso; lamellis olivascentibus, margine albidis, demum olivaceo-fuscescentibus, adnexis; stipite aequali, farcto, fibrilloso, pileo concolori.

Gregarius, subfragilis. Pileus primitus conicus l. conico-campanulatus albido-fuscescens l. rufescens, adultior fere planus, 1—1½′ lat. Lamellae 2″ lat., subconfertae. Stipes 2—3′ long., 2—3″ cras. Sporidia dilute ochraceo-ferruginea! Odor satis gratus!

305. *A. perbrevis Weinm.* Pileo carnoso, margine membranaceo, convexo, obtuse umbonato, fuscescente-lutescente, margine substriato, longitudinaliter fibrilloso; lamellis leviter adfixis, albidis, demum argillaceis; stipite brevi, farcto, albo-fibrilloso.

Gregarius. Pileus $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$′ lat., initio fuscescente-lutescens, dein fuscescens et fere planus. Lamellae ventricosae, 1—3″ lat., subdistantes. Stipes $\frac{1}{4}$—$\frac{3}{4}$′ long., 1—2″ cras., subinde basin versus attenuatus. Sporidia ochraceo-ferruginea.

Inter rejectamenta putrida ad montem Duderhow. Julio.

306. *A. calamistratus Fr.* Pileo subcarnoso, convexo, demum plano, obtuse umbonato, lilacino-fuscescente, longitudinaliter fibrilloso; lamellis adfixis, ventricosis, ferruginascentibus, margine albidis; stipite pileo concolori, aequali, farcto, fibrilloso.

A. CALAMISTRATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 256.

Caespitosus; odor fortis! Pileus demum circa umbonem depressus, in primo statu coerulescente fuscescens, mox fuscescens, disco obscuriore, subinde squamulosus, 1—$1\frac{1}{2}$′ et paulo ultra lat. Lamellae 2—3″ fere lat., confertae. Stipes 2—$2\frac{1}{2}$′ long., 1—2″ cras., semper lilacino-fuscescens, totus fibrillosus, aequalis, firmus, utplurimum flexus.

In pinetis humidiusculis semel. Septemb.

307. *A. lanuginosus Bull.* Pileo subcarnoso, campanulato-convexo, umbonato, sicco, fibrilloso-squamoso, fusco, squamis subrecurvis obsito; lamellis liberis, primo-dilute, deinde obscure-cinnamomeis, ventricosis; stipite aequali, farcto, infra pileum albido-fibrilloso, pileo dilutiori.

A. LANUGINOSUS BULL. *Champ. tab.* 370. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 199. — *Vaill. par. tab.* 13. *fig.* 4—6 *exacte!* —

Digitized by Google

Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 256. — *Observ. myc.* 1. *p.* 20. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 32. — A. horridulus Lasch. in Linnaea 1828. *fasc.* 3. *p.* 410.

Gregarius. Pileus ¼ — 1′ lat., adultior convexo-planus. Lamellae jun. albido-marginatae, 1—1¼″ lat., subconfertae. Stipes 1 — 1½′ long., subtenax.

In sylvis ad terram nudam rarius. Julio.

b. cervicolor *Pers.* Pileo subcarnoso, campanulato-convexo, acute umbonato, cervino, fibrilloso-squamuloso; lamellis subadnexis, subconfertis, dilute-cinnamomeis, albo-marginatis; stipite aequali, e farcto cavo, fibrilloso, apice squamuloso.

A. cervicolor Pers. *Syn. Fung. p.* 325. — Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 32.

Gregarius. Pileus demum subdepressus, ½—1½′ lat. Lamellae 2″ lat. Stipes 1 — 2′ long., 1 — 2″ cras.

Ad terram muscosam in sylvis prope Pawlowsk semel. Aug.

β. plumosus *Bolt.* Pileo leviter carnoso, convexo, fuscescente, sicco, squamuloso, margine flocculoso-fibrilloso; lamellis ventricosis, liberis, pileo dilutioribus, albo-marginatis; stipite aequali, farcto, pileo fere concolori, fibrilloso-squamuloso.

A. plumosus Bolt. *tab.* 33. (noster fungus minor, ceterum non obstat). — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 256. — Pers. *Syn. Fung. p.* 347.

Solitarius. Pileus ½′ et paulo ultra lat., obtusus. Lamel-

lae 2″ et ultra lat. Stipes 2—3′ long., 1″ cras., saepe curvatus, firmus.

In sylvaticis ad radicem montis Duderhow semel. Exeunte Junio.

308. *A. lacerus Fr.* Pileo subcarnoso, convexo, obtuse umbonato, ochraceo, fibrilloso-squamuloso; lamellis adnexis, confertis, pileo fere concoloribus, albo-marginatis; stipite farcto, aequali, albo-farinulento.

A. LACERUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 257.

Gregarius. Pileus demum fere planus, umbone elevato, obtuso, ½—1¼′ lat. Lamellae 1—2″ lat., primo albido-griseae. Stipes 1—1½′ long., 1—2″ cras. Odor ingratus.

Ad terram umbrosam humidam prope Pawlowsk semel. Julio.

*β. vialis Alb. et Schw.* Pileo carnoso, margine tenui, convexo, obtuse umbonato, nigrescente umbrino, squarroso-squamoso; lamellis leviter adfixis, subventricosis, argillaceis; stipite solido, aequali, pileo concolori.

A. VIALIS ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 164. — A. LACERUS *β. vialis* FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 257. — A. RIMOSUS *β. vialis* PERS. *Syn. Fung. p.* 310.

Gregarius et facie tristis! Pileus 1—2′ lat., initio convexus l. hemisphaericus, squammis squarrosis undique vestitus, siccus. Lamellae jun. margine albidae, dein argillaceae l. dilute cinnamomeae. Stipes semper aequalis, ½—2′ long., 1—2″ cras., firmus, pileo aut concolor aut dilutior, fibrillosus.

Digitized by Google

Ad vias publicas in quisquiliis putridis ad montem Duderhow semel. Julio.

309. *A. Tricholoma Alb. et Schw.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico-campanulato, demum depresso, albo, piloso-fibrilloso, margine strigoso-ciliato; lamellis dilute argillaceis, dein argillaceo-fuscescentibus, adnato-subdecurrentibus, confertis; stipite solido, pileo concolori, sursum paulo incrassato et squamuloso.

A. Tricholoma Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 188. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 270.

Gregarius. Pileus subinde planiusculus, in prima infantia piloso-fibrillosus et praecipue marginem versus strigulosus, dein et in statu sicco fere glaber, nitidus, tenax, $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}'$ lat. Lamellae jun. adnatae, postea ob pilei mutationem arcuato-decurrentes, 1″ et ultra lat. Stipes 1 — 1$\frac{1}{2}'$ long., $\frac{1}{2}$ — 1″ cras., demum fuscescens, aequalis, rectus l. flexuosus.

In pinetis muscosis prope Slavienkam semel. Sept. an. 1830.

b. Stipes apice squamulis albis farinaceis.

310. *A. sambucinus Fr.* Pileo carnoso, convexo, albido-pallescente, sericeo-fibrilloso, nitido; lamellis primo albidis, dein dilute fuscescentibus, albido-marginatis, adnexis, subconfertis; stipite solido, sursum attenuato, pileo concolori, fibrilloso-striatulo.

A. sambucinus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 257. — A. candidus Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 8. — (*exclusis* 1. 2. 3.). — A. obesus Pers. *Syn. Fung. p.* 330. (*exclusa β.*).

Subgregarius. Pileus jun. ſere globularis, demum magis convexus, obtusus, ½—1′ lat. Lamellae 1—1½″ et ultra lat. Stipes 1—1½′ long., 1″ cras. et ultra, in nostris semper basin versus crassior.

In sylvis siccioribus ad Tosnam semel. Julio.

311. *A. Bongardi Weinm.* Pileo carnoso, campanulato, obtuso, albido-ruſescente, ſibrilloso-squamuloso; lamellis arcuato-adnatis, albidis, dein cinnamomeis, erosulis; stipite solido, pileo concolori, apice albo-pulverulento.

Gregarius, suaveolens; (odor exacte ut in Pyro com. var. „Bergamotte" dicta). Pileus jun. campanulatus, dein expansus, obtusus, umbonatus, 1—3′ lat., albido-ruſescens v. lutescens. Lamellae primo albidae, dein ſere olivascente-cinnamomeae, demum obscure cinnamomeae, conſertae, ventricosae, 2—4″ lat. Stipes 2—3′ et ultra long., 1—2″ cras., ſarctus, strictus, aequalis, valde tenax. Sporidia ſere argillacea.

In graminosis Zarskoieselo inter et Gatschinam, semel. Ineunte Septemb.

312. *A. rimosus Bull.* Pileo leviter carnoso, conico-campanulato, longitutinaliter rimoso, fusco-lutescente; lamellis adnexis, pallidis, demum olivaceo-argillaceis; stipite solido, pallido, apice albo-farinaceo.

A. rimosus Bull. *Champ. tab.* 388 et *tab.* 599. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 192. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 258. — Pers. *Syn. Fung. p.* 310. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 194. — Lenz. *Abbild. p.* 56. *tab.* 6. *fig.* 24. — A. aurivenius

Digitized by Google

Batsch. *Cent.* 2. *tab.* 20. *fig.* 107. — A. lacer Schaeff. *tab.* 257.

Gregarius. Pileus jun. acute-conicus, campanulatus, dein expansus, obtuse umbonatus, 1—1½′ lat., fusco-lutescens v. spadiceus. Lamellae 1—2″ lat., margine albo-crenulatae. Stipes 1—2′ long., 1—2″ cras., sursum attenuatus.

Hab. in sylvis et pascuis abunde. Aest. Autum.

b. minor. Pileus subcarnosus, jun. conico-campanulatus, mox magis expansus, longitudinaliter rimoso-fibrillosus, spadiceus l. sordide lutescens, 1′ fere latus. Lamellae adnexae, 2—3″ fere latae, adultae fere argillaceae. Stipes 1—1½′ long., vix 1″ cras., aequalis, pileo dilutior aut pallidus, apice albo-fibrillosus. — An huc: A. phaeolepis Pers. Mycol. europ. 3. 1. p. 192?

Ambae var. crescunt ad terram in sylvis et pascuis. Aest. Autum.

313. *A. lucifugus Fr.* Pileo disco carnoso, margine tenui, convexo, albido, fibrillis squamulisque fuscescentibus obducto; lamellis primo pallescentibus, dein dilute olivaceis, subliberis; stipite brevi, farcto, apice albo farinaceo.

A. lucifugus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 258. — *Observ. myc.* 2. *p.* 50. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 32. — A. dulcamarus Pers. *Syn. Fung. p.* 324.

Subsolitarius, firmulus. Pileus 1—1½′ lat., squamulis seu fibrillis adpressis vestitus. Lamellae crassiusculae, confertae, subinde albo-marginatae, 1—2″ lat. Substan-

tia alba. Stipes ½—1′ long., 2—3″ cras., aequalis, jun. farctus, demum subcavus. Sporidia subferruginea.

In sylvis ad terram muscosam prope Pawlowsk semel. Aug.

314. *A. geophyllus Sowerb.* Pileo leviter carnoso, conico-campanulato, albo, sericeo-nitente; lamellis adnexis, confertis, argillaceo-fuscescentibus, albo-marginatis; stipite farcto, aequali, tenui, albo-pulverulento.

A. GEOPHYLLUS SOWERB. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 258. — A. INODORUS BULL. *Champ. tab.* 524. *fig.* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 193. — A. ARGILLACEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 372. — FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 47. — A. ALBUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 309. — A. ARGILLACEUS PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 121. et A. RIMOSUS **pleoceps ib. p.* 196.

b. pileo lilacino. Pileus conico-campanulatus, dilute sericeo-lilacino-expallens, demum fuscescente-sericeus, fibrillis longitudinalibus obsitus. Lamellae jun. cinereae, dein cinereo-argillaceae, adnexae. Stipes farctus, aequalis, fragilis, niveo-splendens.

A. ILIOPODIUS BULL. *Champ. tab.* 578. *fig. L.* — A. AFFINIS PERS. *Icon. et descript. fasc.* 1. *p.* 1. *tab.* 1. *fig.* 1. — A. GEOPHILUS PERS. *Syn. Fung. p.* 340. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 86. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 173. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 226.

c. pileo fuscescente. Pileus 1—1½′ lat., acute-umbonatus, obscure fuscescens, longitudinaliter sericeo-fibrillosus. Stipes subinde 2′ et ultra long., 1″ cras., pileo fere concolor, apice farinulentus.

Digitized by Google

d. pileo dilute-lateritio. Pileus carnoso-membranaceus, conico-campanulatus, sericeus, dein fere planus, obtusus, ½—1′ lat. Lamellae adnexae, ventricosae, confertae, obscure argillaceae, 1—2″ lat. Stipes 2′ long., 1″ cras., albus, farctus, apice albo-pulverulentus.

e. stipite glabro. Pileus carnoso-membranaceus, conico-campanulatus, fuscescente-alutaceus, longitudinaliter fibrillosus, in statu profectiore fuscus, umbone subsquamuloso, siccus, ½—¾′ lat. Lamellae antice rotundatae, leviter adfixae, jun. albido-pallidae, adultiores dilute-argillaceae, 2″ et ultra lat. Stipes 2—2½′ long., vix 1″ cras., aequalis, farctus, primo albus, postea pallescens, nitens,

β. candidus *Batsch.* Pileo carnoso-membranaceo, campanulato, candido-sericeo, obtuso, nitido; lamellis, confertis, liberis, argillaceo-cinerascentibus, margine albis; stipite farcto, albo, sericeo, basi subbulboso, decumbente.

A. candidus Batsch. *Elench. Fung. tab.* 20. *fig.* 106. *a—c.* — A. geophyllus *β. Fr. l. c. p.* 259.

Pileus initio glandiformis, mox campanulatus, demum convexo-planus, ½—1′ lat., disco subinde rimuloso. Lamellae 1—2″ latae. Stipes 1—1½′ long.; ½—1″ cras.

Amant omnes enumeratae var. loca subumbrosa, submuscosa sylvarum; a: copiose; b: passim; reliquae raro. Jul. — Sept.



Digitized by Google

315. *A. vatricosus Fr.* Pileo leviter carnoso, conico-expanso, candido, sericeo-nitente; lamellis adnatis, cinereo-fuscescentibus, subdistantibus; stipite farcto, candido, leviter fibrilloso.

A. VATRICOSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 259. — *Observ. myc.* 2. *p.* 46. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 33. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p*, 121.

Gregarius, subtenax. Pileus in statu profectiore solummodo margine sericeus, jove pluvio viscidus, 4—6″ lat. Lamellae initio adnatae, demum fere liberae, jun. albidae, 1—1½″ lat. Stipes 2′ long., 1″ cras., tenax, tortus, eximie nitens. Cortina subpersistens, tenuis, fusco-purpurea.

In sylvis subhumidis ad Ischoram, inter folia putrida, hanc peraram pulchellamque speciem semel hactenus legi. Exeunte Septemb.

316. *A. Trinii Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, albido, rufescente-fibrilloso, obtuso; lamellis rotundatis, adfixis, obscure cinnamomeis, margine albo-flocculosis; stipite aequali, farcto, rutilante-fibrilloso, apice albo-pulverulento.

Solitarius. Odor valde suavis et fere caryophyllaceus! — Pileus ½′ et paulo ultra lat., longitudinaliter fibrosus. Lamellae 2″ fere latae. Stipes 2—3′ long., 1—1¼″ cras., fibrillis longitudinalibus obsitus. Sporidia sordide ferruginea.

In sylvis mixtis inter muscos et gramina prope Galschinam. Initio Aug.

---

## SERIES QUARTA.

DERMINUS. Lamellae decoloratae, persistentes. Velum floccosum. Sporidia subferruginea.

23. PHOLIOTA. Velum siccum, annuliforme, nunc membranaceum, nunc floccoso-radiatum. Pileus convexus, demum planiusculus, non umbilicatus. Stipes teres, subquamosus, vix bulbosus. Lamellae exsuccae, decoloratae. Sporidia ferruginea, raro fulvo-ferruginea.

317. *A. Vahlii Schum.* Pileo carnoso, hemisphaerico, demum convexo-plano, fulvo-ferrugineo; lamellis adnatis, confertis, pallide ferrugineis; stipite firmo, deorsum incrassato, ferrugineo-pulverulento; annulo amplo dependente.

A. Vahlii Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 258. — Fl. Dan. *tab.* 1496 (*fungum juniorem sistit*). — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 240. — A. spectabilis Weinm. *Sylloge plant. nov.* 1. *p.* 73. 2. *p.* 95. — Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 28 (*exclusa var. b.*).

Gregarius, rarius solitarius, imo basi cohaerens. Fungus speciosissimus inter nostrates, compactus, tamen subfragilis. Pileus in prima infantia fere globosus, lacu-

nosus, mox hemisphaericus, fulvo-ferrugineus, tactu mollis, dein plano-convexus, 6—12′ lat., veluti ferrugineo-pulverulentus, in statu totius explicationis dilutior et laevis. Substantia pilei compacta, nivea, marginem versus fere evanescens, stipitis gossypino-sericea. Lamellae primitus albae, mox pallidae et deinde pallide ferrugineae, micantes, 3—4″ et ultra lat., integerrimae et demum paulo decurrentes. Stipes 6—7′ long., infra pileum $\frac{3}{4}$—1$\frac{1}{2}$′, ad basin 1—2′ cras., atque leviter sulcatus, supra annulum primo albus, farinuloso-flocculosus, postea ferrugineo-pulverulentus ut reliqua pars. Annulus membranaceus, inferne laevis et demum sporidiis copiosis, ferrugineis inquinatus, externe flocculosus, profunde sulcatus, sulcis decurrentibus. Sapor et odor non ingratus. Sporidia dilute ferruginea, copiosissima.

In locis graminosis ad terram turfosam, humidam; ubi crescit, copiose; sed non ubique. — In iisdem locis prope Petropolim observavit Dr. Bongard.

318. *A. caperatus Pers.* Pileo carnoso, convexo, demum planiusculo, obtuso, pallide citrino, villo albido-canescenti obducto, rugoso-lacunoso; lamellis rotundato-adnatis, dilute argillaceis, confertis; stipite farcto, sursum attenuato, supra annulum oblique reflexum, subfugacem squamuloso.

A. caperatus Pers. *Syn. Fung. p.* 273. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 241. — *Observ. mycol.* 1. *p.* 5. — Fl. Dan. *tab.* 1675 — A. macropus Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 151. — A. incrustatus Schum. *Fl. Saell. p.* 254.

Solitarius, rigidus. Pileus 3—5½′ lat., adultus villo orbatus. Lamellae 2—3″ lat., saepe crispatae, adultae subdistantes. Caro alba, compacta. Stipes 5—7′ long., supra annulum ½—¾′ cras., basin versus ½—1¼′, subinde etiam aequalis. Annulus laxe adhaerens, fere mobilis, ut saepe squamae fusco-ferrugineae solummodo remaneant.

In sylvis apertis graminosis muscosis mihi saepius obvius. Jul. Sept.

319. ***A. aurivellus*** *Batsch.* Pileo carnoso, compacto, convexo seu campanulato, obtuso, fulvo-luteo, ferrugineo-squamoso, squamis adpressis; lamellis rotundatis, emarginato-adnatis, demum ferrugineis; stipite albido, fibrilloso-floccoso, farcto, radicato; velo floccoso-radiato.

A. AURIVELLUS BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 22. *fig.* 115. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 242. — *Observ. mycol.* 2. *p.* 17. — A FILAMENTOSUS SCHAEFF. *tab.* 209. — A. SQUARROSUS *β.* PERS. *Syn. Fung. p.* 268. — A. SALICINUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 262. *var.*

Utplurimum solitarius. Pileus demum explanatus, fulvo-luteus l. aurantiacus, humidus subviscosus, 2—3′ lat. Lamellae jun. nebulosae, dein plus minus obscure ferrugineae, 3—4″ lat., confertae. Stipes 2—5′ long., plerumque curvatus, intus ad basin obscure seu fuscescente lutescens, 3—5″ cras. Radix praemorsa, subvillosa, terram nonnunquam profunde intrans. Annulus floccoso-radiatus, interdum deficiens.

Ad truncos salicinos aliquoties; ad truncum quercinum semel. Aug

320. *A. adiposus Batsch.* Pileo carnoso, hemisphaerico, viscoso, luteo, squamis concentricis, pilosis, ferrugineis, marginem versus evanescentibus; lamellis pallide flavis, demum ferrugineis, confertis; stipite laete flavo, squarroso, basi incrassato; velo floccoso-radiato.

A. ADIPOSUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 22. *fig.* 113. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 242. — A. SQUARROSUS BATSCH. *l. c. tab.* 8. *fig.* 31 *et* A. IMBRICATUS *ib. tab.* 22. *fig.* 114. — A. SQUAMOSUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 264.

Caespitosus. Pileus demum magis explanatus, tempore pluvioso valde viscidus, 2—5′ lat. Lamellae adnatae, postice rotundatae, antice attenuatae, margine saepe undulatae, 3 — 5″ lat. Stipes 1¼ — 4′ long., 4—7″ cras., farctus.

Hab. ad truncos tiliaceos, alneos, haud frequens. Sept. Octob.

321. *A. squarrosus Müll.* Pileo carnoso, convexo, demum planiusculo, obtuso, croceo-ferrugineo, squamis confertis, ferrugineis, demum revolutis; lamellis rotundato-adnatis, olivaceo-pallidis, dein ferrugineis, confertis; stipite infra annulum squamoso, deorsum attenuato.

A. SQUARROSUS MÜLL. *Fl. Dan. tab.* 491 *minus bene!* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 243. — *Observ. myc.* 2. *p.* 19. — PERS. *Syn. Fung. p.* 268. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 256. — A. SQUAMOSUS BULL. *Champ. tab.* 266. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 201. — A. FLOCCOSUS SCHAEFF. *tab.* 61. — MART. *Fl. mosq. p.* 236.

Caespitosus. Pileus obtuse umbonatus, margine deflexo,

Digitized by Google

2—4′ et ultra lat. Lamellae demum dente decurrentes, 3—4″ lat. Stipes semper deorsum attenuatus, infra annulum squamosus, apice laevis, glaber, 2—4′ long., 3—4″ cras. Velum integrum v. ﬂoccoso-radiatum.

Ad truncos putrescentes hinc inde. Autumno. — Prope Mosquam (Martius).

322. *A. flammans Batsch.* Pileo disco carnoso, margine tenui, convexo, obtuso, aurantio, squamis pilosis, sparsis; lamellis emarginato-adnatis, confertis, flavis; stipite solido, aequali, squarroso, pileo concolori; annulo integro.

A. flammans Batsch. *Elench. Fung. tab.* 7. *fig.* 30. — Fr. *Syst. myc.* 1. p. 244. — A. rhabarbarnus. Pers. *Syn. Fung. p.* 271.

Gregarius, elegans. Pileus 1—1½′ lat., demum convexoplanus, obtuse-umbonatus, margine involuto. Lamellae 1—1½″ lat. Stipes 1—1½′ long., 1—2″ cras. apice glaber l. totus squarrosus, jun. farctus, postea cavus.

Ad truncos pineos aliquoties. Augusto.

323. *A. Junonius Fr.* Pileo carnoso, convexo, obtuso, sicco, laevi, luteo; lamellis adnatis, confertis, luteo-fulvis; stipite solido, aequali, pileo concolori, incurvo; annulo infero, reflexo.

A. Junonius Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 244.

Solitarius et elegans. Pileus 1½—2′ lat., semper siccus. Lamellae 2″ et ultra lat., planae. Stipes 1—1½ long., 3—4″ cras., subexcentricus.

Digitized by Google

In trunco abietino ad terram dejecto semel an. 1822. Exeunte Sept.

324. *A. fulvo-marginatus Weinm.* Pileo disco carnoso, conico-campanulato, aeruginoso, sordide adpresso-squamoso, fulvo-ferrugineo-marginato; lamellis emarginatis, dilute-sulphureis; stipite farcto, pileo dilutiori; velo floccoso-radiato, fulvo-ferrugineo, subpersistente.

Solitarius, satis pulcher. Pileus initio conico-campanulatus, dein magis expansus, obtusus, humidus viscidus, disco adpresso-squamulosus, versus marginem fibrillosus et e lilacino incarnatoque coloratus, 2′ lat. Substantia albida, margine aeruginosa. Lamellae inaequales, nunc ventricosae, nunc fere lineares, 2—3″ lat., confertae. Stipes 1′ et parum ultra long., apice 2″, ad basin 3″ cras., floccoso-farctus.

In lignis pineis fabrefactis, semiputridis; semel. Septemb.

325. *A. tuberculosus* ***Fr.*** Pileo carnoso, hemisphaerico, obtuso, sicco, cinnamomeo, squamis minutis, adpressis; lamellis emarginatis, distinctis, serrulatis, flavis, demum flavo-ferruginascentibus; stipite cavo, incurvo, subaequali, fibrilloso; annulo membranaceo, subreflexo.

A. TUBERCULOSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 244. — SCHAEFF. *tab.* 97. *fig.* 3—7. — A. CURVIPES PERS. *Syn. Fung.* *p.* 312.

Subgregarius. Pileus 1—2′ lat. Lamellae 2—3″ lat., passim flexuosae. Stipes 1—1½′ long., 2—3″ cras., flavo-fuscescens, aequalis v. basi subbulbosus.

Digitized by Google

Ad truncum vetustum semiputridum in monte Duderhow; semel. Sept.

326. *A. muricatus Fr.* Pileo carnoso, convexo, obtuso, fulvo-luteo, squamulis floccoso-pilosis, aculeiformibus obsito; lamellis emarginato-adnatis, serrulatis, pallide flavis; stipite farcto, aequali, squamoso, pileo obscuriore; annulo parvo, tenui.

A. MURICATUS a. FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 244. — *Observ. myc.* 2. *p.* 12.

Gregarius. Pileus primitus conico-campanulatus, dein convexus et demum subplanus, 1—2′ lat., margine tenui, substriato. Lamellae confertae, 2″ et paulo ultra latae. Stipes 1—2′ long., 1—2″ cras., demum cavus.

Semel tantum legi in trunco carioso pineo. Aug.

327. *A. limulatus Fr.* Pileo subcarnoso, convexo, fulvo-cinnamomeo, fibrilloso-squamuloso; lamellis adnatis, confertis, lutescente-cinnamomeis, dein pileo concoloribus; stipite farcto, fibrilloso, umbrino; velo fugacissimo.

A. LIMULATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 245 (*A. muricatus c.*). — *Observ. myc.* 2. *p.* 28.

Gregarius, ima basi connatus. Pileus ½—1¼′ lat., adultior planus. Lamellae ventricosae, 1—2″ lat. Stipes 1′ et paulo ultra long., 1—1¼″ cras., aequalis. Sporidia ferruginea.

Ad truncum putridum pineum dejectum, muscis (*Sphagnis*) obtectum, semel prope Koirowam. Aug.

328. *A. mutabilis Schaeff.* a. Pileo disco carnoso, margine

tenuiori, convexo-plano, glabro, cinnamomeo, expallente; lamellis primo pallidis, dein cinnamomeo-ferrugineis, confertis, subdecurrentibus; stipite fiſtuloso, aequali; annulo ferrugineo, subreflexo aut nullo.

A. MUTABILIS SCHAEFF. *tab.* 9. *rudis!* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 245. — A. XYLOPHILUS BULL. *tab.* 530. *fig.* 2. *bene!* A. ANNULARIS BULL. *tab.* 543. *fig. O. P.* (*nostro major!*) — A. MUTABILIS SOBOL. *Fl. pet. p.* 288. — LENZ. *Abbild. p.* 51. *tab.* 5. *fig.* 20. — A. CAUDICINUS PERS. *Syn. Fung. p.* 271. — MART. *Fl. mosq. p.* 235.

Gregarius. Pileus demum planus, laevis v. minute-squamulosus, cinnamomeus l. ferrugineus, obtuse umbonatus, ½—1½′ lat. Caro flavescens. Lamellae subinde subsinuatae, 2—3″ lat. Stipes 1½—2′ long., ½—2″ cras., tenax, apice pallidus, ad basin umbrinus.

Ad truncos putridos, inter rejectamenta lignea et in serragine frequens. Aug. — Octob. Prope Mosquam (MARTIUS).

b. denudatus *Fr.* Pileus carnioso-membranaceus, convexo-planus, fusco-umbrinus, 1—1½′ lat., demum disco depressus et expallens. Lamellae 1—2″ lat., adnatae, subdistantes. Stipes 1—2′ et ultra long., umbrinus, apice pallidus, basi parum incrassatus atque albo-villosus.

A. MUTABILIS et MARGINATUS BATSCH. *Elench. Fung.* 2. *p.* 207. 208. — A. ACUTUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 257. — MICH. *gen. tab.* 80. *fig.* 7 (*cum fungo nostro satis bene convenit*).

c. solitarius *Fr.* Pileus hemisphaericus, carnoso-membranaceus, margine substriatus, dilute alutaceus, $\frac{1}{2}$—1′ lat. Lamellae subdecurrentes, 2″ lat., demum dilute cinnamomeae. Stipes 1—1$\frac{1}{2}$′ long., vix 1″ cras., fibrillosus, pileo concolor seu obscurior. Annulus non visus.

A. UNICOLOR SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 277.

Ad truncos putridos et inter rejectamenta lignea ambae var. proveniunt. Autum.

*β. flavus.* Pileo carnoso, convexo, sicco, glaberrimo, flavo; lamellis adnatis, latiusculis, lutescentibus, margine albido-serrulatis; stipite fibrilloso, albido; annulo approximato, subintegro, reflexo.

Pileus $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$′ lat. Lamellae demum sporidiis ferrugineis inquinatae, 1—2″ lat. Stipes parum incurvus, albo-tomentosus, supra annulum albo-pulverulentus, $\frac{1}{4}$—$\frac{3}{4}$′ altus, 1—1$\frac{1}{2}$″ cras. Annulus 1″ lat., pulvere ferrugineo tinctus. DR. BONGARD in lit.

Ad ramulos putridos pineos solitarie. Septemb. (v. s.)

*Observ. A. mutabilis* ab incolis pro cibo non adhibitur. Fungum caudicinum, quem sub nomine „Apönki“ (Ross. Апёнки) frequenter comedunt atque in deliciis habent, est *A. melleus Fr. v. A. polymyces Pers.*

329. *A. blattarius Fr.* Pileo leviter carnoso, convexo, demum planiusculo, disco subumbonato, glabro, ferrugineo-expallente; lamellis ventricosis, subdistantibus, liberis, albido-cinnamomeis; stipite albo, laevi, fistuloso, annulo albo, reflexo.

A. BLATTARIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 246. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 29. — A. UNICOLOR FL. DAN. *tab.* 1071. *fig.* 1 (*sed annulus in nostro fungo splendide albus, major atque elegantior est*). — A. PYGMAEUS BULL. *Champ. tab.* 525. *fig.* 2 (*non bene convenit*); *noster enim fungus semper annulatus est*).

Solitarius, pulchellus. Pileus ½—¾′ lat., margine striatus. Lamellae 1—2″ fere lat. Stipes 1—1½′ long., 1″ cras., aequalis.

Inveni speciem hanc valde raram in alnetis graminosis prope Slawienkam. Septemb.

330. *A. pumilus Pers.* Pileo leviter carnoso, campanulato-hemisphaerico, ochraceo, laevi, glabro; lamellis adnatis, subdistantibus, primo pallide flavescentibus, dein dilute cinnamomeis; stipite tenui, subfistuloso, fragili; annulo fugaci.

A. PUMILUS PERS. *Syn. Fung. p.* 317 (*excluso synon. Schaeff.*). — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 263. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 29.

Gregarius. Pileus ½—¾′ lat., ochraceus, margine dilutiore. Lamellae rotundatae, 1″ et paulo ultra lat. Stipes 1—1½′ long., apice albidus, ceterum fuscescens, ad basin albo-fibrillosus.

In sylvis siccioribus ad montem Duderhow. Septemb.

331. *A. mycenoides Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, conico-campanulato, ochraceo-ferrugineo, expallente, glabro; lamellis adnatis, ventricosis, dilute-ochraceis; stipite albo, fibrilloso-squamuloso, basi fuligineo-nigrescente, fistuloso; annulo patulo, integro, alutaceo, persistente.

Digitized by Google

A. mycenoides Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 246. — *Elench. Fung. p.* 30.

Gregarius, fragilis, pulcher. Pileus jun. exacte conicus, dein conico-campanulatus, 2—3″ altus, jun. totus unicolor, ochraceus. Lamellae 1″ fere lat., integerrimae. Stipes 10—14″ long., basin versus parum incrassatus, extus intusque fuligineo-nitens, interdum albovillosiusculus, ceterum albus et praecipue infra annulum fibrilloso-squamulosus.

Inter rejectamenta horti Imperialis Gatschinensis ante plures annos semel legi. Sept.

24. HEBELOMA. Velum marginale floccosum, siccum, fugax. Pileus carnosus, convexus, dein planus, glaber, laevis, humidus viscosus. Stipes farctus, firmus, fibroso-squamosus. Lamellae emarginatae v. rotundatae, confertae. *Sporidia ferrugineo-argillacea, reliquis pallidiora.*

332. *A. fastibilis Pers.* Pileo compacto, carnoso, convexo, ochraceo; lamellis emarginato-adnatis, serrulatis, aquose cinnamomeis; stipite firmo, fibrilloso-squamuloso albido.

A. fastibilis Pers. *Syn. Fung p.* 326. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 172 (*exclusis specieb. in observ. indicatis*). — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 249. — *Observ. myc.* 2. *p.* 54. — A. crustuliniformis Bull. *Champ. tab.* 308 *et tab.* 546. — A. gilvus Schaeff. *tab.* 221. — A. obesus Schum. *Fl. Sael.* 2. *p.* 312. — A. fastibilis Mart. *Fl. mosq. p.* 236.

Digitized by Google

Solitarius. Pileus valde compactus, ochraceus, margine dilutiore et tenue carnosus, siccus glaber, humidus viscosus, 3′ et ultra lat. Lamellae primo albidae, mox dilute cinnamomeae, postea obscuriores, 4—5″ latae, semper serrulatae et jove pluvio guttulas stillantes. Stipes 3—4′ long., ½—¾′ cras., albidus, fibrillis squamulisque sordide ochraceis vestitus. Odor ingratus.

b. repandus. Pileo carnoso, compacto, repando, ochraceo, fibroso; lamellis adnatis, argillaceis, confertis; stipite solido, inaequali, albido, fibrilloso.

Caespitosus, olidus. Pileus fere planus, margine repando, 3—5′ lat. Caro albida. Lamellae 3—4″ latae, jun. pallidae, mox argillaceae, demum dilute-cinnamomeae. Stipes 3—5′ long., aequalis l. compressus aut basi incrassatus, ½—1¼′ cras. Sporidia ferrugineo-argillacea.

c. circinans *Pers.* l. c. Pileo carnoso, convexo-plano, albido-pallescente, subviscoso; lamellis emarginato-adnatis, albidis, dein argillaceis; stipite pileo concolori, floccoso, basi paulo incrassato.

Pileus 1—2′ lat., obtusus. Lamellae 2″ et ultra lat. Stipes 1—1¼′ long., 1—2″ cras.

d. minor. Pileo carnoso, planiusculo, umbonato, castaneo, margine albo, subviscido; lamellis subemarginato-adnatis, pallidis, demum argillaceo-cinnamomeis. Stipite farcto, albo, flocculoso-fibrilloso.

Pileus ¼—1′ lat. Lamellae 1″ lat. Stipes 1—2′ long., 1—2″ cras., raro ad basin paulo incrassatus.

Digitized by Google

Amant quatuor enum. formae pineta et loca graminosa sicciora v. subhumida, ubi passim frequentes. Aestate pluviosa et autumno. Prope Mosquam (MARTIUS)

333. *A. subzonatus Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo, campanulato, obtuso, alutaceo-albido, viscido, zonis 2—3 obscurioribus innatis ornato; lamellis adnatis, pallescente-incarnatis, demum ferrugineo-punctulatis; stipite albo, farcto, basi incrassato, apice farinuloso-squamuloso.

Subgregarius. Pileus demum convexo-expansus, obtusissimus, 1—1¾′ lat. Lamellae in prima infantia albidae, 1—1½″ latae, confertae. Stipes 2—2¾′ long., 3—4″ cras. Substantia nivea, compacta. Odor subfortis. Sapor primo subdulcis, dein subamaricans. Sporidia obscure ferrugineo-argillacea.

Inter folia putrida in sylvis mixtis semel. Augusto.

334. *A. punctatus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo-plano, lateritio, disco obscuriore, minutissime punctato-squamuloso; lamellis adnatis, primo pallide-rufescentibus, dein obscure cinnamomeis; stipite subfistuloso, apice albo-flocculoso.

A. PUNCTATUS FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 30.

Gregarius. Pileus demum fere planus, 1—1¼′ lat. Lamellae primitus albidae, 2″ lat., confertae. Stipes jun. farctus, dein cavus, aequalis, fusco-fibrillosus, fragilis, 1½—3′ long., 2—3″ cras.

In pinetis ad terram muscosam semel. Augusto.

Digitized by Google

25. FLAMMULA. Velum marginale, fibrillosum, fugacissimum, non glutinosum. Pileus carnosus, convexo-expansus, laevis, glaber, siccus l. viscosus. Stipes jun. farctus, dein plerumque cavus, non bulbosus, firmus, fibrillosus. Lamellae non emarginatae, variae.

1. *Pholiotis* proximi. Pileus siccus. Lamellae adnatae. ***Lignatiles.***

335. *A. flavidus Schaeff.* Pileo disco carnoso, margine tenui, convexo, obtuso, dein convexo-plano, flavido, disco obscuriore; lamellis adnatis, e luteo ferrugineis; stipite farcto, fibrilloso, basi ferrugineo.

A. FLAVIDUS SCHAEFF. *tab.* 35. *optime!* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 250. — *Observ. myc.* 2. *p.* 29. — PERS. *Syn. Fung. p.* 295. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 292. — A. LIGNATILIS BULL. *Champ. tab.* 554. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 176.

Caespitosus. Pileus primitus convexus v. campanulatus, dein expansus et fere planus, 1—4′ et ultra lat., margine subinde repandus, jove pluvio humidus. Lamellae primo luteae, aetate provecta luteo-ferrugineae l. ferrugineo-cinnamomeae, 2—3″ latae, adnatae l. demum decurrentes (ut tab. cit. Bull. fig. D optime repraesentat). Caro flavescens. Stipes aut deorsum aut seorsum attenuatus v. aequalis, superne flavescens, ceterum extus intusque ferrugineus, 2—6′ long., 1—3″ cras., saepe curvatus.

Digitized by Google

Hab. ad truncos, apprime pineos, passim. Autum.

336. *A. astragalinus Fr.* Pileo carnoso, convexo, obtuso, sicco, laevi, aureo-incarnato, margine subsericeo, dilutiori; lamellis adfixis, primo dilute flavescentibus, dein ferrugineis; stipite inaequali, subcavo, flexuoso, squamoso-fibrilloso.

A. ASTRAGALINUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 251. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 31. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 939. — A. FLAVIDUS *β. maculosa* ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 160.

Caespitosus; sapor amaricans? — Pileus 1—1½′ lat., demum maculis fusco-lateritiis pulchre obsitus. Lamellae 2″ et paulo ultra lat., confertae. Stipes 2—3′ long., 2—3″ cras., pallidus. Cortina alba.

Memorabilem singularemque fungum in trunco emortuo *Pini sylvestris* semel tantum an. 1822. in monte Duderhow legi. Aug.

337. *A. inopus Fr.* Pileo carnoso, convexo, obtuso, sicco, laevi, flavescente, disco obscuriore; lamellis adfixis flavis, dein argillaceis, confertis; stipite farcto, albido, fibrilloso, radicato.

A. INOPUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 251. — *Observ. myc.* 2 *p.* 32. — A. RADICATORAMOSUS. BOLT. *Fung. tab.* 148. (*praesertim fig. infra eximie!*).

Gregarius l. caespitosus. Pileus fere semper margine involutus, ¼—1′ lat. Lamellae 1—1½″ lat. Stipes 2—3′ et ultra long., 1—1½″ cras., nunc rectus, nunc flexus, mox sursum, mox deorsum attenuatus.



Digitized by Google

In sylvis umbrosis ad Tosnam ad truncum pineum vetustum muscosum semel. Medio Septemb.

338. *A. stabilis Weinm.* Pileo carnoso, compacto, obtuse umbonato, plano, ochraceo, laevi, glabro; lamellis adnatis, sordide albidis, dein obscure cinnamomeis; stipite rigido, farcto, albido, fibrillis ochraceis vestito, inaequali.

Gregarius. Totus fungus valde rigidus et compactus! — Pileus primitus subhemisphaericus, mox planus, margine involuto, siccus, ochraceus, umbone obtuso, obscuriore, 2—4′ lat. Lamellae crassiusculae, subconfertae, 2—3″ lat. Stipes 4—8′ long., inaequalis, nempe: mox undique attenuatus, mox basi incrassatus l. hinc inde constrictus, a 5″ usque ad 1′ et ultra crassus, valde rigidus, supra albus, ceterum undique fibrillis ochraceis vestitus.

Ad truncum pineum vetustum exemplaria completa an. 1832 prope Slavienkam legi. Sept.

339. *A. sapineus Fr.* Pileo carnoso, convexo, dein plano, obtuso, lutescente; lamellis adfixis, albido-flavis, demum fulvo-cinnamomeis; stipite subaequali, subfarcto, fibrilloso-striato, pallido.

A. SAPINEUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 239. — A. PENETRANS FR. *Observ. myc.* 1. *p.* 23. — A. LIQUIRITIAE * *sapineus* PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 189.

Subcaespitosus et solitarius. Pileus 1—2′ lat., jove pluvio rimosus, lutescens et aurantiacus. Lamellae 2—3‴ lat., confertae. Stipes 1½—2′ long., 2—3″ cras., adultior cavus, basi albido-villosus.

*β. hybridus Fr.* Observ. myc. 2. p. 30. Gregarius. Pileus carnosus, convexus, obtusus, fulvus, margine inflexus, 1—2' lat., laevis, glaber. Lamellae demum sulphureae, 2—2½" lat. Stipes 2—3' long., 2—3" cras., dilute flavescens, subcavus, deorsum paulo incrassatus.

Ad truncos pineos putridos et ligna fabrefacta pinea putrida passim. Aestate, autumno.

340. *A. picreus Pers.* Pileo leviter carnoso, convexo, cinnamomeo, laevi; lamellis emarginato-adnatis, flavis; stipite subaequali, glabro, fulvo-umbrino, fistuloso.

A. PICREUS PERS. *Syn. Fung. p.* 315. — *Icon. et descript. fasc.* 1. *p.* 14. *tab.* 4. *fig.* 7. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 189. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 239. — *Observ. myc.* 1. *p.* 28. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 165.

Utplurimum caespitosus. Pileus 1—2' lat., jove pluvio humidus, ceterum siccus. Lamellae 1—1½" lat., confertae. Stipes 1½—2' long., 1—2" cras., plerumque adscendens.

b. pileo fulvo-cinnamomeo. Valde confertus. Pileus ½—1½' lat., jun. hemisphaericus, mox planiusculus, fulvo-cinnamomeus. Lamellae laxe-adfixae, luteae l. luteo-cinnamomeae, ½—1" lat. Stipes 1—3' long., in ligno putridissimo longe radicatus, fistulosus, aequalis, umbrinus v. pileo concolor.

Hab. a. ad truncos pineos non raro; b. ad ligna pinea fabrefacta; semel. Autum.

Digitized by Google

2. *Myxaciis* similes. Pileus viscosus; lamellae adnatae. *Lignatiles et terrestres.*

341. *A. spumosus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, flavido, viscoso; lamellis primo flavo-virentibus, dein flavo-ferrugineis, adnatis; stipite subaequali, lutescente, ferrugineo-fibrilloso, fistuloso.

A. SPUMOSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 252. — A. SILACEI *var.* ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 205.

Gregarius. Pileus jun. hemisphaericus, dein plano-depressus, subumbonatus, sordide flavus, valde viscosus, 1—1½′ lat. Lamellae 2″ et ultra lat. Stipes 2—3′ long., 1—2″ cras., jun. farctus, adultior cavus, intus flavo-virens.

Hab. in pinetis ad terram et in truncis putridis frequentissime. Aug. — Octob.

342. *A. carbonarius Fr.* Pileo disco carnoso, margine tenui, convexo, dein plano, subumbonato, viscoso, fulvo; lamellis adnatis, confertis, argillaceo-fuscescentibus; stipite aequali, tenaci, flavescente, fibrilloso-squamuloso.

A. CARBONARIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 252. — *Observ. myc.* 2. *p.* 33.

Gregarius. Pileus ½—1′ lat., obtusus v. obtuse-umbonatus, circa umbonem saepe depressus. Lamellae 1—2″ latae. Stipes 1—1½′ long., vix 1″ cras., jun. albidus, dein pileo dilutior.

Hab. in locis deustis carbonatis. Jul. — Octob.

Digitized by Google

343. *A. lubricus Pers.* Pileo carnoso, convexo, fulvo, viscoso, lamellis adnatis, demum subdecurrentibus, argillaceis; stipite sursum attenuato, albo, fibrilloso, farcto.

A. LUBRICUS PERS. *Syn. Fung. p.* 307. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 252. — *Observ. myc.* 2. *p.* 139.

Solitarius. Pileus adultior planiusculus, 2—3′ lat., fulvo-cinnamomeus. Lamellae 3″ et ultra lat. Stipes 3—4½′ long., 3—5″ cras., basin versus albo-villosus et in statu vetustiori fuscescens.

In pinetis circa truncos arborum peraro. Septemb.

344. *A. lentus Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, albido-subalutaceo, viscoso, margine fibrilloso; lamellis emarginato-adnatis, confertis, argillaceis; stipite aequali, farcto, albido, fibrilloso.

A. LENTUS PERS. *Syn. Fung. p.* 287. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 253. — *Observ. myc.* 2. *p.* 30. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 157.

Gregarius. Pileus dein planiusculus, 1½—2′ lat. Caro alba, firma. Lamellae jun. fere toto adnatae, albidae, dein emarginato-adnatae, subventricosae, 2—3″ et ultra lat. Stipes 2—3′ long., 1—2′ et ultra cras., villoso-fibrillosus, tortus, subfragilis.

In acervis foliorum. Exeunte Septemb. 1831.

26. NAUCORIA. Velum obsoletum. Pileus carnoso-membranaceus, e campanulato-planiusculus, squamulosus. Stipes subfistulosus, aequalis, te-

Digitized by Google

nuis, squamulosus, intus flocculosus. Lamellae cinnamomeae.

345. *A. escharioides Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo, obtuso, sordide ochraceo, pallido, squamuloso; lamellis primo pallidis, adnato-subdecurrentibus, dein aquose-cinnamomeis, secedentibus, subventricosis; stipite fistuloso, pileo concolori, apice glabro.

A. ESCHARIOIDOS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 260. — *Observ. myc.* 2. *p.* 131. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 159 *et* A. MUSCOPHILUS *ib. p.* 160.

Gregarius. Pileus 3—6″ lat., demum explanatus. Lamellae 1″ lat. Stipes 1—1¼′ long., vix 1″ cras., rectus v. curvatus. Totus fungillus subtenax.

*β. naucosus Fr.* Observ. myc. 2. p. 132. Gregarius, pallide ochraceus, fragilis. Pileus leviter carnosus, convexo-planus, sericeus, ½—¾′ lat., subsquamulosus. Lamellae emarginatae, 1—2″ latae., demum liberae. Stipes 1—2′ long., 1—2″ cras., fibrillosus, fuscescens.

a. In sylvis umbrosis ad terram nudam v. tenue muscosam pluries legi; β. in terra subhumida, nuda ad montem Duderhow. Septemb.

346. *A. conspersus Pers.* Pileo subcarnoso, campanulato, demum explanato, rufo-cinnamomeo, furfuraceo-squamuloso; lamellis emarginato-adnatis, subconfertis, cinnamomeis; stipite fistuloso, aequali, furfuraceo-squamuloso.

A. CONSPERSUS PERS. *Syn. Fung. p.* 318. — *Icon. et descript. fasc.* 2. *p.* 50. *tab.* 12. *fr.* 3. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 160. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 260.

Digitized by Google

Gregarius, pulchellus, fragilis. Pileus ½—1 lat. Lamellae 1'' et ultra lat. Stipes 1—1½' long., vix 1' cras., pileo concolor.

In sylvis umbrosis subhumidis ad terram graminosam aliquoties. Aug.

347. *A. erinaceus Fr.* Pileo submembranaceo, expanso, umbonato-glabro, canescente-ferrugineo; lamellis confertis, adnatis; stipite fistuloso, incurvo, hirto. Fr.

A. ERINACEUS FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 33. — A. ARIDUS PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 193.

Solitarius, pusillus. Pileus ½' lat., disco umbilicato, floccis densissimis fasciculatis squamosus, umbrino-ferrugineus, margine primitus involuto. Lamellae latiusculae, parum confertae. Stipes undique hirtus, basi dilatata, albo-pubescente, aequalis, 4'' circiter long., vix 1'' cras., pileo concolor. Fr. l. c.

Ad ramulos dejectos semel. Augusto.

348. *A. siparius Fr.* Pileo leviter carnoso, convexo, obtuso, dein plano, rufo-ferrugineo stipiteque subfarcto, tenui villoso-squamosis; lamellis adnatis, pileo dilutioribus.

A. SIPARIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 261. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 158.

Gregarius, gracilis. Pileus 2—4'' lat. Lamellae 1—1½'' lat., subdistantes. Stipes uncialis, apice pulverulentus.

Ad stipites filicum et muscos bis legi. Septemb.

349. *A. pannosus Fr.* Pileo submembranaceo, convexo-plano, subumbonato, fuscescente, albo-sericeo; lamellis

adnexis, ventricosis, pileo dilutioribus; stipite subfistuloso, tenui, subfibrilloso, pallido.

A. PANNOSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 261. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 158.

Gregarius, gracilis, pulchellus. Pileus 3—4″ lat., margine subtiliter striato. Lamellae distantes, secedentes, 1—2″ fere latae. Stipes 1′ long., subfragilis, undulatus.

In sylvis umbrosis ad terram humidam aliquoties. Aug.

350. *A. graminicola Nees.* Pileo submembranaceo, convexo, papillato, sericeo-fuscescente; lamellis adnexis, subdistantibus, crassiusculis; stipite tenui, aequali, hirsuto.

A. GRAMINICOLA NEES. *Syst.* 1. *p.* 202. 2. *p.* 50. *tab.* 23. *fig.* 186. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 261. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 159.

Sparsus, gracilis. Pileus 2—3″ lat. Lamellae 1″ et paulo ultra latae. Stipes uncialis, basi floccis adnexus.

Ad culmos graminum majorum emortuos semel. Ineunte Septemb.

351. *A. furfuraceus Pers.* Pileo carnoso, membranaceo, convexo, dein umbilicato, subcinnamomeo expallente, squamuloso sericeove; lamellis adnato-subdecurrentibus, cinnamomeis; stipite fistuloso, aequali, furfuraceo-squamuloso.

A. FURFURACEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 454. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 161. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 262. — *Observ.*

*mycol.* 2. *p.* 24. — A. PULVERULENTUS SCHAEFF. *tab.* 226.

Gregarius l. confertus. Pileus ½—1′ lat. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 2—2½′ long., 1″ cras., basin versus fuscescens, albo-villosus.

Inter rejectamenta lignea et folia dejecta putrida passim, ad terram muscosam rarius. Aug. Sept.

27. GALERA. Velum obsoletum. Pileus submembranaceus, campanulatus, humidus substriatus, siccus laevis, expallens, omnino absque squamis l. fibrillis adnatis. Stipes fistulosus, aequalis l. sursum attenuatus, gracilis, raro nudus, sed plerumque pruinatus l. fibrillosus. Lamellae adnexae l. adnatae, variae.

352. *A. opalus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, conico-campanulato, obtuso, pallescente; lamellis leviter adfixis, dilute croceis, dein cinnamomeo-ferruginascentibus; stipite albo, nitente, villosiusculo.

A. OPALUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 265. — *Observ. myc.* 2. *p.* 142.

Gregarius, fragilis. Pileus tempore pluvioso albido-pallescens, margine dilute fuscescens, siccus alutaceus, non striatus, in statu juvenili albo-pilosiusculus, dein glaber, ½—1¾′ lat. Lamellae vix adfixae, 2—3″ lat. Stipes 3—5′ long., 1″ cras., albo-l. candido-nitens, subaequalis, undique pilis albis valde tenuibus obsitus.



Digitized by Google

Hab. in sylvis ad terram pinguem. Septemb.

*β. fragillimus Weinm.* Pileo subcarnoso, conico-campanulato, humido fuscescente, sicco dilute l. albido-alutaceo, laevi; lamellis laxe adfixis, ochraceis; stipite candido, striato, villoso.

Gregarius l. valde confertus, ima basi saepe cohaerens; omnes fungi partes fragillimae. Pileus jun. exacte conicus, obtusus, fuscescens, albo-pulverulentus, deinde expansus, laevis, glaber, albido-alutaceus, 1—2½′ lat., et in statu totius explicationis subinde fissus. Lamellae primitus albidae, mox dilute ochraceae, postea cinnamomeae, 1—3″ lat., vix adfixae, undique attenuatae. Stipes 1½—2′ long., 1—2″ cras., valde fistulosus, aequalis l. sursum parum attenuatus, splendide-candidus, jun. teres, adultior fere canaliculatus.

In graminosis muscosis humidiusculis inter frutices horti Imperialis Pawlöwsk. Autum.

353. *A. tener Schaeff.* Pileo leviter carnoso, conico-campanulato, obtuso, laevi, ochraceo, margine striato; lamellis subadnatis, cinnamomeis, linearibus; stipite longo, glabro, stricto, fistuloso, pileo concolori.

A. TENER SCHAEFF. *tab.* 70. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 266. — PERS. *Syn. Fung. p.* 386. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 280 *et* A. PILOSELLUS *ib.* — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 22. *tab.* 34. *fig.* 1. *var. major!* — A. FORAMINULOSUS BULL. *Champ. tab.* 535 *optime et tab.* 403. *fig. b. c.* — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 162.

Digitized by Google

Sparsus, elegans, fragilis. Pileus ½—1′ altus, humidus pallide ferrugineus, striatus, siccus expallens, laevis, ochraceus, umbone obscuriore. Lamellae leviter adnatae. Stipes 3—5′ long., vix 1″ cras., primo albus, dein pileo subconcolor, basi albo-villosiusculus.

Hab. in graminosis muscosis passim. Autum.

354. *A. melinoides Pers.* Pileo submembranaceo, hemisphaerico, ochraceo-helvolo, expallente, margine striato; lamellis adfixis, ventricosis, serrulatis, dilute cinnamomeis; stipite fistuloso, subpruinato, inaequali, fragili.

A. MELINOIDES PERS. *Syn. Fung. p.* 387. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 280. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 266. — *Observ. myc.* 2. *p.* 169. — BULL. *Champ. tab.* 560. *fig.* 1. — *Fl. fr.* 2. *p.* 162.

Gregarius, gracilis. Pileus ½—¾′ lat., demum planiusculus, humidus striatus, siccus nitens. Lamellae 1—2′ lat. Stipes mox aequalis, mox sursum paulo attenuatus aut subcompressus, 2½—3′ long., tenuis.

In pratis ericetosis et sylvaticis muscosis hinc inde. Autum.

355. *A. tenuissimus Weinm.* Pileo tenuissimo, campanulato, obtuso, glabro, pallescente-olivascente; lamellis adnatis, confertis stipiteque tenui, glabro cinnamomeis.

Gregarius, fragillimus. Pileus 1—2″ altus v. lat., humidus pallescente-olivascens, siccus olivaceus. Stipes 1—2′ long., subtiliter fistulosus, aequalis.

In sylvis ad terram muscosam semel. Ineunte Aug.

Digitized by Google

356. *A. Hypnorum Schrank.* Pileo disco carnosulo, margine tenui, campanulato, subpapillato, leviter sulcato; lamellis adnatis, subdistantibus; stipite fistuloso, flexili, apice pruinoso.

A. Hypnorum Schrank. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 267. — Pers. *Syn. Fung. p.* 385. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 277. — Lasch *in Linnaea* 1828 *fasc.* 4. *p.* 416. — Mich. *gen. tab.* 80. *fig.* 8. — A. campanulatus Schaeff. *tab.* 63. — A. plicatus Fl. Dan. *tab.* 1009. *fig.* 3. — A. hypni Batsch *Elench. Fung. p.* 19. *fig.* 96.

Gregarius, totus flavide ochraceus. Pileus 3—6″ altus, siccus expallens, et fere laevis. Lamellae 1″ et ultra lat. Stipes 1½—2′ long., ½—1″ cras.

Hab. in pratis et sylvis muscosis passim. Aestate, autum.

357. *A. Bryorum Pers.* Pileo disco carnosulo, margine tenui, campanulato, obtuse umbonato, citrino-ochraceo, subsulcato; lamellis adnexis, ventricosis, cinnamomeis; stipite pileo dilutiore, apice pruinoso.

A. Hypnorum β. bryophilus Pers. *Syn. Fung. p.* 385. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 267. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 277. — Lasch *in Linnaea* 1828. *fasc.* 4. *p.* 416.

Gregarius. Pileus ½—1′ lat., expallens. Lamellae 1—2″ lat., laxe adnexae. Stipes 2—3′ long., vix 1″ cras., aequalis, utplurimum fistulosus, apice albo-pruinatus, ceterum leviter albo-fibrillosus.

Hab. in pinetis humidis inter muscos majores. Exeunte Sept.

358. *A. Sphagnorum Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, ochraceo-alutaceo, glabro, substriato; la-

Digitized by Google

mellis adnatis, latis, argillaceis; stipite tenui, aequali, fulvo.

A. Sphagnorum Pers. *Syn. Fung. p.* 386. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 267. — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 278. — Lasch *in Linnaea* 1828. *fasc.* 4. *p.* 417.

Gregarius. Pileus jun. hemisphaericus, dein planus, ½—1′ lat., margine leviter fibrillosus, humidus substriatus, siccus laevis. Lamellae jun. pallidae, mox argillaceae, 3″ et ultra lat. Stipes 3—4′ long., fistulosus, infra pileum pallescens, ceterum fulvus, levissime albo-fibrillosus.

In pinetis humidis inter Sphagna et alios muscos. Septemb.

359. *A. mniophilus Lasch.* Pileo disco carnosulo, margine membranaceo, campanulato, umbonato, fuscescente-flavido, striato; lamellis adnexis, subdistantibus stipiteque fistuloso, basi villoso, flavido, ochraceis.

A. mniophilus Lasch *in Linnaea* 1828. *fasc.* 4. *p.* 417.

Gregarius, gracilis. Pileus subinde obtusus, ½—¾′ lat., siccus sublaevis. Lamellae dein secedentes, 3—4″ lat., triquetrae. Stipes 2—3′ long., tenuis, nunc strictus, nunc tortilis.

In sylvis inter muscos humidos semel. Sept.

360. *A. hyperellus Fr.* Pileo leviter carnoso-membranaceo, convexo-plano, umbonato, glabro, canescente-ferrugineo; lamellis adnatis, confertis, demum obscure-ferrugineis; stipite tenui, fistuloso, brevissimo, pallido, sericeo-fibrilloso.

Digitized by Google

A. HYPERELLUS FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 35.

Pileus 4—5″ lat. Stipes vix ½′ long., aequalis, basi bulbillosa.

Ad terram nudam sylvarum prope Slavienkam semel an. 1822 legi. August.

*Observ.* Specimina una cum adnotationibus meis, nescio quo fato, perdidi; quare descriptionem Cl. *Friesii* tantum citavi.

361. *A. temulentus Fr.* Pileo membranaceo, campanulato, umbonato, ſuscescente, sicco expallente, subochraceo, glabro, margine striato; lamellis adnatis, dein umbrinis; stipite fistuloso, pileo concolori, apice pulverulento.

A. TEMULENTUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 268.

Solitarius, gracilis, subtenax. Pileus ¼—½′ lat. Lamellae 1″ et ultra lat. Stipes 2′ long., ½″ (vix ultra) cras., basi albidus.

Hab. inter muscos humidos pinetorum peraro. Aug.

362. *A. pusillus Fr.* Pileo submembranaceo, hemisphaerico, laevi, luteo; lamellis adnatis, dilute cinnamomeis, confertis; stipite fistuloso, tenui, flavo.

A. PUSILLUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 264. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 36. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 165.

Solitarius, pulchellus. Pileus 3—6″ lat. Lamellae 2″ et paulo ultra lat. Stipes ¾—1′ long., vix 1″ cras.

Gramina inter et muscos semel exeunte Septemb legi.

363. *A. pityrius Fr.* Pileo submembranaceo, campanulato, lurido, viscoso, striato; lamellis adnexis, subventricosis, subferrugineis; stipite fistuloso, argenteo-nitente, subfarinaceo.

A. PITYRIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 268.

Gregarius, confertus. Pileus primo campanulatus, dein expansus, ½—1′ lat., pellucidus. Lamellae 1—2″ lat., initio albescente-lutescentes, dein subferrugineae. Stipes 1½—2′ long., valde fistulosus, aequalis.

Hab. in sylvis humidis peraro. Aug.

28. TAPINIA. Velum marginale, villosum, fugax. Pileus plus minus carnosus, laevis, nudus, jun. plano-convexus, margine involuto, villoso, dein depressus, late umbilicatus. Stipes aequalis, in pileum subdiffusus.

364. *A. hirneolus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, plano, dein depresso, margine substriato, glabro, fuscescente expallente-albescente; lamellis decurrentibus, confertis, cinereis; stipite farcto, tenui, basi albo-villoso.

A. HIRNEOLUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 269 (*excluso synon.* PERS.). — *Observ. myc.* 2. *p.* 211. — A. ERICETORUM SCHUM. *Saell.* 2. *p.* 329 (*excluso Syn.* PERS.) — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 84 *et* A. PHACELLUS *ib. p.* 112.

Subgregarius. Pileus margine subinflexus, subinde laevis, adultior albidus et nitens, 4—6″ lat. Lamellae 1—1½″

lat. Stipes 1—2″ long., 1—2‴ fere cras., apice albo-squamulosus.

In graminosis ericetosis semel obvius. Augusto.

365. *A. scambus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, albo, sericeo-fibrilloso; lamellis adnatis, subdistantibus, argillaceis; stipite tenui, farcto, albido, hirsuto.

A. SCAMBUS FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 45. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 36. — *Syst. myc.* 1. *p.* 504.

Gregarius. Pileus jun. exacte hemisphaericus, albidus, subviscidulus, dein convexo-planus, albido-sericeo-fibrillosus, sed fere semper sporidiorum ferrugineorum copia et aliis quisquiliis inquinatus, ½—1′ lat., tenuis, subfragilis. Lamellae jun. sordide albidae, dein argillaceae, ½—1″ lat. Stipes 1—1½′ long., jun. albidus, hirsutus, adultior pallidus v. sordidus, glabriusculus, plerumque curvatus.

Hab. in lignis pineis putridissimis. Exeunte Septemb.

366. *A. vinosus Bull.* Pileo carnoso-membranaceo, planiusculo, sicco, griseo, nigro-virgato; lamellis adnato-subdecurrentibus, albidis; stipite spongioso-farcto, basi subincrassato, pileo subconcolori.

A. VINOSUS BULL. *Champ. tab.* 64. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 173. — A. PROPINQUUS PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. 63. — FRIES *in Linnaea* 1830. *fasc.* 5. *p.* 705. — DESCOURT. *Livrais.* 5. *p.* 97. *tab.* 7. *fig. D.*

Solitarius. Pileus fere membranaceus, subdepresso-pla-

tus, 1—2‴ lat. Caro tenuis, alba. Sapor mitis, satis, ut odor, gratus. Lamellae semper albidae, 2″ lat., jun. adnatae, adultiores decurrentes. Stipes 3′ long., 3—4″ cras., flocoso-farctus, extus fuligineo-fibrillosus, intus candidus.

In pinetis inter muscos semel. Septemb.

567. *A. involutus Batsch.* Pileo carnoso, convexo, dein depresso, margine involuto, tomentoso; lamellis simplicibus dichotomisque, decurrentibus, confertissimis, basi subporiformibus; stipite basi attenuato.

A. INVOLUTUS *a. regularis* BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 13. *fig.* 61. — FR. *Syst. mycol.* 1. *p.* 271. — PERS. *Syn. Fung. p.* 448. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 62. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 16. *tab.* 26. — SCHAEFF. *tab.* 71. — A. CONTIGUUS BULL. *Champ. tab.* 240 *et tab.* 576. *fig.* 2 *optime.* — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 171.

Solitarius l. gregarius. Pileus ochraceus l. ferrugineo-ochraceus, jun. convexus, umbilicatus, dein planus, adultus depressus, 3—5′ lat. (in areis hortorum saepe 4—10′), et in centro saepe squamulosus. Lamellae 2—3‴ lat., subinde repetito-dichotomae, pileo dilutiores. Stipes 1—3′ long., ½—1′ cras., interdum curvatus, rarius subbulbosus.

In sylvis umbrosis, praesertim in locis stercore humano inquinatis, uberrime. — Aug. — Octob. — Edulis, et ab incolis Rossice „Schwinucha“ (Свинуха) nominatur.

29. CREPIDOTUS. Velum tenuissimum, fibrillosum. Statura varia, sed pileus inaequalis, excentricus l. lateralis. Lamellae inaequales, decoloratae. Sporidia ferruginascentia, nunc pallidiora, subargillacea, nunc subrufa.

a. Majores; pileo carnoso, glabro.

368. *A. atrotomentosus Batsch.* Pileo carnoso, convexo-depresso, excentrico, ochraceo-ferrugineo, sicco, tomentoso-squamuloso; lamellis lutescentibus, subdecurrentibus, ramosis bifurcatisque; stipite solido, firmo, curvato, umbrino-tomentoso.

A. atrotomentosus Batsch. *Elench. Fung. tab.* 8. *fig.* 32. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 272. — Pers. *Syn. Fung. p.* 374. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 45 (*excluso synon.* Fries.). — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 226. — Nees. *Syst. tab.* 21. *fig.* 175.

Confertus. Pileus margine repandus et involutus, 3—4′ lat. Caro alba, floccosa. Lamellae venoso-connexae, basi subanastomosantes, 2½—3″ latae. Stipes 1½—2′ long., 1—1½′ cras., basi saepe connatus.

Ad truncos pineos prope Petropolim observavit et descripsit Dr. Bongard.

369. *A. panuoides Fr.* Pileo carnoso l. carnoso-membranaceo, sessili, glabro, luteo; lamellis decurrentibus, subramosis, crispatis, pileo dilutioribus.

A. panuoides Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 273. — *Observ. myc.* 2. *p.* 228. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 37. — Buxb. *Cent.*

Digitized by Google

2. *p.* 44. *tab.* 49. *fig.* 2. — A. SCOBIGERIA PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 23. — A. MOLLIS * *heteroclitus ib. p.* 24 *et* A. ATROTOMENTOSUS *γ? panuoides ib. p.* 46. — GOMPHUS PEZIZOIDES PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 10.

Fungus quoad formam et magnitudinem valde variabilis. Fungi sub diu enati utplurimum solitarii, (sed etiam conferti visi), apud nos fere semper regulares; sed in cellis et aliis locis cryptis saepe in longam seriem effusi et valde monstrosi. Pileus (sub diu enatus) obovatus, auriformis et fere cochleatus, 1 — 2′ lat.; (in cellis) saepe expansus, substipitatus, stipite excentrico, cupularis, varie lobatus et incissus, margine involuto, 2 — 3′ lat. Stipes (si adest) 2 — 4″ tantum long. Color semper luteus l. pallide luteus, et lamellae fere fulvae et angustae.

Ad truncos pineos putridos parce; copiose interdum in cellis ad ligna putrida fabrefacta pinea. Aest. aut.

370. *A. mollis Schaeff.* Pileo subgelatinoso, subsessili, laevi, glabro, flauido, albido-canescente; lamellis confertis, linearibus, aquose cinnamomeis.

A. MOLLIS SCHAEFF. *tab.* 213. *fig.* 1. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 274. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 37. — PERS. *Syn. Fung. p.* 480 *et* A. PLANUS *ib.* — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 24 (*exclusa var.*). — A. CANESCENS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 9. *fig.* 38. — A. MOLLIS MART. *Fl. mosq. p.* 240.

Gregarius, mollis, carne subgelatinosa, nunc tenui, nunc crassiuscula, aquose pallida. Pileus 1 — 3′ lat., subinde margine lobulatus et incissus, in statu adulto

sporidiis rufo-maculatus. Lamellae 1 — 2‴ lat., jun. albidae.

Ad truncum vetustum betulignum semel. Autum. serot. Prope Mosquam (MARTIUS).

b. Minores; pileo submembranaceo (villoso).

371. *A. haustellaris Fr.* Pileo submembranaceo, plano, subreniformi, alutaceo-pallido, villoso; lamellis rotundato-adfixis, fusco-cinnamomeis; stipite sursum attenuato, villoso, albo, laterali.

A. HAUSTELLARIS FR. *Syst. mycol.* 1. *p.* 274. — *Observ. myc.* 2. *p.* 232. — A. FLURSTEDENSIS BATSCH *Elench. Fung. p.* 171. *tab.* 24. *fig.* 124 *male.* — A. HAUSTELLARIS et UMBRINUS PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 27. 31.

Gregarius. Pileus ¼—1′ lat., pellucens. Lamellae initio pallidae v. alutaceo-pallidae. Stipes 2—4‴ long., vix 1‴ cras., solidus.

Ad ramum dejectum *Populi Tremulae* semel. an. 1822. Initio Septemb.

372. *A. variabilis Pers.* Pileo carnoso, membranaceo, e resupinato reflexo, albo-tomentoso, margine integro aut crispato-lobato; lamellis albido-rubiginosis.

A. VARIABILIS PERS. *Syn. Fung. p.* 483. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 28. — FR. *Syst. mycol.* 1. *p.* 275. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 135. — A. SESSILIS BULL. *Champ. tab.* 152 (*exclusis fig. C. D. E.*) *et tab.* 581. *fig.* 3. — FL. DAN. *tab.* 1556. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 366. — A. PUBESCENS FL. DAN. *tab.* 1073. *fig.* 2.

Digitized by Google

Gregarius, solitarius, imbricatus. Pileus 1—2′ lat., planus, margine involuto, pellucens et subinde stipitem incurvum e centro exserens. Caro nivea, floccosa. Lamellae 1″ lat., confertae, jun. pallidae, mox pallide rubiginosae, ciliolatae.

Hab. ad terram, truncos et ramulos putridos passim. Autumno.

b. *Aspidii Weinm.* Pileus membranaceus, reniformis, sessilis, albescente-alutaceus, villosus, basi fibrillosus, 1—3″ lat., subtenax. Lamellae initio albidae, dein dilute cinnamomeae, margine albidae, subserrulatae, rotundatae.

Ad stipites *Aspidii filicis foeminae* in sylvis ad Tosnam. Sept.

373. *A. epibryus Fr.* Pileo pertenui, candido, sericeo, verticali; lamellis confertis, serrulatis, gilvis.

A. EPIBRYUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 275. — A. SESSILIS BULL. *Champ. tab.* 152. *fig. C. D. E. fungum nostrum quoad lamellarum colorem bene referunt.*

Pileus 2—3″ lat., reniformis. Lamellae tenues.

In thyrso emortuo *Alismatis Plantaginis*, in caulibus adhuc viventibus *Stellariae Holosteae*, et in *Bryo rostrato*. Exeunte Septemb.

374. *A depluens Batsch.* Pileo tenui, reniformi, rufescente-cano, sericeo, fragili, basi villoso, albido; lamellis latiusculis, distinctis, rufescentibus.

A. DEPLUENS BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 24. *fig.* 122. — NEES. *Syst. tab.* 22. *fig.* 179. *a. β.* — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 29. — A. EPIGAEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 484. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 275.

Solitarius v. gregarius, aquosus, mollis, humidus margine substriatus, ¼—¾′ lat. Lamellae primitus griseae. Stipes in jun. saepe adest, 1—2′ long., villosus.

Ad terram et in muscis aliquoties. Autum.

375. *A. byssisedus Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, albido-griseo, villoso; lamellis ventricosis, adnato-decurrentibus, cinereo-incarnatis; stipite incurvo, villoso, farcto; radiculis byssoideis.

A. BYSSISEDUS PERS. *Syn. Fung. p.* 482. — *Icon et descript. fasc.* 2. *p.* 56. *tab.* 14. *fig.* 4. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 20. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 276.

Confertus. Pileus ½—1¼′ lat., jun. cucullatus, resupinatus, demum horizontalis. Lamellae 1—2″ fere latae, primo albido-griseae, dein cinereo-incarnatae. Stipes 1—2″ long., 1″ fere cras. Sporidia satis copiosa, incarnata.

Hab. in lignis putridis. Aest. Autum.

---

## SERIES QUINTA.

PHAEOTUS. Lamellae decolorantes, nebulosae. Velum varium. Sporidia ferrugineo-fusca.

30. PRATELLARIUS. Velum varium. Pileus carnosus l. carnoso membranaceus, convexus, campanulatus, glaber. Stipes annulatus v. nudus, plerumque cavus. Lamellae adnatae et adnato-decurrentes.

Digitized by Google

a. Stipite annulato.

376. *A. vaporariorum Weinm.* Pileo carnoso, convexo, glabro, alutaceo, margine subfuligineo; lamellis adnatis, subcinnamomeis, angustis; stipite rigido, sordide albescente, fibrilloso; annulo membranaceo, albo, persistente.

Solitarius, firmus. Pileus demum planiusculus, 2—3′ lat., coriaceus, siccus, glaber. Caro compacta, sicca. Lamellae confertae, 1″ et ultra latae, primo albido-cinnamomeae, dein obscuriores. Stipes 3′ et ultra longus, 3—4″ cras., aequalis, supra floccoso-farctus, infra compactus et firmus, tenax, supra annulum fere griseo-albidus, subfarinaceus, infra annulum sordidus, tenue fibrillosus. Annulus 4—5″ latus, elegans, dependens. Sporidia ferruginea.

In cortice caldariorum an. 1833 Februario et Martio.

377. *A. erebius Fr.* Pileo leviter carnoso, obtuso, ferruginascente-lurido, ruguloso, glabro; lamellis adnatis, sordide cinnamomeis, subdistantibus; stipite fistuloso, laevi, pallescente; annulo subcampanulato.

A. EREBIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 246. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 33.

Gregarius l. connato-caespitosus, firmus. Pileus 1½—2′ lat., demum expallens, margine striatus. Lamellae 1—2″ lat. Stipes 2—3′ long., 2—3″ cras., substriatus.

In sylvis graminosis muscosis bis legi. Septemb.

378. *A. praecox Pers.* Pileo carnoso, margine tenui, convexo-plano, alutaceo-lutescente, laevi; lamellis emarginato-adnatis, dente decurrente, albidis, dein fuscis; stipite farcto, dein subcavo, aequali, albo; annulo patulo, albo.

A. PRAECOX PERS. *Syn. Fung. p.* 420. — LENZ *Abbild. p.* 51. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 205. — A. CANDICANS SCHAEFF. *tab.* 217.

Solitarius et gregarius. Pileus humidus alutaceo-, siccus dilute-lutescens, laevis, glaber, 2—2½′ lat. Lamellae 2—4″ lat., albidae, dein sporidiis ferrugineo-fuscentibus inquinatae. Stipes 2—3′ long., 1—2″ cras., firmus et in statu adulto subcavus. Annulus parvus, subpersistens.

b. major. Pileus 2—4′ lat. Lamellae 3″ et ultra latae, emarginatae. Stipes 4′ long., 3—4″ cras., aequalis, sericeo-fibrillosus. Annulus laceratus.

In locis fertilibus graminosis hinc inde. Aest. Autum.

379. *A. sphaleromorphus Bull.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, dein subplano, albido-lutescente, disco obscuriore, laevi, glabro; lamellis confertis, ventriosis, primo albido-lutescentibus, dein fusco-nigrescentibus, subdecurrentibus; stipite e farcto cavo, sursum paulo attenuato, albido; annulo persistente, dependente, albo.

A. SPHALEROMORPHUS BULL. *Champ. tab.* 540. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 156. — PERS. *Syn. Fung. p.* 266. — A. PRAECOX *β?* SPHALÉROMORPHUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 283. — SCHAEFF. *tab.* 51 (A. CEREOLUS). — SOBOL. *Fl. pet. p.* 298.

Digitized by Google

Solitarius, satis pulcher. Pileus initio ſere globoſus, dein convexus, demum planus, 1—2′ latus, adultus sordide lutescens. Lamellae confertae, 2—3″ latae, jun. rotundato-adnatae, dein paulo decurrentes. Stipes 2′ et paulo ultra long., 2″ cras., glaber, basi parum curvatus et incrassatus. Annulus 2—3″ latus.

Tria specimina satis completa, in cortice caldariorum, medio Octobri, per undecim dies, sedule observavi.

b. Stipite nudo seu exannulato; pileo carnoso.

380. *A. amoenus Weinm.* Pileo carnoso, convexo, demum convexo-plano, alutaceo, glabro; lamellis adnatis, cinnamomeo-ferruginascentibus, albo-marginatis; stipite longo, aequali, ſibrilloso, albido.

A. AMOENUS WEINM. FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 33.

Gregarius, subtenax, elegans. Pileus initio sordide luteus, subviscosus, adultior alutaceus, nitens, disco dilute ferruginascente, 1—1½′ lat., coelo sereno siccus. Caro 1—2″ in disco crassa, nivea, ſloccoso-elastica. Lamellae primo aquose-cinerascentes, mox dilute cinnamomeo-ferruginascentes, 1—2″ lat., tenuissime albo-marginatae. Stipes 3—4′ long., 2″ et ultra cras., basi albo-tomentosus.

In cortice caldariorum et vaporariorum an. 1826. autumno calido atque pluvioso copiose observavi.

381. *A. pediades Fr.* Pileo leviter carnoso, convexo, demum plano, obtuso, sicco, ochraceo-pallido, laevi; la-



Digitized by Google

mellis adnatis, ferrugineo-fuscis, planis; stipite subsericeo, tenui, cavo.

A. PEDIADES FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 290. — *Elench. Fung.* *p.* 39. — SCHAEFF. *tab.* 203.

Gregarius. Pileus 1—2′ lat. Lamellae 2″ et ultra lat. Stipes 2—3′ long., 1—2″ cras., basi semper bulbillo instructus.

Ad margines sylvarum inter gramina ante plures annos semel prope Gatschinam legi. Aug.

382. *A. vervacti Fr.* Pileo leviter carnoso, hemisphaerico, obtuso, dilute ochraceo, glabro, laevi, margine involuto; lamellis primo albidis, dein dilute cinnamomeis, confertis, adnatis; stipite aequali, farcto, albo.

A. VERVACTI FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 263 (*noster paulo discrepat*).

Gregarius, firmulus. Pileus jun. hemisphaericus, dein convexus, ½—1′ lat. Lamellae adultiores fere emarginato-adnatae, subdecurrentes, 1—2″ lat. Stipes subtenax, longitudinaliter fibrillosus, initio albidus, tum subsordidus, 3—3½′ long., 1—2″ cras.

Hab. in sylvis graminosis ad terram. Augusto.

383. *A. arvalis Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, obtuse umbonato, glabro, ochraceo, planiusculo; lamellis fusco-albidis, dein ferrugineis, adfixis; stipite aequali, subfistuloso, albido-fuscescente, radicato.

A. ARVALIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 263. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 39 (*sed non in vaporariis provenit; est sequens species!*).

Digitized by Google

Sparsus, totus tenax. Pileus jun. subconvexus, mox planiusculus, humidus fuscescens, siccus ochraceus, rugulosus. Lamellae jun. sordide-, tum fuscescente-albidae, denique ferrugineae, subventricosae, marginem versus attenuatae, 1—3‴ lat. Caro valde tenuis. Stipes primidus sordide-albidus, mox fuscescente-albidus, apice albo-pulverulentus, tactu sericeo-mollis, 2—4′ long., vix 1‴ cras., longissime radicatus, et in statu seniori subfistulosus.

In graminosis pinguibus post largas pluvias autumnales bis legi.

384. *A antipus Lasch.* Pileo leviter carnoso, membranaceo, conico-campanulato, glabro, striato, obtuso, fusco; lamellis adfixis, primo albidis, dein fuscis; stipite fistuloso, albido, longe radicato.

A. ANTIPUS LASCH *in flora an.* 1828. *fascicul.* 4. *p.* 415. — (A. VAPORARIORUM WEINM. *olim in sched. adnot. et in Flora an.* 1832. *nro.* 29. *p.* 451.)

Solitarius, gregarius, imo valde confertus, totus fragillimus! Pileus primo conico-campanulatus, dein convexo-planiusculus, humidus fuscescens, striatus, siccus fusco-ochraceus, sublaevis. Lamellae initio sordide-albidae, mox albido-fuscescentes, deinde fuscescente-ochraceae, leviter adfixae, saepe crispatae, 1‴ et ultra latae, subdistantes. Stipes mox valde tenuis, mox 1‴ et ultra cras., 1—2′ (vix ultra) long., jun. albo-nitens, senior sordide albus, glaber. Radix subfusiformis, subinde 3—4′ longa.

Digitized by Google

In vaporariis nostris a primo vere in serum autumnum, interdum valde copiosus.

c. Exannulati, pileo membranaceo.

385. *A. inquilinus Fr.* Pileo subcarnoso, convexo-plano, obtuso, fuscescente-expallente-ochraceo; lamellis subdecurrentibus, ochraceis, demum fuscis; stipite fistuloso, glabro, spadiceo.

A. INQUILINUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 264. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 39. — *Observ. myc.* 2. *p.* 170. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 165.

Gregarius. Pileus 3—6″ lat., subumbonatus, tenax, humidus fuscescens, siccus pallide ochraceus v. dilute cinnamomeus, margine striatulus. Lamellae jun. adfixae, dein subdecurrentes. Stipes 1—1½′ long., subinde flexuosus, tenax!

Inter rejectamenta hortorum an. 1831 semel. Exeunte Septemb.

β. *squarrosulus;* stipite fibrillis squamosis squarroso.

A. SQUARROSUS BULL. *Champ. tab.* 535. *fig.* 3 *eximie!* — DC.*Fl. fr.* 2. *p.* 163.

In ramulis dejectis semel. Septemb.

386. *A. segestrius Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, sericeo, dilute alutaceo; lamellis adnatis, dilute cinnamomeis, confertis; stipite fistuloso, fibrilloso, lamellis dilutiori, basi albo-villoso.

A. SEGESTRIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 262. — *Observ. myc.* 2. *p.* 27. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 159.

Digitized by Google

Gregarius, subtenax, elegans. Pileus ½—1′ lat., jun. hemisphaericus, dein magis expansus, interdum subdepressus. Lamellae initio adnatae, sed in statu pilei adultiore saepe subdecurrentes, 1″ et ultra lat. Stipes 1—2′ long., 1″ et paulo ultra cras., saepe sursum parum attenuatus, ad basin fibrillis byssoideis vestitus.

Inter rejectamenta lignea et folia dejecta haud infrequens. Aug. Septemb.

---

## SERIES SEXTA.

**PRATELLUS.** Lamellae decolorantes, dissolubiles, nebulosae. Velum floccosum. Sporidia fusco-purpurea.

31. **VOLVARIA.** Velum simplex, universale discretum, junius fungum totum ovatum involucrans. Pileus carnosus, campanulatus, dein expansus, sericeus v. viscidulus, a stipite discretus. Lamellae liberae, thecis prominulis denticulatae. Sporidia obscura.

387. *A. volvaceus Bull.* Pileo carnoso, convexo, obtuso, dein plano, e cinereo nigroque virgato; lamellis a stipite remotis, rotundatis, carneo-rubris; stipite solido, subaequali, albo; volva laxa.

A. VOLVACEUS BULL. *Champ. tab.* 262. — DC. *Fl fr.* 2. *p*, 211. — FL. DAN. *tab.* 1731. — LETEL. *Suppl. aux*

*planch. de Bull. Livrais.* 4. *tab.* 623. — Amanita virgata Pers. *Syn. Fung* p. 249. — Mart. *Fl. mosq.* p. 255.

Cohaerenti-caespitosus. Pileus primo fere globosus, dein convexus, postea planus, 2—5′ lat. Lamellae 3—5″ lat. Stipes 2—5′ long., ¼—½′ cras. Volva crassa, alba v. fuscescens, inaequaliter rumpens.

b. pileo albo, sericeo.

Inter pulverem coriarium caldariorum per totum annum valde copiosus. Prope Mosquam (Martius).

388. *A. speciosus Fr.* Pileo carnoso, campanulato, dein plano, subumbonato, sordide albo, disco griseo, sericeo-nitente; lamellis liberis, ventricosis, confertis, incarnatis; stipite farcto, sursum attenuato volvaque membranacea, laxa, villosis.

A. speciosus Fr. *Syst. myc.* 1. p. 278. — Fl. Dan. *tab.* 1757. — A. pubescens Schum. *Fl. Sael.* 2. p. 247. — Amanita speciosa Fr. *Observ. myc.* 2. p. 1. — Amanita incarnata β. Alb. et Schw. *Consp. Fung.* p. 142.

Solitarius. Pileus 3—4′ lat., jove pluvio viscidus, ceterum siccus. Caro alba, floccosa, 2—3″ cras. Lamellae 4—6″ lat., margine crenulatae. Stipes 5—7′ long., apice 4—6″ et ultra cras., basi subbulbosus.

Post largas pluvias aestivales in solo pingui semel; prope Petrop. in graminosis observavit Dr. Bongard. Aug.

389. *A. parvulus Weinm.* Pileo membranaceo, planiusculo, sicco, albido, umbone fuligineo-cinereo, subsericeo; la-

Digitized by Google

mellis incarnatis, liberis; stipite farcto, basin versus subincrassato; volva laxa, 4—5-fida.

A. PUSILLUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 279. — AMANITA PUSILLA PERS. *Syn. Fung. p.* 249. — FR. *Observ. myc.* 1. *p.* 2. — A. VOLVACEUS *β. minor* BULL. *Champ. tab.* 330. DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 211.

Subgregarius. Pileus 4—6‴ lat., jun. campanulatus, adultior fere planus, margine subinde incisus. Lamellae 1—2‴ lat. Stipes 1′ et paulo ultra long., 1‴ cras.

In areis hortorum et in ollis, sed non quovis anno. Aestate.

b. major. Pileus leviter carnosus, convexus, dein applanatus, primo candidus, dein sporidiis ferrugineo-fuscis subinquinatus, jun. dense sericeo-villosus, tactu mollis, ½—1½′ lat., flaccidus. Lamellae liberae, albido-incarnatae, confertae, 2—3‴ latae, eleganter fimbriatae. Stipes 1—1¾′ long., 1—2‴ cras., praesertim basin versus dense villosus. Volva 3—5‴ alta, 3—4- partita.

In sylvis ad terram nudam; semel prope Pawlowsk. Sept.

390. *A. coprinus Fr.* Pileo leviter carnoso, convexo, subobtuse-umbonato, viscoso, laevi, flavo: lamellis leviter adfixis, demum liberis, fusco-purpureis; stipite albido, cylindrico, fistuloso; volva subterranea, albida, parva.

A. COPRINUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 279. — AMANITA COPRINA FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 2.

Fungus satis pulcher! Pileus in aetate juvenili subglobosus, dein magis expansus, ½′ lat. Lamellae pulchrae, 1—2‴ et ultra latae, subconfertae. Stipes 2′ long.,

Digitized by Google

1″ et ultra cras., demum sporidiis ferrugineo-fuscis sordidus.

Unicum tantum specimen possideo, quod an. 1818 post largas pluvias Paeselowam inter et Grafsky, ad viam publicam inter gramina, exeunte Augusto, legi.

32. **PSALIOTA.** Velum annuliforme, subpersistens, proprie partiale. Pileus plus minus carnosus, e convexo-l. campanulato-expansus, viscosus aut squamis l. fibrillis tectus. Lamellae liberae l. adfixae, latae, fuscescentes.

391. *A. campestris Linn.* Pileo carnoso, hemisphaerico, albo v. fuscente-albo, sericeo-squamuloso, margine involuto; lamellis rotundatis, liberis, confertissimis, albido-incarnatis; stipite solido, sericeo; annulo albo.

A. campestris Linn. *suec. nro.* 1203. — Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 941. — Fl. Dan. *tab.* 714. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 281. — Mich. *gen. tab.* 75. *fig.* 1. 2. 3. — Schaeff. *tab.* 33. — Bolt. *Fung. tab.* 43. — Nees *Syst. tab.* 24. *fig.* 195 (A. edulis). — Bull. *Champ. tab.* 134 *optime et tab.* 514 (*status junior*). — Lenz *Abbild. p.* 54. *tab.* 5. *fig.* 22 *et tab.* 6. *fig.* 23. 24. — Tratt. *Oestr. Schw. fasc.* 1. *tab.* 1. *fig.* 1. — Pers. *Syn. Fung. p.* 418. — Gort. *Fl. ingr. p.* 182. — Sobol. *Fl. pet. p.* 287. — Mart. *Fl. mosq. p.* 239. — Friebe *oeconom.-techn. Fl. p.* 296. — Pallas *Russ. Reis.* 1. *p.* 44.

Solitarius, gregarius, imo valde confertus. Pileus adultior planus, demum saepe depressus, rufescente-squamosus,

Digitized by Google

compacte carnosus, 2—6′ lat. Caro alba v. dilute incarnata. Lamellae 2 — 6″ lat., ventricosae, adultae fuscae v. fusco-nigricantes. Stipes 1—3′ long., aequalis v. basi incrassatus aut bulbosus, apice albo-nitens, ceterum fuscescens v. sordidus. Annulus mox latus, persitens, mox parvus, subfugax aut totus evanescens.

In locis fimetosis hortorum hinc inde copiose, in campis haud frequens. Aest., autum. Prope Murom (PALLAS). (Rossice: Грибъ.)

b. candidus Schum. Fl. Saell. 2. p. 253. Pileus candidus, fibrillosus, 6—7′ lat. Caro mollis, alba. Lamellae liberae, 4—5″ lat. Stipes 5—7′ long., apice $\frac{3}{4}$′, ad basin $1\frac{1}{2}$′ cras., glaber. Annulus $\frac{3}{4}$′ lat., laxe adhaerens, dependens.

In graminosis fertilibus aliquoties. Sept.

c. lutescens. Pileus junior ovoideus, dein campanulatus, lutescens, sericeo-fibrosus, 4—6′ lat. Lamellae initio albidae, adultae fusco-nigricantes, 2 — 3″ lat., confertae. Stipes 6 — 7′ long., sursum attenuatus, subinde marginato-bulbosus, apice 6—9, ad basin 10 — 15″ cras., longitudinaliter fibrosus. Bulbus $1\frac{1}{2}$ — 2′ cras. Annulus incompletus, fugax.

In sylvis ad terram fertilem. Septemb. semel.

d. pratensis Schaeff. tab. 96. Pileus jun. campanulatus, dein convexo-planus, beryllus, demum sordide albus, 3 — 4′ lat. Lamellae 2—3″ lat., albido-fuscescentes.

Stipes 1—1½′ long., 4—10″ cras., plerumque curvatus.

In pratis post largas pluvias aestivales aliquoties.

392. *A. sagatus Fr.* Pileo leviter carnoso, convexo-plano, laevi, fulvo; lamellis confertis, umbrinis; stipite cavo, aequali; annulo albo, subpersistente, patente.

A. SAGATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 282. — A. MUTABILIS FL. DAN. *tab.* 1008. *fig* 2 (*pileus in nostro fungo paulo dilutior*). (*excluso synon.* BATSCH.)

Solitarius. Pileus siccus glaber, 2—3′ lat. Lamellae 2—3″ lat. Stipes 2—3′ long., 2—3″ cras., aequalis (semel basi bulbillosum vidi).

In pratis humidis semel. Aug.

393. *A. semiglobatus Batsch.* Pileo subcarnoso, hemisphaerico, laevi, flavo, viscoso; lamellis adnatis, latis, nigrofuscis; stipite annulato, fistuloso, sursum attenuato, glabro, pallido, apice nigro-punctato.

A. SEMIGLOBATUS BATSCH *tab.* 21. *fig.* 110. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 284. — PERS. *Syn. Fung. p.* 407. — A. LUSTRÉ BULL. *Champ. tab.* 566. *fig.* 4. — A. PRAECOX SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 315.

Gregarius. Pileus ½—1′ lat., adultior disco obscuriore. Lamellae 3—4″ latae, adultae sporidiis fusco-purpureis obductae. Stipes 2—3′ long., strictus, 1—2″ cras.

In sylvis umbrosis in fimo equino semel. Aug.

Digitized by Google

394. *A. nitens Vahl.* Pileo disco carnoso, margine tenuiori, conico-campanulato, obtuse umbonato, luteo, marginem versus concentrice-squamuloso; lamellis adfixis, latis, cinereo-nigricantibus; stipite fistuloso, pileo concolori, apice albo-pulverulento, ceterum fibrilloso-striato, nitido.

A. NITENS VAHL *in Fl. Dan. fasc.* 18. *p.* 7. *tab.* 1067. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 284.

Pileus jove pluvio subviscosus, coelo sereno siccus, nitens, 1—2′ et ultra lat. Caro lutescens. Lamellae adultiores dente decurrentes, ventricosae, 4″ lat. Stipes 3′ long., 1½—2″ cras. Annulus a pileo remotus, reflexus, supra sporidiis inquinatus, 1—2″ latus.

Semel tantum in sylvis umbrosis in fimo vaccino. Medio Aug.

395. *A. squamosus Pers.* Pileo carnoso, convexo, subumbonato, laevi, subviscoso, luteo, squamis sparsis concentricis tecto; lamellis adnatis, nigricantibus, margine serrulatis; stipite farcto, sursum paulo attenuato, albido, basi ferrugineo, infra annulum villoso-squamuloso.

A. SQUAMOSUS PERS. *Syn. Fung. p.* 409 (*excluso synon.* VAHLII). — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 284. — *Observ. myc.* 1. *p.* 25.

Pileus 1—2½′ lat., in aetate juniori velo lacerato instructus, humidus obscurior. Lamellae margine eleganter albo-serrulatae, 2—3″ lat. Stipes saepe flexuosus, demum leviter cavus, apice pulverulentus, infra annulum reflexo-squamulosus, 2—3′ long., 2″ cras. Annulus integer, distans.

In graminosis prope Petropolim (Dr. Bongard).

b. Pileo fusco. Subgregarius. Pileus 1—2′ lat. Lamellae primo albidae, tum cinereae, denique cinereo-nigricantes, 2″ lat., subdecurrentes. Stipes 2—2½′ long., 2—3″ cras., fusco-squamosus, supra annulum fugacem albo-pulverulentus, in statu adulto cavus.

In truncis putridis *Alni incanae*. Septemb.

396. ***A. Hornemanni Fr.*** Pileo carnoso, convexo, obtuse-umbonato, subcinnamomeo, subviscoso, glabro; lamellis adnato-subdecurrentibus, cinereis; stipite solido, squamoso, albo; annulo patulo.

A. Hornemanni Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 285. — *Observ. myc.* 1. *p.* 13. — A. squarrosus Fl. Dan. *tab.* 1191.

Solitarius, compactus et speciosus. Pileus initio fere campanulatus, dilute bruneus, dein magis convexus, postea fere planus v. depressus, humidus viscosus, siccus glaber, dilute cinnamomeus, 3—4′ lat. Lamellae primitus adnatae, albido-cinereae, dein fere nigrae et subdecurrentes, 4″ et ultra latae, confertae. Stipes 4—5′ long., 5—7″ cras., mox sursum, mox basin versus attenuatus v. aequalis, infra annulum squarroso-squamosus, adultus saepe vermis erosus.

In pinetis humidis pluries autumno legi.

397. ***A. aeruginosus Curt.*** Pileo carnoso, convexo, demum plano, obtuse-umbonato, flavo, glutine coeruleo secedente collinito; lamellis adnatis v. subdecurrentibus, purpureo-fuscis; stipite cavo, apice subsulcato.

Digitized by Google

A. AERUGINOSUS CURT. FR. *Syst myc.* 1. *p.* 286. — NEES *Syst. tab.* 24. *fig.* 196. — PERS. *Syn. Fung. p.* 419. — A. VIRIDULUS SCHAEFF. *tab.* 1. — A. CYANEUS BULL. *Champ. tab.* 170 *et tab.* 530. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 157. — A. POLITUS BOLT. *Fung. tab.* 30. — FL. DAN. *tab.* 1248. *fig.* 2, — A. AERUGINOSUS FL. DAN. *tab.* 1373. — A. BERYLLUS BATSCH *Cent.* 2. *fig.* 213.

Plerumque solitarius. Pileus jun. glutine dense involutus, subcoerulescens, dein aeruginosus, demum flavescens v. flavo-maculatus, 2—4′ lat. Lamellae 3—5″ lat., ventricosae. Stipes 3—3½′ long., aequalis v. deorsum attenuatus, 4—8″ cras. Caro sordide aeruginosa.

Hab. in sylvis, campis et ad truncos putridos hinc inde. Autum.

33. GOMPHUS. Velum universale, glutinosum. Pileus carnosus, e convexo turbinatus, viscosus, glaber, margine inflexo. Stipes solidus, firmus, saepe squamosus, cum pileo contiguus. Lamellae decurrentes, ramosae, decolorantes.

398. *A glutinosus Schaeff.* Pileo carnoso, convexo, dein depresso, glutinoso, purpureo-fusco; lamellis ramosis, albido-cinereis; stipite deorsum incrassato, extus intusque flavo.

A. GLUTINOSUS SCHAEFF. *tab.* 36. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 315. — FL. DAN. *tab.* 1247 *eximie!* — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 259. — A. VISCIDUS PERS. *Syn. Fung. p.* 291. — A. ADHAERENS SOBOL. *Fl. pet. p.* 291. — A. GLUTINOSUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 290.

Digitized by Google

Utplurimum solitarius, compactus. Pileus 2—5′ latus, obtuse umbonatus, demum depresus. Caro albo-floccosa, fere bombycina. Stipes 2—3′ long., 4—6″ (subinde 1—1½″) cras. Lamellae 2—4″ latae.

In pinetis et ericetis muscosis passim, sed non quovis anno. Aug. Septemb.

*β. roseus Nees* Syst. tab. 24. fig. 197. — Fr. l. c. Pileus hemisphaericus, valde glutinosus, carnosus, roseus. Lamellae albido-cinereae, subramosae, crassae, subdistantes. Stipes 2—2½′ long., 2—4″ cras., sericeo-tomentosus, basi attenuatus, interdum curvulus et intus basin versus violascens.

In campis apricis inter gramina et muscos (*Polytrichum commune*) semel legi. Aug.

399. *A. rutilus Schaeff.* Pileo carnoso, plano, umbonato, incarnato-rufo, subviscoso; lamellis purpurascente-umbrinis; stipite squamuloso, externe ochraceo, interne rhabarbarino.

A. RUTILUS SCHAEFF. *tab.* 55. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 315. — A. HEPATICUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 4. *fig.* 15. — A. GOMPHUS PERS. *Syn. Fung. p.* 292. — *Icon. et descript. fasc.* 2 *p* 51. *tab.* 13. *fig.* 1—3. — LETEL. *fasc.* 1. *tab.* 603.

Gregarius et solitarius. Pileus 2—3′ lat., compactus, jun. campanulatus, semper umbonatus. Lamellae 2—3″ lat., subserratae, nigro-punctatae, breviores longioribus adnexae, 2—3″ lat. Stipes 2—4′ long., 4—6″ cras., plerumque aequalis.

Digitized by Google

In iisdem locis cum antecedente, sed rarior. Aug. Sept.

34. HYPHOLOMA. Velum marginale, in telam fugacem contextum. Pileus carnosus, convexus, dein explanatus. Stipes subcavus, firmus, a pileo discretus. Lamellae adnatae, confertae, subliquescentes.

400. *A. lacrimabundus Bull.* Pileo carnoso, conico-campanulato, ochraceo-fusco, dein explanato, squarroso-squamoso; lamellis emarginato-adnatis, subvenoso-striatis, serratis, albidis, dein umbrinis; stipite cavo, fibrilloso.

A. LACRIMABUNDUS BULL. *Champ. tab.* 525. *fig.* 3. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 146. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 287.

Subsolitarius. Pileus in aetate profectiore 2—2½′ lat., subinde margine repandus, fragilis. Caro alba. Lamellae initio aquose-albae, dein nebulosae, deinde obscuriores, 2—3″ lat. Stipes jun. albus, dein albido-fuscescens, 2′ et ultra long., 3—5″ cras., saepe subexcentricus, sursum attenuatus. Odor saporque nullus.

Ad truncos putridos betulignos prope Petrop. observavit cl. DR. BONGARD. Sept.

401. *A. stipatus Pers.* Pileo disco carnosulo, margine tenui, convexo, humido substriato, fuscescente-livido, umbone lutescente; lamellis adnatis, confertis, incarnato-fuscis; stipite fistuloso, laevi, nudo, albido.

A. STIPATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 425. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 296. — *Observ. mycol.* 1. *p.* 48. — FL DAN. *tab.*

1673. *fig.* 2. — Nees *Syst. tab.* 25. *fig.* 199. — A. spadiceo-griseus Schaeff. *tab.* 257. — A. hydrophilus Bull. *Champ. tab.* 511. — A. concinnus Bolt. *tab.* 15.

Caespitosus gregariusve. Pileus jun. subcampanulatus, dein planus, 2—3′ lat., siccus rugulosus. Lamellae jun. albescentes, 1—2″ lat. Stipes 2—3′ long., 1—2″ cras., aequalis, albo-nitens, strictus l. curvatus.

Hab. ad truncos putridos et inter rejectamenta putrida frequens. Aest. Autum.

b. solitarius.

A fuscus Schum. *Fl. Saell.* 2. *p* 280.

Pileus carnoso-membranaceus, substriatus, humidus dilute alutaceus, margine fusco, siccus totus alutaceus, 1—2′ lat., primo convexus, dein magis applanatus. Lamellae 1—2″ lat., fuscae, confertae. Stipes 2—3′ long., 1—3″ cras., fistulosus, sericeo-nitens, intus candidus.

Hab. ad rejectamenta putrida. Julio.

402. *A. curvatus Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, glabro, dilute-incarnato; lamellis liberis, fusco-cinnamomeis; stipite fistuloso, albo, striato, aequali, curvato.

Confertus. Pileus primo fere hemisphaericus, dein magis applanatus, subfirmus, 2—2½′ lat., in statu profectiori incarnato-fuscescens v. fuscescente-alutaceus. Lamellae 2—2½″ lat., primo albido-fuscae, mox cinna-

Digitized by Google

momeae, margine tenue albicantes et leviter serrulatae. Stipes 3—3½′ long., 3—4″ cras., jun. albus, dein dilute-rufescens, striatus v. leviter canaliculatus. Sporidia fusco-purpurea, sat copiosa.

Hab. Inter folia decidua. Autumno.

403. *A. Prescotii Weinm.* Pileo carnoso, convexo-plano, rufescente, viscido; lamellis adnatis, cinereis, confertis; stipite aequali, farcto, albo-squamuloso.

Confertus. Pileus jove pluvio viscidus, coelo sereno siccus, 2—3½′ lat. Lamellae 2—3″ lat., demum a sporidiis fusco-violaceis obscuriores. Stipes 3—4′ long., 2—4″ cras., elasticus, albus, undique squamulis subrufescentibus, praecipue basin versus obsessus. — Sporidia fusco-violacea, copiosa.

Ad truncum pineum, carie consumtum semel. Septemb.

404. *A. Candollianus Fr.* Pileo leviter carnoso, campanulato, obtuso, ochraceo-albido; lamellis adfixis, confertis, violaceis, decolorantibus; stipite fistuloso, sursum attenuato, striatulo, albido; cortina fimbriante.

A. Candollianus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 296. — *Observ. myc.* 2. *p.* 182. — A. appendiculatus Bull. *Champ. tab.* 392. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 156 (*exclusis synon. Pers. et Schaeff.*). — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 302. — A. violaceo-lamellatus DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 153.

Caespitosus solitariusque, fragilis. Pileus jun. glandiformis, tum campanulatus, postremo planus, vix umbonatus, laevis, glaber, 2—3½′ lat. Lamellae jun. mar-



Digitized by Google

gine albicantes, demum spadiceae, 2″ lat. Stipes 2—3½′ long., 2—4″ cras., apice striatus.

Ad terram sylvarum infrequens. Aug. Sept.

405. *A. Buxbaumii Weinm.* Pileo carnoso, subhemisphaerico, dein plano, albido-flavescente, laevi; lamellis adnatis, ventricosis, subdistantibus, cinereo-nigricantibus; stipite longo, aequali, solido, albo-nitente, basi villoso; cortina fimbriante.

A. Buxb. *Cent.* 4. *p.* 9. *tab.* 14 (*non obstat*). — Weinm. *in flora an.* 1832. *Nro.* 29. *p.* 452.

Solitarius. Pileus obtuse-umbonatus, 2—3′ lat., humidus viscidus, siccus glaber. Lamellae ½′ lat., totae adnatae. Stipes 4—5′ long., 3—4″ cras., infra pileum albidus atque nigrescente-fimbriatus, ceterum albido-nitens. Sporidia fusco-purpurea, copiosa.

Hab. in pinetis inter muscos. Septemb.

406. *A. lateritius Schaeff.* Pileo carnoso, planiusculo, fulvo-lateritio, margine dilutiore, squamulis flavescentibus obsito; lamellis emarginato-adnatis, subvirescentibus, dein fuligineis; stipite farcto, aequali, rigido, fuscescente, fibrilloso.

A. lateritius Schaeff. *tab.* 49. *fig.* 6. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 288. — Pers. *Syn. Fung. p.* 421. — A. amarus Bull. *Champ. tab.* 30 *et tab.* 562. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 155. — A. arcuatus *Fl. Dan. tab.* 890. — A. pomposus Bolt. *Fung. tab.* 5. — A. fascicularis Sobol. *Fl. pet. p.* 292. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 256. — Lenz *Abbild. p.* 53.

Valde confertus et caespitosus. Pileus 1—3′ lat., hemisphaerico-planus. Lamellae 2—3″ lat., subflavescente-marginatae. Stipes 2—4′ long., 2—4″ cras., infra pileum flavescens, ceterum fuscescens v. lateritius, fibrillosus l. fibrilloso-squamulosus.

Hab. ad truncos putridos varios per totum autumnum.

407. *A. fascicularis Huds.* Pileo disco carnoso, margine tenui, convexo-plano, obtuse-umbonato, ochraceo; lamellis rotundato-emarginato-adnatis, virescentibus; stipite cavo, tenui, aequali, flavo, apice virente.

A. FASCICULARIS HUDS. FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 288. — BOLT. *Fung. tab.* 29. — PERS. *Syn. Fung. p.* 421. — NEES *Syst. tab.* 24. *fig.* 198. — A. FASCICULATUS SOBOL. *Fl. pct. p. p.* 301. — LENZ *Abbild. p.* 52. *tab.* 5. *fig.* 21. — A. LATERITIUS SCHAEFF. *tab.* 49. *fig.* 1. — A. PULVERULENTUS BULL. *Champ. tab.* 178. — A. JENENSIS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 7. *fig.* 29.

Gregarius, connato-caespitosus, amarissimus. Pileus 2—2½′ lat., margine pallidiore, glaber. Lamellae valde tenues, confertae, 1—2″ lat. Stipes 2—3′ long., rectus v. adscendens, 1—2″ cras., leviter fibrillosus.

Ad truncos et in eorum vicinitate, inter ramenta putrida, per totum autumnum.

b. solitarius.

A. PRATICOLA PERS. *Syn. Fung. p.* 422. — *Fr. l. c.*

Pileus ½—¾′ lat., carnoso-membranaceus, ochraceus. Lamellae virescente-cinereae, 1″ vix lat. Stipes 2—3′ long., tenuis.

Digitized by Google

*β. marginatus Pers.* l. c. — *Fr.* l. c. p. 289. Pileus campanulatus, subferrugineus, margine pallidus, villosus, 2' lat. Lamellae subvirentes. Stipes 1½—2½' long., fibrillosus, basi villosus.

b. In pratis inter muscos rarissime; *β.* semel tantum ad truncum emortuum *Pini Abietis*. Sept.

35. PSILOCYBE. Velum obsoletum. Pileus leviter carnosus, laevis, glaber, e conico-l. convexo-expansus. Stipes cavus, raro jun. farctus, tenax, aequalis, subfibrillosus. Lamellae latiusculae. Subtantia tenax, numquam deliquescens.

a. Lamellae adnatae.

408. *A. tenax Fr. var. minor.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, ochraceo, glabro; lamellis adnatis, nebulosis, demum subvirentibus; stipite subfistuloso, fuscescente, albo-fibrilloso.

A. TENAX FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 290. — *Observ. myc.* 1. *p.* 54.

Subsolitarius, tenax. Pileus hemisphaerico-campanulatus, ochraceus, margine flavescente, subinde obtuse umbonatus, ½' et ultra lat. Lamellae jun. albidae, mox subvirescentes, demum obscuriores, margine albescentes, 1—1½'' lat. Stipes 1½' long., ½'' et ultra cras., apice albus, ceterum fuscescens et aequalis.

Hab. in pinetis inter muscos et folia dejecta. Augusto.

409. *A. Myosotis Fr.* Pileo leviter carnoso, convexo, obtuso, dein explanato, viscoso lamellisque adnatis, distantibus, olivaceo-flavescentibus; stipite fistuloso, tenui, aequali, squamulis gelatinoso-viscosis obducto.

A. Myosotis Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 290. — *Observ. myc.* 2. *p.* 34.

Gregarius. Pileus in statu juvenili semiglobatus, subfirmus et postea explanatus, ½—¾′ lat., exsiccatus flavo-cerinus, disco obscuriori. Lamellae 1½″ lat., fere rhomboideae. Stipes 3′ et paulo ultra long., 1—2″ cras., flexuosus, jun. floccoso-farctus, dein cavus, apice albo-pulverulentus.

In sylvis umbrosis ad terram humidam prope Zarskoeselo semel. Autum.

410. *A. merdarius Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo-plano, ochraceo, glabro, margine substriato; lamellis pallidis, dein fusco-umbrinis; stipite aequali, fusco, fibrilloso, demum cavo.

A. merdarius Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 291. — Buxb. *Cent.* 4. *p.* 10. *tab.* 14. *fig.* 2. *exacte noster fungus!* — A. radicatus *β.* Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 165.

Gregarius. Pileus jun. albido-flavescens, margine substriatus, convexus, postea ochraceus, planiusculus, laevis, glaber, ¼—¾′ lat. Lamellae initio flavescente-pallidae, dein subcinnamomeae; postremo fusco-umbrinae, 1″ et ultra lat. Stipes 1′ long., 1″ cras., jun. pallidus, subfarctus, adultior fusco-pallidus v. fuscus, cavus,

subtenax. Sporidia fusco-purpurea. — Lamellae in fungo exsiccato nigrescentes.

In fimo equino per raro mihi obvius. Aug. Sept.

411. *A. stercorarius Schum.* Pileo carnoso-membranaceo, semiglobato l. hemisphaerico, viscido, laevi, flavo; lamellis adnatis, latis, subtriquetris, fusco-purpureis, albido-marginatis; stipite stricto, aequali, fibrilloso.

A. STERCORARIUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 286. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 291. — A. FIMICOLA ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 202. *a.*

Gregarius, subtenax, pulcher! Pileus ¼—1¼′ lat., jun. et tempore pluvioso viscidus, coelo sereno siccus, subinde sporidiis fusco-ferrugineis inquinatns. Caro flavescens, tenuis. Lamellae 3″ et ultra lat. Stipes 1½—3½′ long., 1″ cras., jun. albidus, dein pileo fere concolor, apice pruinatus. Sporidia fusco-purpurea, copiosa.

Hab. in fimo vaccino et equino passim. Aest., autum.

412. *A. ericaeus Pers.* Pileo leviter carnoso, convexo, ochraceo-alutaceo, versus marginem fibrilloso; lamellis adnatis, fusco-nigricantibus, subconfertis, stipite fistuloso, pileo concolori, fibroso.

A. ERICAEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 413. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 291. — *Observ. mycol.* 2. *p.* 177. — A. HELVOLUS SCHAEFF. *tab.* 210?

Gregarius l. caespitosus, fragilis! Pileus adultior convexo-planiusculus, 1½—2½′ lat., levissime lacunosus v. tempore valde pluvioso transversim rimulosus. Lamellae

2—3″ lat., subventricosae, facile secedentes. Stipes 2—3′ long., sursum paulo attenuatus, 1—3″ fere cras.

b. minor. Pileus carnoso-membranaceus, conico-campanulatus, fuscescente-cinnamomeus, obtusus, glaber, ½—1′ altus v. latus, siccus fere alutaceus. Lamellae adfixae, fusco-purpurascentes, albo-marginatae, 2″ et ultra lat. Stipes 2—3′ long., 1—2″ cras., fistulosus, fuscescens, sericeo-nitens, aequalis, basi albo-villosus.

In terra humida turfosa exeunte Augusto.

**413.** *A. udus Pers.* Pileo leviter carnoso, convexo, ochraceo, margine dilutiore, substriato, disco minute umbonato, obscuriore; lamellis adnatis, subventricosis, subolivaceis, dein olivaceo-umbrinis; stipite tenui, aequali, fusco, albo-fibrilloso.

A. UDUS PERS. *Syn. Fung. p.* 414. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 292. — A. OBSCURUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 279.

Gregarius. Pileus primo convexus, demum depressus, undulatus, 6—14″ lat., margine subsericeus. Lamellae latae, confertae, integerrimae. Stipes 3′ et ultra long., 1″ cras., subfistulosus, apice pileo concolor, ceterum fuscus et levissime albo-fibrillosus. Bulbillus spurius subinde adest. Sporidia fusco-purpurea.

Hab. in declivibus muscosis ad terram humosam. Aug. Sept.

*β. Polytrichi Fr.* Pileo leviter carnoso-membranaceo, hemisphaerico, flavo-albicante, glabro; lamellis adfixis, ventricosis, albido-nebulosis; stipite aequali, glabro, versus basin subfulvo.

Digitized by Google

A. POLYTRICHI FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 51. — A. UDUS *β.* FR. *l. c.*

Gregarius. Pileus primitus hemisphaericus, demum convexus, postremo plano-depressus, jun. flavo-albicans, adultior dilute ochraceus, $\frac{1}{4}$—1′ lat. Lamellae 2″ fere latae, subdistantes, sordide albidae, dein nebulosae. Stipes 2—4′ long., vix 1″ cras., saepe flexuosus, apice pallidus.

Inter muscos humidos pinetorum prope Koirowam. Sept.

γ. *A. elongatus Pers.* Pileo submembranacco, hemisphaerico, laevi, humido substriato, flavescente; lamellis adnatis, pileo subconcoloribus; stipite elongato, tenui, flavo-fulvo.

A. ELONGATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 384. — *Icon. et descript. fasc.* 1. *p.* 3. *tab.* 1. *fig.* 4. — FR. *l. c.*

Pileus obtusus, laevis, 3 — 5″ lat., margine substriatus. Lamellae 1—1$\frac{1}{4}$″ lat., demum pallide-nebulosae. Stipes 4—5′ long., 1″ vix cras.

Semel tantum legi in sphagnosis vastis ad viam Teitzensem. Sept.

414. *A. callosus Fr.* Pileo submembranaceo, hemisphaerico-campanulato, crustallino-albido, umbone lutescente; lamellis purpureo-nigricantibus, adnatis; stipite aequali, albo, fistuloso, infra pileum farinuloso-squamuloso.

A. CALLOSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 292. — *Observ. myc.* 2 *p.* 180. — SCHAEFF. *tab.* 211.

Gregarius, confertus. Pileus $\frac{1}{4}$—1$\frac{1}{4}$′ altus et latus, humi-

dus umbrinus, siccus crustallino-albidus. Lamellae a prima infantia picreo-nigricantes, 1—2″ latae, leviter adnatae. Stipes 1—2′ long., ½—1″ cras., subnitens. — Cum hoc fungo fig. Buxb. Cent. 4. p. 9. tab. 15. fig. 1. non male quadrat.

Ad terram inter gramina et muscos haūd frequens. Aug. Sept.

b. semilanceatus *Fr. Observ. myc.* 2. *p.* 178. Pileus carnoso-membranaceus, conicus, acutus, primo dilute- dein sordide ochraceus, margine olivascente et cortina nigrescente subfimbriatus, 3—5″ altus, demum explanatus et latior, siccus, laevis. Lamellae 1—1½″ lat., purpureo-l. fusco-nigricantes. Stipes 2—3′ long., tenuis, plerumque flexuosus, infra pileum pulverulentus, albidus, ceterum fuscescens v. pallescens, tenax, subfistulosus.

In graminosis muscosis sylvarum. Sept.

c. varius *Bolt. tab.* 66. *fig.* 1. *optime!* Pileus tenuis, membranaceus, conico-campanulatus, obtusus, siccus, e cinereo fuscus, demum sporidiis nigro-punctatus, 3—5″ altus, dein parum latior. Lamellae adnatae, fusco-nigricantes, 2″ lat. Stipes 3—4′ long., vix 1″ cras., subinde flexuosus, fistulosus, albidus, basi bulbillo spurio instructus.

In iisdem locis ac b, eodemque tempore vigens.

415. *A. nucisedus Fr.* Pileo convexo, subobtuso, laevi, flavescente; lamellis adnatis, latis, umbrino-nigris, margine albis; stipite subfragili, glabro, basi albo-villoso.



Digitized by Google

A. NUCISEDUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 293. — *Observ. myc.* 2. *p.* 176. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 41.

Gregarius. Pileus 3—4‴ lat., obsolete papillatus, leviter carnosus. Lamellae 2‴ fere latae, jun. fusco-nebulosae. Stipes 1—1½′ long., pallidus, basi fuscescens, subfragilis.

Semel hunc fungillum in stragulo philyreo putrescente in horto Imperiali Pawlowsk legi. Sept.

416. *A. montanus Pers.* Pileo tenue carnoso, convexo, obtuso, subspadiceo, disco subplano, dilutiori, laevi, glabro; lamellis adnatis, umbrinis, demum subdecurrentibus; stipite fistuloso, deorsum attenuato, pileo fere concolori.

A. MONTANUS PERS. *Syn. Fung. p.* 428. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 293. — *Observ. myc.* 2. *p.* 175.

Gregarius. Pileus spadiceus v. bruneus, exsiccatus dilute alutaceus, 1—3‴ lat. Lamellae 1‴ et ultra lat. Stipes ¼—1 long. (vix ultra), pileo concolor, apice dilutior, rarius aequalis, tenax.

In locis ericetosis, sterilibus arenosis pluries legi. Autum.

*β. atrorufus Schaeff. tab.* 234. — *Fr. l. c.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, fuscescente, margine substriato, obtuse umbonato; lamellis adnatis, latis, purpureo-nigricantibus; stipite fistuloso, pileo concolori, fibrilloso.

Gregarius, fragilis. Pileus tenuis (excepto disco), siccus, nitidus, expallens, exsiccatus sordide alutaceus l. albidus, 2—5‴ lat. Lamellae 1—2‴ et parum ultra lat.,

jun. dilute fuscescentes, adultae purpureo-nigricantes, subdistantes. Stipes 1 — 2′ long., apice subinde lamellis levissime decurrentibus striatus, ad basin albidus.

Amat pineta sicciora, ubi inter *Polytricha* reperitur. Julio, Aug.

a. Lamellae adnexae v. liberae. Rigidi.

417. *A. cano-bruneus Batsch.* Pileo disco carnoso, margine membranaceo, incarnato-fuscescente, sicco expallente, laevi, glabro; lamellis emarginato-adnatis, albido-rufescentibus, demum obscurioribus; stipite subfistuloso, albo, aequali, apice pulverulento, basi fibrillis albis obducto.

A. cano-bruneus Batsch. *Elench. Fung. p.* 133 — *tab.* 20. *fig.* 105 (*noster fungus gracilior est, ceterum bene convenit*). — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 294.

Gregarius. Pileus adultior magis explanatus, obtusus, ½—1′ lat. Lamellae 1—2″ latae, confertae, crenulatae, adultae fusco-purpureae. Stipes 1—1½′ long., 1—2″ cras., plerumque curvatus et tenax.

In locis deustis, carbonatis et in ipsis carbonum frustulis semel. — Simillimum in cortice vetustissimo *Betulae albae* semiputrido, ad terram dejecto observavi. Sept.

418. *A. foenisecii Pers.* Pileo carnoso-membranaceo, conico-campanulato, obtuse umbonato, fuscescente-albido, glabro; lamellis adnexis, ventricosis, dilute umbrinis; stipite glabro, pileo concolori, subaequali, fistuloso.

A. foenisecii Pers. *Syn. Fung. p.* 411 — *Icon. et descript. fasc.* 2. *p.* 42. *tab.* 11. *fig.* 1. — Fr. *Syst. myc.* 1.

Digitized by Google

*p.* 295. — Buxb. *Cent.* 1. *p.* 17 *tab.* 28. *fig.* 1 (*noster fungus major!*).

Gregarius, fragilis. Pileus ½—1′ lat., margine subinde striatus, jun. fuscescente albidus, dein obscurior, demum expallens. Lamellae 1½—2″ lat., subcrenatae. Stipes 2—3′ long., 1″ et ultra lat, aequalis. l. deorsum attenuatus, primo sordide albus, demum pileo concolor.

In graminosis prope Petropolim observavit Dr. Bongard. Ad montem Duderhow (ego). Autum.

36. **PSATHYRA.** Velum obsoletum. Pileus submembranaceus, jun. glandiformis, dein e campanulato expansus, planiusculus, obtusus, fragilis, siccus, tactu mollis, vix glaber, sed plerumque fibrillis v. atomis innatis tectus. Stipes fistulosus, aequalis, fragilis, albus, subpruinatus. Lamellae adfixae, rarius liberae, fuscescentes. Sporidia fusco-purpurea et fusco-nigra.

419. *A. pennatus Fr.* Pileo leviter carnoso, hemisphaerico, obtuso, rufescente-fuligineo l. subtestaceo, albo-squamuloso; lamellis adfixis, latis, livido-l. cinereo-nigricantibus, albido-marginatis, stipite aequali, brevi, fistuloso, apice albo-pulverulento.

A. pennatus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 196.

Gregarius, fragilis. Pileus ¼—½′ lat., numquam striatus. Lamellae 2″ fere latae. Stipes ¾—1¼′ long., 1″ et ultra cras., subvillosus.

Digitized by Google

Ad terram deustam in sylvis pluries legi. Aug. Sept.

420. *A. Falkii Weinm.* Pileo membranaceo, hemisphaerico, humido umbrino, sicco expallente, atomis griseis consperso; lamellis adfixis, fusco-purpureis, stipite albido, aequali, basi albo-villoso.

Gregarius. Pileus jun. hemisphaericus, mox applanatus, $\frac{1}{4}$—$\frac{3}{4}'$ lat., pellucidus, valde fragilis. Lamellae subventricosae, laxe adfixae, $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}''$ lat., jun. umbrinae, dein fusco-purpureae. Stipes $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}'$ long., tenuis, fistulosus, primo albidus, mox fuscescens. Sporidia copiosa, fusco-purpurea.

Ad ligna pinea carie consumta in monte Duderhow. Exeunte Sept.

421. *A. cernuus Vahl.* Pileo leviter carnoso, campanulato, obtuso, marginem versus striato, albescente fuscescente, atomis farinulentis ornato; lamellis adfixis, confertis, cinereo-nigricantibus, margine albido-ciliolatis; stipite fistuloso, glabro, apice pulverulento.

A. CERNUUS VAHL *in Fl. Dan. tab.* 1008. *fig.* 1. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 298. — *Observ. myc.* 1. *p.* 50. — A. FARINULENTUS SCHAEFF. *tab.* 205. — A. ALNETI SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 280.

Gregarius, caespitosus. Pileus primo fuscescens, mox pallescens, et in statu sicco fere albus, $\frac{1}{4}$—$\frac{3}{4}'$ lat. Lamellae primo confertae, dein subdistantes, primo albidae, 1$''$ et ultra lat. Stipes biuncialis, tenuis, fragilis.

Hab. in sylvis ad terram et in acervis foliorum putridorum. Septemb.

422. *A atomatus Fr.* Pileo carnosulo, margine membranaceo, substriato, conico-campanulato, obtuso, atomis nitentibus furfurato, albido roseo; lamellis adnatis, subdistantibus, cinereo-nigricantibus; stipite tenui, fistuloso, sericeo - nitente.

A. ATOMATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 298.

Gregarius, valde fragilis, elegans. Pileus 3—8″ lat. Lamellae ½—2″ lat. Stipes 1—2′ long., plus minus minute squamulosus, basi albo-villosus.

In graminosis juxta vias haud frequens. Aug. Sept.

423. *A. corrugis Pers.* Pileo submembranaceo, campanulato, umbonato, substriato, dilute-roseo; lamellis adnatis, subdistantibus, violaceo-nigricantibus; stipite gracili, glabro, albo, nitente, basi piloso.

A. CORRUGIS PERS. *Syn. Fung. p.* 424. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 298. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 206. — A. CARBONARIUS *var.* BATSCH *tab.* 18. *fig.* 91 *bene!*

Pileus ½—1′ et parum ultra lat., siccus expallens et corrugatus. Lamellae 1—3″ lat. Stipes 2—3′ long., 1—2″ cras.

In sylvis umbrosis parce; (in areis umbrosis semel vidi). Aug. Sept.

*β. pellospermus Bull. Champ. tab.* 561 *exacte!* Pileo submembranaceo, campanulato, obtuso, fuscescente- seu dilute-alutaceo-roseo, glabro; lamellis latis, subdis-

Digitized by Google

tantibus, subviolaceo-nigricantibus; stipite aequali, fistuloso, argenteo-nitente, basi albo-villoso.

Gregarius, fragilis. Pileus adultior fere planus, obtuse umbonatus, siccus, 1—1½′ lat. Lamellae 3—4″ latae, margine subinde tenue roseae. Stipes 4 — 5′ long., 1 — 2″ cras., strictus.

In sylvis umbrosis semel. Sept. 1833.

424. *A. gracilis Pers.* Pileo disco carnosulo, margine membranaceo, campanulato, obtuso, striato; lamellis adnatis, ventricosis, albido-cinereis, dein cinereo-nigricantibus, margine roseis; stipite aequali, glabro, basi villoso.

A. GRACILIS PERS. *Syn. Fung. p.* 425. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 299. — A. DIFFUSUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 221. *fig.* 111. *b.*

Gregarius, fragilis. Pileus demum magis explanatus, ½—1½′ lat., in aetate jun. pallide fuscescens, mox obscurior, deinde roseo-v. fuscescente-incarnatus, disco subalutaceo. Lamellae 1—3″ lat., aut confertae aut subdistantes. Stipes 2—3′ et saepe ultra long., 1″ cras., fistulosus, pallidus, eximie strictus.

Hab. inter folia dejecta et rejectamenta hortorum. Aug. Sept.

b. pileo albido-roseo. Gregarius, valde fragilis. Pileus membranaceus, conico-campanulatus, siccus, albido-roseus, humidus fuscescens, ½—¾′ lat. Lamellae 1—2″ latae, ceterum ut in a. Stipes albido-nitens, basi albo-fibrillosus, 1—3′ long.

Hab. inter folia dejecta putrida. Septemb.

Digitized by Google

425. *A. torpens Fr.* Pileo submembranaceo, hemisphaerico, obtuso, albido-pallescente, glabro; lamellis adnatis, confertis, subventricosis, fuscis, margine albis; stipite fistuloso, tenui, albo, glabro.

A. TORPENS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 299.

Gregarius, fragilis. Pileus ½—¾' lat., adultior fuscescente-subincarnatus. Lamellae 2—3'' lat. Stipes 2—3' long., 1'' fere cras.

Ad terram graminosam semel. Sept.

37. COPRINARIUS. Velum partiale, margine adfixum, raro annuliforme, plerumque fugacissimum. Pileus leviter carnosus, aut membranaceus, glaber, subpersistens. Stipes fistulosus, subfragilis. Lamellae subliquescentes. Sporidia nigra.

a. Lamellae adnatae.

426. *A. semiovatus Sow.* Pileo subcarnoso, conico-campanulato, stramineo v. argillaceo-albido, viscoso; lamellis adnatis, cinereo-atris; stipite solido, apice striato, albonitente; annulo integro, subfugaci.

A. SEMIOVATUS SOW. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 300. — PERS. *Syn. Fung. p.* 416. — A. CILIARIS BOLT. *Fung. tab.* 53 *optime!* — A. SEPARATUS LINN. *suec. nro.* 1220.

Gregarius. Pileus in primo statu et jove pluvio viscosus, postea et coelo sereno siccus, nitidus, laevigatus, argillaceo-albidus, 1—2½' altus, obtusus, margine fimbriatus. Lamellae nonnunquam ½' lat. Stipes 4—6' long.,

Digitized by Google

in minoribus aequalis, in majoribus bulbillosus, apice sporidiis nigricantibus inquinatus, 1—2″ et ultra cras.

In fimo equino recenti post largas pluvias vernales et aestivales abunde.

427. *A. fimiputris Bull.* Pileo subcarnoso, conico-campanulato, obtuso, laevi, cinereo; lamellis adnatis, ventricosis, subconfertis; stipite longo, fistuloso, aequali, rufescente.

A. FIMIPUTRIS BULL. *Champ. tab.* 66. — DC *Fl. fr.* 2. *p.* 151. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 300. — A. SEMIOVATUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 359. — A. CLYPEATUS BOLT. *Fung. p.* 57.

Gregarius, fragilis. Pileus initio conico-campanulatus, cinereus, demum magis applanatus, fusco-nigricans, $\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{4}$′ lat., tempestate pluviosa saepe transversim rimosus. Lamellae margine concolores, 1 — 3″ lat., demum deliquescentes. Stipes 3 — 5′ long., vix 1″ cras., laevis, apice pulverulentus.

In fimo equino. — Julio, Augusto.

428. *A. papilionaceus Bull.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico l. campanulato, sordide alutaceo, scrobiculato; lamellis adnatis, cinereo-atris, margine albis; stipite aequali, fistuloso, apice striato, atropulverulento.

A. PAPILIONACEUS BULL. *Champ. tab.* 58. *bene! et tab.* 561. *fig.* 2. *optime!* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 301. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 152. — PERS. *Syn. Fung. p.* 410. — A. SEMIOVATUS b. SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 359. — A. ACUMINATUS SCHAEFF. *tab.* 202. *minus bene!* BUXB. *Cent.* 4. *p.* 9. *tab.* 13. *fig.* 2.



Digitized by Google

Gregarius l. caespitosus. Pileus jun. hemisphaericus, campanulatus v. conico-campanulatus, sordide alutaceus, tempore humido viscidulus, umbone subinde brunneo, margine fuscescente, adultior magis expansus, interdum fere planus. In hoc statu saepe e sordide-alutaceo in colorem cinereo-fuligineum transit et scrobiculato-rimulosus evadit, 1½ — 2′ lat. Lamellae initio fere cinnamomeo-nigricantes, dein cinereo-atrae, albo-marginatae, 2—3″ lat., ventricosae. Stipes 2—3½′ long., 1—2″ cras., fragilis, jun. albo-l. potius argenteo-nitens, apice striatus, dein pruina alba evanescente fuscescens fit: sporidiis nigris obductus.

In fimetosis sylvarum parce; in cortice vaporariorum copiose. Aest., autum.

b. minor. — *Buxb. Cent.* 5. *p.* 25. *tab.* 48. *fig.* 2. *exacte.*

Pileus leviter carnosus, convexus, humidus fuscescenti-nigrescens, siccus expallens, fuscescenti-alutaceus, subscrobiculatus, glaber, ½ — 1¼′ lat. Lamellae leviter adfixae, ventricosae, fusco-nigricantes, margine albicantes, 3″ et ultra lat., subconfertae. Stipes aequalis, 2 — 2½′ long., 1″ et ultra cras., pileo concolor, apice foraminulosus, basi subinde bulbillo parvo instructus. Valde fragilis!

In graminosis pinguibus et in terra stercorata hortorum. Aug. Sept.

429. *A. fimicola Pers.* Pileo carnoso-membraceo, hemisphaerico, fuscescente-alutaceo, margine striato; lamellis

Digitized by Google

adnatis, latis, cinereo-nigricantibus; stipite aequali, apice albo-pulverulento.

A. fimicola Pers. *Syn. Fung. p.* 412. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 301. — Buxb. *Cent.* 4. *p.* 18. *tab.* 28. *fig.* 4.

Gregarius, confertus. Pileus jun. hemisphaericus, albido-alutaceus, dein magis expansus, ſuscescente-alutaceus, ¼ — 1′ lat. Lamellae initio cinereae, mox cinereo-nigricantes, 2″ et ultra lat., subdistantes. Stipes 1½ — 3′ long., tenuis, fragilis, fistulosus, primo albido-fibrillosus, mox glaber et in statu adulto pileo fere concolor.

Hab. In graminosis humidiusculis, hortis. Vere, autum.

*β. rufescens Weinm.*

Pileo tenui, campanulato l. conico-campanulato, obtuso, glabro, rufescente-alutaceo; lamellis adfixis, ſusco-nigricantibus, margine albidis; stipite aequali, tenaci, rufo, cinereo-villoso.

Gregarius et solitarius. Pileus jun. dilute incarnatus v. rufescenti-alutaceus, dein fere fuscescens, siccus, glaber, humidus laevis, siccus substriatus, ¼ — ¾′ altus. Lamellae 2 — 3″ latae, ventricosae. Stipes 3′ long., tenuis, tenax, fistulosus, strictus l. subflexuosus, rufus, totus albido-l. cinereo-villosus. — An hujus sectionis? — an potius ad antecedentem sectionem? — Sporidia nigra!

In sylvis ad terram humosam muscosam. Sept.

b. Lamellae adfixae v. liberae, liquescentes.

430. *A. vitellinus Pers.* Pileo subcarnoso, margine membranaceo, conico-campanulato, viscido, vitellino, margine sulcato-striato, pallescente; lamellis adnexis cinnamomeo-argillaceis; stipite fistuloso, aequali, albo-lutescente, squamuloso-pulverulento.

A. VITELLINUS PERS. *Syn. Fung. p.* 402. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 303. — MART. FL. *mosq. p.* 238.

Solitarius, gregarius et valde fragilis. Pileus pellucens, obtusus, 1 — 1½′ lat. Lamellae confertae, 1″ lat. Stipes 3 — 4′ long., 1″ et ultra cras., ad basin candide villosiusculus.

In fimetosis aliquoties. Julio. — Prope Mosquam (MART.).

431. *A Boltonii Pers.* Pileo leviter carnoso, campanulato, obtuso, flavo, viscoso, disco obscuriori, margine striato; lamellis subadnatis, flavidis, decolorantibus; stipite lutescente, albo-floccoso, apice striato.

A. BOLTONII PERS. *Syn. Fung. p.* 451. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 303. — *Observ. myc.* 2. *p.* 186. — A FLAVIDUS BOLT. *Fung. tab.* 149. *bene! et tab.* 65. (*praesertim fig. sinistra fungum nostrum optime repraesentat*) (A. EQUESTRIS).

Gregarius, subinde basi cohaerens, valde fragilis. Pileus jun. conico-campanulatus, obtusus, 1 — 1½′ altus, dein planiusculus, 2½′ latus, demum diffluit. Lamellae albido-flavescentes, 2″ lat., confertae. Stipes 3 — 4′ long., 1 — 3″ cras., sursum attenuatus.

Digitized by Google

Hab. inter folia putrida et alias quisquilias raro. Augusto.

432. *A. conocephalus Bull.* Pileo submembranaceo, conico-campanulato, cinereo-fuscescente, disco glabro, subsulcato-striato; lamellis liberis, confertis, ferrugineo-nigricantibus; stipite stricto, fistuloso, albo-nitente, aequali.

A. CONOCEPHALUS BULL. *Champ. tab.* 563. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 153.

Solitarius, pulchellus, fragilis, subliquescens. Pileus ½ — 1′ et paulo ultra altus, demum magis expansus et latior. Lamellae undique attenuatae, 2″ et ultra lat., jun. fere cinnamomeo-fuscescentes, demum fusco-nigricantes, postremo nigricantes. Stipes 3—6′ long., tenuis, gracilis.

In terra pingui umbrosa ad montem Duderhov. Autum.

433. *A. conopilus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, campanulato, alutaceo-pallescente, obtuso, margine leviter striato, lamellis liberis, confertis, fusco-nigricantibus; stipite sursum attenuato, argenteo-nitente, fistuloso, basi bulbilloso atque albo-fibrilloso.

A. CONOPILUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 504. (*in adnotat. ad* A. CONOCEPHALUM). A. CONOCEPHALUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 304. (*exclusis synon.* BULL. DC. *et* PERS.).

Gregarius. Pileus obtusus, subinde rimulosus, jun. sordide albus, dein alutaceo-pallescens, ½ — 1¼′ lat. Lamellae 2″ lat., jun. margine albidae, postremo nigrae l. fuscescente-nigrae. Stipes 4 — 5′ long. 1″ — 2″ cras.

Digitized by Google

Ad terram turfosam humosam aliquoties. Autum.

434. *A. disseminatus Batsch.* Pileo membranaceo, ovato-campanulato, dilute-ochraceo, dein cinereo, plicato; lamellis subadnexis, albido-cinerascentibus; stipite incurvo, glabro, albido.

A. DISSEMINATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 403. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 305. — MART. *Fl. mosq. p.* 238. — MICH. *gen. tab.* 79. *fig.* 5. — A. MINUTULUS SCHAEFF. *tab.* 308. — A. TINTINABULUM BATSCH *Elench. Fung. tab.* 1. *fig.* 3. — BUXB. *Cent.* 2. *p.* 46. *tab.* 50 *fig.* 5. — FL. DAN. *tab.* 1848.

Gregarius, gracilis, parvus. Pileus e colore dilute ochraceo in albidum, deinde in cinereum transit, digitaliformis, 2 — 3″ altus. Lamellae angustae, distantes et demum nigrescentes. Stipes 1′ et parum ultra long., vix 1″ cras.

b. digitaliformis Bull. *Champ. tab.* 22. *et tab.* 525. *fig.* 1. *DC. Fl. fr.* 2. *p.* 149. Pileus initio digitaliformis, dilute ochraceus, dein campanulatus, demum magis explanatus, ½ — 1¼′ lat., membranaceus, margine striatus, cinereo-alutaceus. Lamellae liberae, fere ventricosae, 2″ et parum ultra latae. Stipes 1 — 2½′ long., tenuis, aequalis l. sursum paulo attenuatus, albus.

In truncis vetustis putrescentibus variis abunde. Aest. pluviosa, autum. In Rossia minori (DR. BONGARD).

38. **COPRINUS.** Velum universale, fugax. Pileus subcarnosus, membranaceus, dein campanulatus, demum lacerus, revolutus, deliquescens, flocculis subsecedentibus tectus. Stipes fistulosus, strictus, fragilis, subsquamulosus. Lamellae simplices, inaequales. Asci segregati, quaterna sporidiorum serie. Sporidia nigricantia.

435. *A. comatus Müll.* Pileo subcarnoso, subcylindrico l. campanulato, albo, marginem versus cinerascente, squamoso, squamis fuscescentibus, flaccidis; lamellis liberis, cohaerrentibus, purpurascente nigricantibus; stipite candido, flocculoso-fibrilloso, basi subbulloso; annulo mobili aut nullo.

A. COMATUS MÜLL. *Fl. Dan. tab.* 834. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 307. — PERS. *Syn. Fung. p.* 395. — LENZ *Abbild. p.* 58. — A. PORCELLANEUS SCHAEFF. *tab.* 46. *et* 47. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 303. — A. TYPHOIDES BULL. *Champ. tab.* 16. *et tab.* 582. *fig.* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 145. — A. FIMETARIUS BOLT. *Fung. tab.* 44. — MART. *Fl. mosq. p.* 237. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 16. *tab.* 27. (*nam inter A. comatum verum individua huic figurae similia saepius vidi*). — FRIEBE. *oecon. techn. Fl. p.* 302.

Gregarius. Pileus comato-squamosus, mollis, vertice fuscescente-livido, 3 — 5′ altus. Lamellae a stipite remotae, initio candidissimae, mox incarnatae, dein purpurascente-nigricantes, tenuissimae, 3 — 5″ lat. Stipes 5 — 7′ long., 1 — 1¼′ cras., intus filis araneosis laxe repletus, ceterum cavus, ad basin bulbosus seu incrassatus.

Digitized by Google

β. *ovatus Schaeff. tab.* 7. — *Sobol. Fl. pet. p.* 302.

Pileus jun. ovatus, dein campanulatus, dense atque minute imbricatim squamulosus, albido-cinereus, 2 — 2½′ long. l. altus. Lamellae a stipite remotae, jun. albidae, dein umbrinae, demum diffluunt. Stipes 3 — 4′ long., 4 — 5″ cras., radicatus. Annulus parvulus, mobilis v. nullus, ut in a.

In terra fertili et in stercoratis abunde. Autumno. Prope Mosquam (Mart.) in Livonia (Friebe).

436. *A. atramentarius Bull.* Pileo subcarnoso, campanulato, fuscescente l. cinereo-albido-fuscescente, vertice squamulis fuscescentibus vestito; lamellis liberis, ventricosis, purpureo-fuscis, albo-marginatis; stipite subaequali, cavo, candido, intus zonato.

A atramentarius Bull. *tab.* 164. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 147. — Lenz *Abbild. p.* 59. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 308. — A plicatus Pers. *Syn. Fung. p.* 396. — Mart. *Fl. mosq. p.* 238. — A. fugax Schaeff. *tab.* 67. 68. — A. luridus Bolt. *tab.* 54. — A. deliquescens *Fl. Dan. tab.* 1370. *exacte!* — A. Vaillantii Sobol. *Fl. pet. p.* 303. — Vaill. *par. tab.* 12. *fig.* 10. 11. *optime!* — A. fimetarius Linn. *suec. nro.* 1215. — Gort. *Fl. ing. p.* 183. (*exclusis synon.* Sterb. *et* Buxb.

Valde confertus, fragilis. Pileus margine inaequalis, 2 — 2½′ altus, demum magis expansus et margine revolutus. Lamellae initio albae, demum purpureo-fuscae, postremo nigrae et deliquescentes, 4″ lat. Stipes 3 — 5′ long., 3 — 4″ cras. Basi observatur plerumque

Digitized by Google

articulus annuliformis, infra quem stipes pilis valde tenuibus, fuscescentibus, adpressis vestitus.

Hab. in locis graminosis humidiusculis, locis domesticis pinguibus exeunte aestate, autum. ubique frequens.

437. *A deliquescens Bull.* Pileo membranaceo, campanulato, cinereo-fuligineo, rimuloso-striato, dein papilloso, glabro; lamellis liberis, sublanceolatis, fuscescente-nigris, margine albidis; stipite argenteo-splendente, fistuloso, sursum attenuato, pulverulento.

A DELIQUESCENS BULL. *Champ. tab.* 558. *fig.* 1. *optime!* — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 150. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 309. — A. FUSCESCENS SCHAEFF. *tab.* 17. A. BICOLOR *Fl. Dan. tab.* 1070. — A. AQUEUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 302. — A FERRUGINEUS MART. *Fl. mosq. p.* 238. (*secundum synon. Fl. Dan.*).

Caespitosus. Pileus primo conico-campanulatus, dein magis expansus, deliquescens, 2 — 2½′ altus et 4′ lat. Lamellae 4 — 5″ lat. Stipes 5 — 6′ long., apice 3″, basin versus 4 — 5″ et ultra cras., apice albo-pulverulentus, ceterum glaber, satis firmus, subtenax.

In graminosis humidis, muscosis passim. Sept. Octob. Prope Mosquam (MART.).

438. *A. micaceus Bull.* Pileo membranaceo, diaphano, campanulato, striato-sulcato, fusco l. ferrugineo, umbone obscuriore, punctis nitentibus adsperso; lamellis liberis, circulo annuliformi adnexis, fuscescente-nigrescentibus; stipite cavo, albo, nitente, subfarinuloso.

A. MICACEUS BULL. *Champ. tab.* 565 *optime!* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 309. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 148. — FL.



Digitized by Google

Dan. *tab.* 1193. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 157. — A. lignorum Schaeff. *tab.* 66. — A. ferrugineus Pers. *Syn. Fung. p.* 400. (*excluso synon. β.*). Linn. *suec. nro.* 1209. —

Valde confertus, fragilis. Pileus 1 — 2′ altus, mox planiusculus, saepe margine repandus, nudus. Lamellae 1 — 2″ lat., primo albidae, tum fuscae, demum fuscae et nigrae, deliquescentes, confertae. Stipes 2 — 3′ et ultra long., 1 — 2″ cras., sursum paulo attenuatus.

Hab. Ad basin truncorum vetustorum frequens. Aestate, autum.

*β. squamulosus Bull. tab.* 246. *optime!* Pileus membranaceus, campanulatus, obtusus, cinereus, vertice fuscescente, squamulis albido-cinereis, valde fugacibus obsitus, margine crenato. Lamellae ut in a et glandulis micantibus obsessae. Stipes 3 — 4′ long., 2 — 3″ cras., candidus, nitidus, glaberrimus, sursum attenuatus.

Hab. In cortice vaporariorum parce. Exeunte aestate.

*γ. extinctorius Bull.* Pileus membranaceus, ovato-cylindricus v. campanulatus, demum explanatus, 1½ — 2½′ lat., jun. margine livido-pallescente-flavescens, vertice fuscescente, marginem versus striatus, adultior sporidiis nigris inquinatus et deliquescens. Lamellae liberae, jun. albae, purae, mox livescentes et demum nigrae, 1 — 2″ lat., marginem versus attenuatae. Stipes fistulosus, sursum attenuatus, albo-nitens, glaber, 3 — 5′ long.

Digitized by Google

A. EXTINCTORIUS BULL. *Champ. tab.* 437. *fig.* 1. *bene!* — A. DIGITELLUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 1. *fig.* 1. *minus bene!* — FL. DAN. *tab.* 1371. (*ita saturatius coloratum non vidi!*). A. FERRUGINOSUS SCHUMACH. *Fl. Saell.* 2. *p.* 358. — A. DIGITALIS SOBOL. *Fl. pet. p.* 303. — A FERRUGINEUS MART. *Fl. mosq. p.* 238.

In vicinitate truncorum vetustorum aliquoties. Aug.

439. *A. cinereus Bull.* Pileo carnoso-membranaceo, conico-campanulato, cinereo, subtomentoso, disco laevi, livido l. lutescente; lamellis liberis, linearibus, punctatis; stipite subaequali, subtomentoso-squamoso.

A. CINEREUS BULL. *Champ. tab.* 88. *bene!* — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 147. — SCHAFF. *tab.* 100 *optime!* — NEES. *Syst. tab.* 25. *fig.* 203. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 310. — PERS. *Syn. Fung. p.* 398. — FL. DAN. *tab.* 1195? — BUXB. CENT. 4. *p.* 16. *tab.* 27.

Gregarius. Pileus 1 — 3′ altus, adultior magis expansus, margine revolutus, subglaber atque deliquescens. Lamellae 1 — 2′ lat., versus marginem valde angustatae. Stipes 3 — 5′ long., nunc aequalis, nunc sursum attenuatus, subinde basi curvus.

In fimetosis frequentissime. Aestate, autum.

*β. macrorhizus. Fr. l. c.* Pileus 1 — 1½′ lat., mox revolutus et deliquescens, jun. campanulatus, dilutegriseus, squamulosus, striatus. Stipes 1 — 2′ long., basin versus paulo incrassatus, albo-farinulosus. Radix fusiformis, 4 — 6′ longa.

A. MACRORRHIZUS PERS. *Syn. Fung. p.* 398. — MICH. *gen. tab.* 80. *fig.* 2. *bene!*

Digitized by Google

In vaporariis nostris interdum copiose. Aestate.

γ. *tomentosus Fr. l. c.* Pileus carnoso-membranaceus, conico-campanulatus, jun. albus, dein albido-griseus, tomento tenui obtectus, striatulus, margine inaequalis, 1 — 1½′ altus, minus deliquescens. Lamellae liberae, 1 — 2″ lat., jun. ferrugineo-nigrescentes, demum nigrae. Stipes 1½ long., 3″ cras., erectus, teres, niveus, fistulosus, tomentosus.

A. TOMENTOSUS BULL. CHAMP. *tab.* 138. — BOLT. *Fung. tab.* 156. — MICH. *gen. tab.* 73. *fig.* 3.

Gregarie provenit ad pagos in terra fertili. (DR. BONGARD).

440. *A. niveus Pers.* Pileo submembranaceo, campanulato, squamuloso-farinoso stipiteque fistuloso, sursum attenuato niveis; lamellis subadnatis, linearibus, fusco-nigrescentibus.

A. NIVEUS PERS. *Syn. Fung. p.* 400. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 311. — FL. DAN. *tab.* 1671. — SCHUM. *Fl. Saell. p.* 351.

Gregarius. Pileus jun. oblongus, mox campanulatus, demum magis expansus, 1—1½′ altus, demum paulo latior, postremo revolutus. Lamellae jun. albae, mox dilute fuscescentes, dein fusco-nigrescentes, 1″ et parum ultra lat. Stipes 1 — 3′ long., 2″ cras.

In fimo equino apud nos parce. Exeunte aestate.

441. *A. domesticus Bolt.* Pileo carnoso-membranaceo, campanulato, obtuso, demum explanato, furfuraceo-squamuloso, undulato-sulcato, dilute fuligineo; lamellis sub-

Digitized by Google

adnexis, linearibus, brunneo-nigricantibus; stipite fistuloso, sursum attenuato, subsericeo.

A. DOMESTICUS PERS. *Syn. Fung. p.* 404. — BOLT. *Fung. tab.* 26. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 311. — A. SOCIATUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 353. — MART. *Fl. mosq. p.* 238.

Gregarius l. connato-caespitosus, fragillimus, pulchellus! Pileus jun. ovoideus, dein campanulatus et mox explanatus, 1 — 2″ lat., disco sublaevi. Lamellae primo albidae, 1″ et ultra lat. Stipes 2—3″ long., 2—3″ cras., nitens, subinde aequalis.

In domesticis et ad ligna putrida, sed non quovis anno. Aestate.

442. *A. papillatus Batsch.* Pileo membranaceo, campanulato, papillato-furfuraceo, griseo, margine substriato; lamellis leviter adfixis, atris, margine albis; stipite fistuloso, aequali, fibrilloso-squamuloso.

A. PAPILLATUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 17. *fig.* 78. *a — d.* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 312. — PERS. *Syn. Fung. p.* 406.

Totus valde fragilis et cito diffluens. Pileus 3—6″ altus, eleganter papilloso-furfuraceus. Stipes 3 — 4′ long., tenuis, apice furfure atro inquinatus.

In fimo equino semel exeunte Octob. 1822 legi.

*β. minutus Bong.* Pileus membranaceus, tenuis, campanulatus, acutus, griseo-albidus, disco squamulis albis obsitus, striatus, margine inaequalis, 3 — 4″ altus. Lamellae confertae, fuscescentes, liberae, undique atte-

Digitized by Google

nuatae, margine albae. Stipes 6 — 8″ long., ½ — ⅓′ cras. strictus, albus, glaber, fistulosus, aequalis. (*Dr. Bong.*).

Solitarie in graminibus putrescentibus in umbrosis fruticum. Aug.

443. *A. plicatilis Sow.* Pileo tenui, gracili, umbilicato, planiusculo, sulcato-plicato, margine crenulato; lamellis annulato-adnexis, remotis, nigricantibus; stipite gracili, laevi, albo.

A. PLICATILIS SOW. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 312. — PERS. *Syn. Fung. p.* 405. (A. PULCHER *β.*). — MICH. *gen. tab.* 79. *fig.* 7. —

Pulcher, sed valde fragilis et fugax. Pileus jun. cylindricus et furfuratus, dein expansus, subnudus, fissus, ½ — 1¼′ lat. et semper cinereus, transparens. Lamellae jun. confertae, dein distantes, graciles, griseae, margine nigrae. Stipes 1 — 2′ long., plerumque glabriusculus.

In locis graminosis et in terra culta stercorata passim. Aest., Autum.

b. major. Pileus 1 — 2′ et ultra lat., convexo-planus, umbilicatus, plicatus. Lamellae latiusculae, distantes. Stipes 1 — 2′ long., 2″ cras., albido-fuscescens.

A. SEMISTRIATUS FL. DAN. *tab.* 1134. — BUXB. *Cent.* 2. *p.* 45. *tab.* 50. *fig.* 1. A. PULCHER PERS. *Syn. Fung. p.* 404.

In horto nostro inter olera aliquoties vidi. Aug.

Digitized by Google

c. crispus. Pileus jun. conicus, dein applanatus, disco scrobiculatus, margine crispatus. Stipes compressus, fistulosus, argenteo-nitens.

In ollis tepidariorum nostrorum pluries observavi. Autum.

444. *A. diaphanus Bong.* Pileo membranaceo, campanulato, cinereo-fuscescente, disco lutescente, plicato-striato, vertice levissime squamuloso; lamellis subadfixis, confertis, brunneo-fuscescentibus, margine nigris; stipite niveo, glabro, fistuloso.

Sparsus. Pileus $\frac{3}{4}'$ altus, demum 1′ lat., margine aequali. Squamulae flavescentes. Lamellae angustae, lineares. Stipes $2\frac{1}{2}'$ long., 1 — 2″ cras., sursum paulo attenuatus, strictus.

Affinis *A. plicatili Sow.*, sed differt:

1) crescendi modo;

2) margine pilei numquam revoluto;

3) stipite intus zonato.

In fruticetis inter gramina observavit et descripsit Dr. Bongard.

445. *A. lanatus Bong.* Pileo membranaceo, campanulato, plicato-striato, cinereo l. cinereo-rufescente, lanato; lamellis utrinque attenuatis, purpureo-brunneis, confertis, liberis; stipite nudo, subbulboso.

Plerumque solitarius. Pileus $\frac{1}{2}$ — 1′ altus, vertice obscuriore glabro, particulis micae ad instar fulgentibus adspersus. Lamellae inaequales, demum nigrae. Stipes 1 — 2′ long., 1″ cras., glaber, albus, superne attenua-

Digitized by Google

tus, basi subbulbosus, cavus. Fungus valde fugax, nyctemero defluens.

Hab. Ad sepes in Rossia merid. (Dr. Bongard). Aestate.

446. *A. ephemerus Fr.* Pileo tenuissimo campanulato, demum plano, cinereo v. cinereo-rufescente, fisso-striato; lamellis angustis, linearibus, distantibus; stipite fistuloso, tenui, flaccido, glabro, albido.

A. ephemerus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 313. — Mich. *gen. tab.* 75. *fig.* 9. — Buxb. *Cent.* 2. *p.* 46. *tab.* 50. *fig.* 2. — A. crenulatus Fl. Dan. *tab.* 832. *fig.* 2. — A. momentaneus Bull. *Champ. tab.* 128. *optime!* — DC. *Fl. franç.* 2. *p.* 149.

Gregarius, valde fugax, gracilis. Pileus $\frac{1}{4}$ — 1′ altus, disco lutescente l. rufescente. Lamellae subventricosae, $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$″ lat. Stipes 1 — $2\frac{1}{2}$′ long., tenuis, gracilis.

b. ephemerus *Bull. Champ. tab.* 542. *fig.* 1. *optime!* — *Pers. Syn. Fung. p.* 406.

Antecedente minor, gracilior. Pileus 3″ — $\frac{1}{2}$′ lat., cito diffluens. Stipes 2—4′ long., filo gracilior.

In fimetosis. Aestate, primo autumno.

447. *A. radiatus Bolt.* Pileo tenerrimo, ovato, dilute ochraceo, cinereo-tomentoso, dein plano, radiato, fisso, glabro; lamellis paucis, distantibus; stipite gracillimo, filiformi.

A. radiatus Bolt. *Fung. tab.* 39. *fig. c.* — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 313. — Pers. *Syn. Fung. p.* 407. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 200. — A. stercorarius Bull.

*Champ. tab.* 542. *fig.* 2. — Buxb. *Cent.* 2. *p.* 46. *tab.* 50. *fig.* 3. — Sobol. *Fl. pet. p.* 301.

Gregarius v. sparsus. Pileus 2 — 3″ lat., tenerrimus. Intervalla lamellarum evanescunt, dum lamellae adhuc restant. Stipes gracillimus, 1—2′ long., pilosiusculus.

Hab. In fimetosis et in cortice vaporariorum uberrime. Aestate, autum.

---

## II. L E N T I N U S.

Fr. *Syst. Orb. Veg.* 1. *p.* 77. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 45. — *Agarici Lentiscyphi* Fries. *Syst. myc.* 1. *p.* 174. — *Agarici species aliorum auctor.*

Pileus carnoso-lentus, coriaceus, azonus. Lamellae radiantes, simplices, persistentes cum pileo concretae, ascigerae, margine tenuissime lacerae.

### *A. I n t e g r i.*

*a. Lamellis inaequalibus, dentatis; pileo squamoso.*

1. *L. tigrinus Fr.* Pileo carnoso-lento, umbilicato, albo, squamis fuscescente-nigricantibus, subadpressis vestito; lamellis confertissimis, arcuato-decurrentibus, denticulatis, albis; stipite albo, farcto, squamulis fuscescente-nigricantibus obsesso.

L. tigrinus Fr. *Syst. Orb. Veg.* 1. *p.* 78. — Agaricus tigrinus Bull. *Champ. tab.* 70. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 169. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 176. — Pers. *Syn. Fung. p.* 458. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 53.



Digitized by Google

Gregarius. Pileus convexus, profunde umbilicatus, 1—2½′ lat. Substantia alba. Lamellae sublineares, subtiliter denticulatae, 1½″ lat. Stipes 3′ long., 4—5″ cras., teres, curvatus. Sapor non ingratus.

Ad truncos in Rossia minori observavit Dr. Bongard.

2. *L. lepideus Fr.* Pileo carnoso, lento, margine tenuiori, convexo, albido-flavescente v. dilute ochraceo, squamulis obscurioribus obsesso; lamellis decurrentibus laceris; stipite solido, squamoso, radicato.

L. lepideus Fr. *Syst. Orb. Veg. p.* 78. — A. lepideus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 176. — *Observ. myc.* 1. *p.* 21. — A. squamosus Schaeff. *tab.* 29. 30. — A. tigrinus Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 313. — A. tessulatus *β dentatus* Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 226. — Lasch *in Linnaea* 1828. *fasc.* 4. *p.* 396. — A. polymorphus Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 52. (*exclusa var.* ξ.) — A. Dunali *ib. p.* 54.

Gregarius l. solitarius, varius, subsuberosus, lentus, odore grato, fere aniseo! Pileus 2—3′ lat., compactus, pulvinatus; plus minus adpresso-squamulosus, margine deflexo. Lamellae aut serratae aut crenatae l. laceratae, 2—3′ lat. Stipes 1—3′ long., 4—6″ cras., rectus l. curvatus, valde lentus et fere lignosus, plus minus tomentosus.

Ad truncos pineos vetustos parce; ad ligna pinea fabrefacta vetusta passim. Jul. — Octob.

b. *dilute-cinereus.* Pileus inaequalis, 2½′ lat., margine involuto, dilute cinereus, fibrilloso-squamulosus. Substantia compacta, nivea, elastica, anisata. Lamellae

Digitized by Google

angustae, candidae, basi ramosae l. subporiformes, longe decurrentes. Stipes curvatus, 2 — 2½′ long., ½′ cras., fibrillis sordidis vestitus.

Ad truncum vetustum tiliaceum semel. Aug.

b. *Lamellis* inaequalibus, dentatis; pileo laevi.

3. *L. cochleatus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, planiusculo, depresso l. infundibuliformi, integro l. lobulato, rufescente; lamellis decurrentibus, subdentatis, pallidis; stipite subsulcato, basi rufescente, tenaci.

L. COCHLEATUS FR. *Syst. Orb. Veg.* 1. *p.* 78. — AGARICUS COCHLEATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 450. (*exclusa var. β.*). — ALB. *et* SCHW. *Conspect. Fung. p.* 218. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 177. — *Observ. myc.* 1. *p.* 74. (*excluso syn.* BOLT.) — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 51.

Gregarius, caespitosus, subtenax, odore aniseo. — Pileus initio rufescens, dein dilute alutaceus, ½ — 1′ lat. Lamellae ½ — 1′ latae. Stipes 1 — 2′ long., flexuosus v. tortus.

Ad truncos vetustos varios parce. Aestate, autum.

b. pileo excentrico. Pileus carnoso-membranaceus, incarnato-alutaceus, glaber, primo planiusculus, dein depressus, margine involutus, integer l. crispatus, ½— ¾′ lat. Lamellae profunde serratae, ¼ — 1″ lat., initio albidae, adnatae, dein sordide albescentes, fere decurrentes. Stipes 1 — 4″ long., ½″ cras., firmulus, semper fuscescens, fibrillosus.

AGARICUS DENTATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 476. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 227. — A. INTERMEDIUS SCHUM *Fl. Saell.* 2. *p.* 361.

Digitized by Google

Ad truncos semiemortuos *Pyri Aucupariae* bis legi. Aug.

*B. Pileo dimidiato, subsessili; lamellis laceris.*

4. *L. ursinus Fr.* Imbricatus, sessilis, pileo coriaceo-membranaceo, plano, integro l. undulato-lobato, dilute-alutaceo; lamellis confertissimis, aliis integerrimis, aliis serratis, concurrentibus, albidis.

L. ursinus Fr. *Syst. Orb. Veg.* 1. *p.* 78. — Agaricus ursinus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 185 — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 22.

Pilei arcte imbricati, 3 — 4′ lat., basin versus scabroso-strigosi, tenaces, sporidiis copiosis albis conspersi. Lamellae 2 — 3″ lat., in statu adulto ſuscescentes.

Hab. ad ligna pinea ſabrefacta. Medio Aug.

---

## III. CANTHARELLUS Adans.

*Fungus ordo V.* Vaill. *par.* 60. — Mich. *gen. p.* 144. *et Fungoidastri sectio* 2. *p.* 201. — *Merulii species* Pers. *Syn. Fung. p.* 488. — Nees *Syst. p.* 288. — *Agarici species* Linn. *et auctor.* — *Pezizae species Eorund.* — *Helvellae species* Bull. — *Cratarelli species* Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 4. — *Merulii species ib.* — *Cantharellus* Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 316. — *Syst. Orb. Veg.* 1. *p.* 78. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 49. — *Merulii spec.* Spreng. *Syst. Veg.* 4. 1. *p.* 465. (*sectio* 1 — 3.

Plicae radiantes, ramosae, subparallelae, raro anastomosantes, obtusae, cum hymenio undique thecigero homogeneae et concretae. Pileus carnosus v. membranaceus, adultus subhorizontalis, determinatus, margine liber, cum stipite, quando praesens, contiguus. Vellum nullum. Asci majusculi. Sporidia alba.

*Trib. I.* MESOPUS. Stipes centralis, in pileum expansum, distincte marginatum infundibuliformem l. demum depressum diffusus. Plicae decurrentes.

*Subtrib.* 1. AGARICINI. Plicae prominentes, lamellosae, disfinctae, contiguae, dichotomae, numquam rugoso-implexae, decurrentes. Pileus subcarnosus. Stipes solidus aut fistulosus.

1. *C. umbonatus Fr.* Pileo subcarnoso, convexo, dein depresso, umbonato, plicis confertis, latiusculis, candidis; stipite farcto, elastico, basi villoso.

C. UMBONATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 317. — MERULIUS UMBONATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 491. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 14. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 234.

Gregarius l. basi connatus. Pileus e cinereo coeruleoque nigricans, initio subconvexus, postremo subinfundibuliformis, sub lente villosus, 1 — 1¼′ lat. Stipes pileo parum dilutior, 2½ — 3′ long.

Inter muscos humidos pinetorum haud frequens. Aug. Septemb.

2. *C. parilis Weinm.* Pileo tenui, infundibuliformi, membranaceo, repando, glabro, albido, subzonato, plicis dichotomis stipiteque solido albis.

Digitized by Google

C. Prescotii Weinm. *in Flora an.* 1832. *Nro.* 29. *p.* 452. Agaricus parilis Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 168. — *Observ. myc.* 2. *p.* 214. — Agaricus expallens *parilis* Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 81. — Agaricus *cimicarius* Pers. *ib. p.* 86. *tab.* 26 *fig.* 7. *etiam non obstat!* — Agaricus obliquus Pers.? Lasch *in Linnaea. an.* 1828. *fasc.* 4. *p.* 394. — Fr. *in Linnaea. an.* 1830. *fasc.* 5. *p.* 708.

Solitarius v. gregarius, subtenax. Stipes uncialis et ultra, in minoribus teres, in majoribus saepe compressus, apice subinde lutescens. Pileus 3 — 6″ lat., plerumque infundibuliformis, repando-laceratus, albo-lutescenteque pallide zonatus. Plicae 2 — 4-dichotomae.

Hab. in pratis siccis muscosis. Sept. Octob.

3. *C. aurantiacus Fr. a.* Pileo carnoso, convexo, dein subdepresso, tomentoso, regulari l. margine undulato, involuto stipiteque farcto, subincurvo aurantio-ochraceis; plicis confertis, repetito-dichotomis, aurantiacis.

C. aurantiacus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 318. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 49. — Lenz *Abbild. p.* 60. — Merulius aurantiacus Pers. *Syn. Fung. p.* 488. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 12. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 233. Nees. *Syst. tab.* 31. *fig.* 233.

Subgregarius. Pileus initio convexus, dein depressus l. infundibuliformis, 2 — 3′ lat., saepe excentricus, undulatus. Plicae jun. subtumidae, dein plus minus lamellaeformes, confertae. Stipes longitudine varius, 1 — 3″ cras., demum cavus.

Digitized by Google

b. Stipite putredine nigrescente. Antecedente subinde major. Pileum semel 4′ vidi. Stipes 3′ et ultra long., 2 — 3″ cras., extus fusco-nigricans, intus niveus.

Agaricus cantharelloides Bull. *Champ. tab.* 505. *fig.* 2. — Merulius nigripes Pers. *Syn. Fung. p.* 489. *Mycol. europ.* 2. *p.* 12. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 129.

c. pileo aurantio-ochraceo; lamellis albis.

d. pileo lamellisque albis.

In pinetis, locis graminosis, muscosis passim; b: in pinetis humidis raro. Aestate, autum.

4. *C. cibarius Fr.* Pileo carnoso, hemisphaerico, dein plano, demum infundibuliformi, undulato-repando, vitellino, glabro; plicis tumidis, repetito-furcatis, stipite solido, deorsum attenuato.

C. cibarius Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 318. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 50. — Agaricus Cantharellus Linn. *suec. nro.* 1207. — Gort. *Fl. ing. p.* 179. — Vaill. *par. tab.* 11. *fig.* 14. 15. — Bull. *Champ. tab.* 62. *et tab.* 505. *fig.* 1. — Fl. Dan. *tab.* 264. — Bolt. *Fung. tab.* 62. — Merulius Cantharellus Pers. *Syn. Fung. p.* 488. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 11. — Nees *Syst. tab.* 31. *fig.* 234. — Lenz *Abbild. p.* 59. *tab.* 6. *fig.* 27. — Trattin. *Fung. aust. fasc.* 3. *tab.* 8. *fig.* 15. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 128. — Schaeff. *tab.* 82. — Mart. *Fl. mosq. p.* 241. — Sobol. *Fl. pet. p.* 305. — Friebe *oeconom. techn. Fl. p.* 304.

Subcompactus, sapor mitis, odor gratus. Pileus ½ — 4′ lat., forma varius, margine involuto. Plicae crassae, subdistantes. Stipes more pilei varians.

Hab. in sylvis variis ubique. Prope Mosquam (Martius). In Livonia (Friebe). Aestate, autum.

5. *C. tubaeformis Fr.* Pileo leviter carnoso, depresso umbilicato, fuscescente-lutescente, ruguloso, squamoso; plicis strictis, distantibus, dichotomis, cinereo-flavescentibus; stipite cavo, sursum attenuato, flavo.

C. tubaeformis Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 319. (*excluso Merulio villoso Pers.*). — *Elench. Fung.* 1. *p.* 50. — Vaill. *par. tab.* 11. *fig.* 9. 10. — Helvella tubaeformis Bull. *Champ. tab.* 461. — Peziza undulata Bolt. *Fung. tab.* 105. *fig.* 2. — Merulius tubaeformis Pers. *Syn. Fung. p.* 489. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 17. (*exclusis* M. lutescente *et* sinuoso *atque Syn.* Schaeff. *et* Sowerb.). — Merulius villosus * *dilatatus* Pers. *ib. p.* 19. — Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 97. — A. degener Sobol. *Fl. pet. p.* 293. (*excluso synon.* Schaeff.).

Gregarius, imo ad basin cohaerens. Pileus ½—1½′ lat., adultior infundibuliformis, margine undulatus. Plicae initio flavae, dein cinereo-flavescentes. Stipes 2 — 3′ long., interdum valde compressus, semper flavus.

In sylvis mixtis inter muscos ad terram. Aug. Sept.

*Subtrib.* 2. Phlebini. Hymenium primitus laeviusculum, mox rugosum, demum plicis rugaeformibus, implexis, vagis rugosum. Pileus submembranaceus, undulatus, ad basin pervius, nisi stipes floccis farctus.

6. *C. lutescens Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo, demum infundibuliformi, fusco-lutescente, venis decur-

Digitized by Google

rentibus, implexis, flexuosis, luteo-cinereis; stipite cavo, inaequali, luteo.

C. LUTESCENS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 320. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 50. — ELVELLA TUBAEFORMIS SCHAEFF. *tab.* 157. HELVELLA CANTHARELLOIDES BULL. *Champ. tab.* 473. *fig.* 3. — MERULIUS LUTESCENS PERS. *Syn. Fung.* *p.* 489. — MERULIUS VILLOSUS PERS. *Icon. et descript.* *fasc.* 1. *p.* 14. *tab.* 6. *fig.* 1. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 18. (*excluso* MERULIO DILATATO). (*De ceteris synon.* PERS. *vide* FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 51.). — MERUL. LUTESCENS ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 234. — FL. DAN. *tab.* 1617.

Gregarius l. caespitosus, Pileus demum expallens, aut floccoso-fibrillosus, aut fere glaber, 1 — 3′ lat. Stipes plerumque deorsum attenuatus (etiam ut antecedentem compressum vidi), 1½ — 2′ et ultra long. Odor satis gratus.

In sylvis humidis muscosis prope Gatschinam, Koirowam. Jul. — Sept.

7. *C. cornucopioides Fr.* Pileo membranaceo, tubaeformi; undulato lobatoque, margine reflexo, squamuloso, umbrino-nigro; rugis obsoletis; stipite elastico, nigricante.

C. CORNUCOPIOIDES FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 321. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 52. — VAILL. *par. tab.* 13. *fig.* 2. 3. — MICH. *gen. tab.* 82. *fig.* 5. 6. — PEZIZA CORNUCOPIOIDES LINN. *Spec. plant.* — FL. DAN. *tab.* 384. *et tab.* 1260 *eximie!* — BOLT. *Fung. tab.* 103. — HELVELLA CORNUCOPIOIDES SCHAEFF. *tab.* 165. 166. — BULL. *Champ. tab.* 150 *et tab.* 408. *fig.* 3. — MERUL. COR-



Digitized by Google

NUCOPIOIDES PERS. *Syn. Fung.* p. 491. — MART. *Fl. mosq.* p. 241. — SOBOL. *Fl. pet.* p. 304. (*excluso syn.* BOLT.). — CRATERELLUS CORNUCOPIOIDES PERS. *Mycol. europ.* 2. p. 5.

Gregarius l. caespitosus. Pileus mox integer, mox varie formatus, humidus umbrino-l. obscure coeruleo-niger, siccus expallens, 1 — 3′ et ultra lat., plerumque pervius. Hymenium in nostris semper caesium. Stipes elasticus.

In sylvis mixtis ad terram subhumosam. Aug. Sept. In Rossia minori. (DR. BONGARD).

*Trib. II.* APUS. Pileus sessilis, expansus, tenuis, submembranaceus, inaequalis.

8. *C. crispus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, subimbricato, subdifformi, villoso, rufescente, margine plicisque tumidis, dichotomis, crispis, albidis.

C. CRISPUS FR. *Syst. myc.* 1. p. 323. — *Elench. Fung.* 1. p. 35. — FL. DAN. *tab.* 1739. — BUXB. *Cent* 5. p. 4. *tab.* 7. *fig.* 2. *rudis!* — MERULIUS CRISPUS PERS. *Icon. et descript. fasc.* 2. p. 32. *tab.* 8. *fig.* 7. *bene!* — *Syn. Fung.* p. 495. — *Mycol. europ.* 2. p. 23. — FR. *Observ. myc.* 2. p. 236. — DC. *Fl. fr.* 2. p. 43. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung.* p. 237.

Pileus plerumque fuscescens, raro albidus, apud nos semper sessilis et in statu adultiore saepe dilute virescens, ½—1¼′ lat., ceterum rarius solitarie crescens, sed plerumque congestus et subimbricatus.

Ad ramos et ramulos dejectos alneos et betulignos interdum copiose. Autumno.

Digitized by Google

9. *C. muscigenus Fr.* Pileo membranaceo, tenaci, pallescente-fusco, glabro; plicis tumidulis, divergentibus, postice confluentibus; stipite brevi, laterali, villoso.

C. MUSCIGENUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 323. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 55. — MERULIUS MUSCIGENUS PERS. *Syn. Fung.* *p.* 493. — NEES *Syst. tab.* 31. *fig.* 236. — MERUL. SEROTINUS PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 22. — AGARICUS MUSCIGENUS BULL. *Champ. tab.* 288. (*non bene convenit; sed optime repraesentat fungum nostrum tab.* 498. *fig.* 2. *E. sub nomine* HELVELLAE DIMIDIATAE). — MERULIUS DIMIDIATUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 305.

Pileus ¼ — ½′ lat., leviter zonatus, jun. albidus. Stipes (si adest) 1 — 2‴ long., in pileum diffusus.

Semel tantum legi hunc pulchellum fungillum in ramulis *Hypni triquetri* in humidis sylvaticis. Aug.

10. *C. retirugus Fr.* Pileo tenui, membranaceo, sessili, laevi, albido-cinereo, venis obscurioribus, reticulatis, teneris.

C. RETIRUGUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 324. — MERULIUS RETIRUGUS PERS. *Syn. Fung. p.* 494. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 21. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 131. — HELVELLA RETIRUGA BULL. *Champ. tab.* 498. *fig.* 1. *A. B. exacte!* MERUL. RETICULATUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 305.

Admodum tener, subrotundus, dein magis fissus, 2—4‴ lat., vertice adnatus.

Hab. Supra muscos et folia putrida peraro. Septemb. — In Russia minori. (DR. BONGARD).

11. *C. laevis Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, subsessili, plano, candido; venis obsoletis.

C. LAEVIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 324. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 65. — TELEPHORA MUSCIGENA PERS. *Syn. Fung. p.* 324. — TELEPHORA VULGARIS PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 115. *tab.* 7. *fig.* 6. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 105.

Subgregarius, 2 — 4‴ lat., subrotundus v. obovatus, vertice l. latere adnatus.

Ad surculos muscorum majorum hinc inde; semel ad terram nudam gregarie crescentem vidi, ubi plura individua substipitata fuerunt. Autum.

12. *C. bryophilus Fr.* Pileo tenui, membranaceo, candido, subtomentoso, vertice porrecto, stipitiformi; plicis divergentibus, distinctis.

C. BRYOPHILUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 325. — MERULIUS BRYOPHILUS PERS. *Syn. Fung. p.* 495. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 25. — NEES *Syst. tab.* 31. *fig.* 273. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 131. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 233.

Subgregarius, gracilis, junior subinde pezizaeformis, adultior 2 — 3‴ lat. Plicae e centro radiatae.

Hab. Ad muscorum surculos, praesertim ad surculos Bryorum parce. Exeunte Septemb.

Digitized by Google

## IV. SCHIZOPHYLLUM Fr.

*Agarici species* Linn. — *Merulii species* Gmel. Link. — *Schizophyllum* Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 103. *Syst. myc.* 1. *p.* 330. — *Syst. Orb. Veg.* 1. *p.* 79. — *Schizonia* Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 14. — *Scaphophorum* Ehrenb.

Pileus suberoso-coriaceus, dimidiatus, sessilis, margine involutus. Lamellae flabellatae, longitudinaliter bifidae, margine involutae.

1. *Sch. commune. Fr.*

Lineatim l. gregatim erumpit e rimis truncorum vetustorum Tiliae parvifoliae Hoffm. semel tantum in truncis vetustissimis Lonicerae tataricae crescentem vidi), unde plerumque imbricatum evadit. Pileus junior pezizaeformis, albidus l. albus, demum convexo-planiusculus, floccoso-coriaceus, tomentosus, margine crenulatus v. lobulatus, albido-griseus, jove pluvio obscurior, coelo sereno iterum albidus, $\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{4}'$ lat., in statu vetusto saepe lobatus. Lamellae eleganter involutae, villosae, strictae, proprie ramosae. Nunquam stipitatum vidi.

Schizophyllum commune Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 330. — *Observ. myc.* 1. *p.* 103. — Vaill. *par. tab.* 10. *fig.* 7. Buxb. *Cent.* 5. *p.* 4. *tab.* 7. *fig.* 1. — Agaricus alneus Linn. *suec. nro.* 1242. — Gort. *Fl. ing. p.* 184. Bull. *Champ. tab.* 346 *et tab.* 581. *fig.* 1. *eximie!* — Pers. *Syn. Fung. p.* 485. — Agaricus multifidus Batsch *tab.* 24. *fig.* 126. — Nees *Syst. tab.* 22.

Digitized by Google

*fig.* 181. — SCHIZONIA VULGARIS PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 14. — MERULIUS ALNEUS SOBOL. *Fl. pet.* *p.* 305. — SCAPHOPHORUM AGARICOIDES EHRENB. (*ex* FRIES *Syst. myc.* 1. *p.* 504.).

Autumno serotino in hyemem usque.

## Subordo II. POLYPOREI.

*Char.* Hymenium porosum v. sinuosum.

### V. BOLETUS Dill.

*Fungor. ord. IV.* VAILL. *par. p.* 58. — *Suillus* MICH. *gen. p.* 126. — *Boleti species* LINN. *gen. plant. p.* 492. — BATSCH *Elench. Fung. p.* 34. (*ex parte*). — VENT. *Tabl. du Regn. Veg. II. p.* 23. (*ex parte*). — BOLT. *Fung. I. p.* 4. (*ex parte*). — PERS. *Syn. Fung. p.* 503. *A.* — *Mycol. europ.* 2. *p.* 123. — BULL. *Champ. II.* 1. *p.* 315. (prem. *divis*). — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 113. (*quatrième sect.*) NEES *Syst. p.* 212. *A.* — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 385. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 125. — *Syst. Orb. Veg.* 1. *p.* 79. SPRENG. *Syst. Veg. IV. p.* 470. (*sectio* 1.).

Pileus carnosus, mollis, hemisphaericus, dein explanatus. Tubuli a pileo discreti, in stratum porosum connexi, intus ascigeri. Velum multis praesens.

Digitized by Google

A. CORTINARIA. Velum praesens, saepius fugacissimum. Tubuli lutei et ferruginei.

1. *B. luteus Linn.* Pileo compacto, convexo, flavescente, glutine fusco secedente oblinito; tubulis adnatis, rotundis l. ovoideis, luteis; stipite aequali, pallido, supra annulum membranaceum albo-lutescente, punctato-scabriusculo.

B. LUTEUS LINN. *suec. nro.* 1247. — BUXB. *Cent.* 5. *p.* 7. *tab.* 14. — FR. *Syst myc.* 1. *p.* 386. — *Observ. myc.* 1. *p.* 109. — 2. *p.* 242. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 125. — LENZ *Abbild. p.* 64. *tab.* 7. *fig.* 30. — SCHAEFF. *tab.* 114. — GORT. *Fl. ing. p.* 185. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 307. — PALL. *Russ. Reis.* 1. *p.* 44. B. ANNULATUS BULL. *Champ. tab.* 332. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 127. — BOLT. *Fung. tab.* 169. — FL. DAN. *tab.* 1135. — NEES *Syst. tab.* 26. *fig.* 204. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 125. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 503. — B. ANNULATUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 373. B. DECURRENS SCHUM. *ib. p.* 374 *et* B. ELEGANS *ib.*

Gregarius aut solitarius. Pileus coelo sereno subsiccus et plus minus lineolis obscurioribus ornatus. Caro pallide flava, immutabilis. Pori 4—5″ long., demum multo obscuriores. Stipes infra annulum fuscus aut fusco-luteus.

Hab. In pinetis, jove pluvio, frequens. Prope Murom (PALLAS). In Livonia (ego). *Ross.* Березовикъ.

2. *B. flavidus Fr.* Pileo subcompacto, molli, convexo, subviscoso, sordide flavo; tubulis subdecurrentibus, angulatis, flavis; stipite aequali, flavescente, laevi, annulato.

B. FLAVIDUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 387. — *Observ. mycol.* 1. *p.* 110. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 125. B. VELATUS PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 125. *tab.* 20. *fig.* 1—3.

Plerumque solitarius. Pileus tempestate pluviosa viscosus, coelo sereno siccus, glaber, subinde umbonatus et margine flexuosus, 2—3′ lat. Tubuli demum ferrugineo-flavi, 3 — 4″ et ultra longi, firmi. Stipes aut rectus aut curvatus. 2 — 3′ long., 2 — 4″ cras., utplurimum aequalis. Annulus fugax. Caro flavida, immutabilis. Glandulas in apice stipitis raro observavi.

Hab. In pinetis humidis haud frequens. Exeunte aestate, autum.

b. tubulis adnatis; velo viscoso, fugaci.

3. *B. granulatus Linn.* Pileo pulvinato, molli, flavo, convexo, demum planiusculo, glutine fusco secedente collinito; tubulis adnatis, primo minutis, subrotundis, dein angulatis, majusculis, luteis; stipite flavescente, subaequali, versus apicem punctato-scabro.

B. GRANULATUS LINN. *Spec. plant.* 2. *p.* 1647. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 387. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 126. — LENZ *Abbild. p.* 65. *tab.* 7. *fig.* 3. — LETELL. *Fasc.* 1. *tab.* 604. — B. CIRCINANS PERS. *Syn. Fung. p.* 387. *Mycol. europ.* 2. *p.* 126. — NEES *Syst. tab.* 26. *fig.* 205. — B. FLAVO-RUFUS SCHAEFF. *tab.* 123. — B. AUREUS *ib. tab.* 115 *et* B. FERRUGINEUS *ib. tab.* 126.

Gregarius. Pileus subinde margine flexus, 1½ — 3′ lat. (pluries 4 — 5′ vidi). Tubuli 3 — 4″ long., adultiores l. jove pluvio margine eleganter granulati l. guttati.

Digitized by Google

Stipes mox aequalis, mox sursum parum attenuatus, 1½ — 2½′ long., 3 — 4‴ cras. Caro luteo-alba, immutabilis.

In sylvis variis ericetosis inter muscos, tempestate pluviosa, frequens. Aestate, autum. In Livonia (ego). — Ab incolis avide investigatur. *Ross.* Масленникъ.

4. ***B. bovinus Linn.*** Pileo carnoso, convexo, demum plano, subviscoso, gilvo; tubulis adnatis, subdecurrentibus, compositis, angulatis, griseo-flavis, dein ferruginascentibus; stipite subaequali, laevi, pileo fere concolori.

B. bovinus Linn. *Suec. nro.* 1246. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 388. — *Observ. myc.* 1. *p.* 112. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 126. — Lenz *Abbild. p.* 76. *tab.* 9. *fig.* 38. — Gort. *Fl. ing. p.* 185. (*exclusis plurimis synonymis*). — Sobol. *Fl. pet. p.* 307. (*excluso synon.* Bull.). — Pall. *Russ. Reis.* 1. *p.* 44. — Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 127. *et* B. mitis *ib. p.* 129. — B. gregarius Fl. Dan. *tab.* 1018. — B. circinans Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 239.

Gregarius. Pileus humidus viscosus, coelo sereno siccus, 2—3′ lat., et in statu seniori cinereo-l. sordide-flavescens. Tubuli 2—3″ longi, e 3 — 4 minoribus compositi. Stipes 2 — 4′ long., ½—1′ cras. Caro pallida, immutabilis.

Hab. In pinetis parce. Aug. Prope Murom (Pallas). *Ross.* Боровикъ.

c. tubulis adnatis; velo fugacissimo, marginali.

5. ***B. piperatus Bull.*** Pileo carnoso, convexo, demum plano, glabro, flavo-gilvo; tubulis adnatis, demum de-

currentibus, cinnamomeo-ferrugineis; stipite laevi, intus basique flavissimo.

B. piperatus Bull. *Champ. tab.* 451. *fig.* 2. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 388. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 125. — Pers. *Syn. Fung. p.* 507. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 128. — Nees *Syst. tab.* 26. *fig.* 207. — Fl. Dan. *tab.* 1850. *fig.* 2. — B. ferruginatus Batsch *Elench. Fung. tab.* 25. *fig.* 128. *a — c.* — B. ferrugineus Sobol. *Fl. pet. p.* 308. — Mart. *Fl. mosq. p.* 242. (*excluso synon. Fl. Dan.*).

Subsolitarius. Pileus subinde excentricus, tempore pluvioso viscosus, $1\frac{1}{2}$ — 3′ lat. Tubuli angulati, $1\frac{1}{2}$ — 2″ long. Stipes 1 — 2′ long., 1—4″ cras., nunc aequalis, nunc sursum parum attenuatus. Caro dilute flava, immutabilis. Sapor acris.

In sylvis variis et in ericetosis frequens. Aug. Sept. Prope Mosquam (Martius). In Livonia (ego). *Ross.* Козлякъ.

6. *B. variegatus Sw.* Pileo carnoso, pulvinato, plano-convexo, flavo, pilis fasciculatis, subnigricantibus, adpressis obsito; tubulis adnatis, rotundis, minutis, ore inaequalibus, ferrugineis; stipite pileo concolori, subaequali, glabro.

B. variegatus Sw. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 388. — *Observ. myc.* 1. *p.* 117. — Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 129. — B. guttatus *ib.* — Lenz *Abbild. p.* 77. *tab.* 9. *fig.* 39. — Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 126. — B. reticulatus *β.* Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 540.

Digitized by Google

Gregarius. Pileus tempestate pluviosa subviscosus, ceterum siccus, junior cortinatus, adultior plus minus explanatus, 3 — 5′ et saepe ultra lat., subcinereo-flavus. Tubuli jun. vix conspicui, demum paulo majores 2 — 4″ long. Stipes 2 — 4′ long., ½ — ¾′ cras., adultior subinde fuscescens. Caro pallide flava, fracta plus minus coerulescit.

Hab. In sylvis acerosis siccioribus passim, (sed non quovis anno). Aest. autum. *Ross.* Моховикъ полевой.

7. *B. subtomentosus Linn.* Pileo pulvinato, convexo, demum explanato, subtomentoso; tubulis adnatis, inaequalibus, magnis, angulatis, luteis; stipite sursum attenuato, lutescente, deorsum paulo incrassato, rufescente, firmo, glabro.

B. subtomentosus Linn. *Suec. nro.* 1251. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 390. — *Observ. mycol.* 1. *p.* 113. — Nees *Syst. tab.* 26. *fig.* 206. — Lenz *Abbild. p.* 76. *tab.* 9. *fig.* 36. 37. — Pers. *Syn. Fung. p.* 506. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 138. — B. cupreus Schaeff. *tab.* 133 *et* B. crassipes *ib. tab.* 112. — B. communis Bull. *Champ. tab.* 393. — B. chrysenteron Bull. *l. c. tab.* 490. — B. bovinus Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 376. — Fl. Dan. *tab.* 1074. — Bolt. *Fung. tab.* 84. (*fig. media*) (Boletus luteus). — Mart. *Fl. mosq. p.* 212.

Gregarius, imo connato-caespitosus. Pileus tactu coriaceo-mollis, olivaceus, flavus, fuscus, fusco-vaccinus, tempore pluvioso saepe valde rimosus, inaequaliter expansus, 2 — 3′ lat. Tubuli initio albidi, dein lutei,

2—3″ longi. Stipes 2—3′ long., ½ — 1′ cras. Caro flava, fracta coerulescit.

Hab. In sylvis et fruticetis passim. Prope Mosquam (Martius) In Livonia (ego). *Ross.* Моховикъ.

8. *B. calopus Fr.* Pileo carnoso, pulvinato, demum subplano, olivaceo; tubulis emarginatis, adnatis, inaequalibus, angulatis, flavis; stipite albido-rubro, reticulato, subaequali.

B. calopus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 390. — *Observ. myc.* 1. *p.* 119. — Pers. *Syn. Fung. p.* 513. — Nees *Syst. tab.* 26. *fig.* 208. — B. terreus Schaeff. *tab.* 315. — B. subtomentosus * *calopus* Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 139.

Gregarius. Pileus 2′ et ultra lat. (3 — 6′ fr. l. c.). Tubuli demum coerulei. Stipes 3 — 5′ long., subteres.

In Rossia minori observavit Dr. Bongard. Aestate, autum. *Ross.* Моховикъ.

d. tubulis subliberis (a stipite discretis); velo obsoleto.

9. *B. pachypus Fr.* Pileo pulvinato, alutaceo l. olivaceo-fuscescente; poris demum flavis carneque subcoerulescentibus; stipite reticulato flavo rubroque, vario, basi bulboso. Fr.

B. pachypus Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 118. — *Syst. myc.* 1. *p.* 390. — Mich. *gen. tab.* 69. *fig.* 2.

Pileus 5 — 8′ lat., compactus, subtomentosus, demum glaber, margine subinvoluto, mox patente, obtuso.

Digitized by Google

Tubuli mediocres, acuti, jun. albidi, tacti coerulescentes. Caro albida, parum coerulescens. Stipes ovato-bulbosus, 1 — 2′ (sed subinde 2 — 5′ *Fr.*) longus, apice angustatus. *Fr.*

In Rossia minori; Dr. Bongard.

10. *B. luridus Schaeff.* Pileo pulvinato, convexo, fusco-olivaceo, subtomentoso, dein subviscoso, subfuligineo; tubulis liberis rotundis, aequalibus, luteis, ore minutis rubrisque; stipite inaequali, crasso, reticulato, rubro.

B. luridus Schaeff. *tab.* 107. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 391. — Pers. *Syn. Fung. p.* 512. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 132. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 241. — Trattin. *Fung. aust. tab.* 9. *fig.* 17. *eximie!* — Fl. Dan. *tab.* 1962. — Lenz *Abbild. p.* 72. — B. rubeolarius Bull. *Champ. tab.* 100. *et tab.* 490. *fig.* 1. — B. nigrescens Pall. *Russ. Reis.* 1. *p.* 31. — B. tuberosus Sobol. *Fl. pet. p.* 308. — Buxb. *Cent.* 5. *p.* 7. *tab.* 13.

Gregarius. Pileus succosus, 3 — 5′ lat. Tubuli 3 — 8″ long. Stipes 2½ — 5′ long., ¾ — 1′ cras. Caro pallide lutea, cito coerulescens.

Hab. In sylvis variis passim. Aestate, autum. *Ross.* Синякъ l. Подосиновикъ.

11. *B. edulis Bull.* Pileo compacto, pulvinato, hemisphaerico, dein dilatato, colore vario, glabro; tubulis primo albis, dein luteis, minutis, subrotundis; stipite vario, reticulato.

Digitized by Google

B. EDULIS BULL. *Champ. p. tab.* 60 *et tab.* 494. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 392. — LENZ *Abbild. p.* 74. *tab.* 8. *fig.* 34. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 124. (*exclusis synon.* LINN., BOLT. *et nonnullis* SCHAEFF.). — PERS. *Syn. Fung. p.* 510. — TRATTIN. *Fung. aust. tab.* 17. *fig.* 34. — B. CRASSIPES SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 378. — B. ESCULENTUS PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 131. — B. DULCIS *ib. p.* 135. — LETELL. *Fasc.* 2. *tab.* 614, *et* B. UMBRINUS PERS. *l. c. p.* 140. — B. EDULIS MART. *Fl. mosq. p.* 242. — GORT. *Fl. ing. p.* 185. (*synonymon* BUXB. *apud* B. BOVINUM). — BUXB. *Cent.* 5. *p.* 7. *tab* 12. — B. MUTABILIS SOBOL. *Fl. pet. p.* 307. — B. BULBOSUS SCHAEFF. *tab.* 134. 135. — AMMAN *in comment. petrop. Tom.* 11. *p.* 304. *tab.* 6. (De fungo insolitae magnitudinis observatio).

Totus fungus plerumque valde compactus et rigidus, tamen fragilis. Pileus mox 1½′, mox 4—6′ lat., albidus, badius vaccinus, fuligineus. Tubuli primo farcti, albi, dein lutei, convexi, 2—5″ longi. Stipes superne parum reticulatus, nunc valde cras., ovato-oblongus, 1—3′, nunc subaequalis, 4 — 6′ long., ½′ cras.

Hab. In sylvis, fruticetis, locis graminosis uberrime. Prope Mosquam (MARTIUS). In Livonia (ego). *Ross.* Бѣлой грибъ.

B. DERMINUS. Vellum praesens, fugax. Stipes solidus, squamosus. Tubuli albi, demum sporidiis obscure ferrugineis colorati.

12. *B. scaber Bull.* Pileo compacto, pulvinato, hemisphaerico, glabro, varie colorato; tubulis liberis, albis,

Digitized by Google

demum sordidis; stipite tereti, sursum attenuato, albo, squamulis nigricantibus vestito.

B. scaber Bull. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 394. — Buxb. *Cent.* 5. *p.* 6. *tab.* 11. — Gort. *Fl. ing. p.* 186 (*Synonymon* Buxb.). — B. viscidus Linn. *suec. nro.* 1248. Sobol. *Fl. pet. p.* 307. — Pers. *Syn. Fung. p.* 505. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 146. — Lenz *Abbild. p.* 66. *tab.* 8. *fig.* 32.

Utplurimum solitarius. Pileus humidus viscosus, subinde squamulosus atque rimosus, 2 — 5′ lat. Tubuli facile secedentes, 4 — 12″ long. Stipes 3 — 6′ long., ad basin saepe 8 — 12″ cras., strictus, albus.

a. candidus. — Boletus niveus Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 111.

b. aurantiacus. — B. aurantiacus Bull. *Champ. tab.* 236. — Pers. *Syn. Fung. p.* 504. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 147.

c. pileo squamulisque cinnabarinis. — Mich. *gen. p.* 128. *nro.* 16.

d. pileo subrufo, squamulis nigris. — B. rufus Schaeff. *tab.* 103.

e. pileo subfuligineo, squamulis nigris. B. scaber Bull. *Champ. tab.* 132. *et tab.* 489. — Fl. Dan. *tab.* 833. *fig. infra.* — B. bovinus Schaeff. *tab.* 104.

Hab. In sylvis, fruticetis, ericetis, pascuis frequentissime. Aestate, autum. *Rossice*: Березовой; b: Осиновикъ.

Digitized by Google

C. HYPORHODIUS. Velum nullum. Stipes solidus, subreticulatus. Tubuli albidi, dein sporidiis roseis incarnati.

13. *B felleus Fr.* Pileo pulvinato, convexo glabro, fulvo; tubulis subadnatis, incarnatis, angulatis; stipite sordide albido-flavescente, sursum attenuato, reticulato.

B. FELLEUS FR. *b. Syst. myc.* 1. *p.* 394. — B. FELLEUS BULL. *Champ. tab.* 379. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 125.

Solitarius. Pileus 3 — 5′ lat., adultior planus, siccus et subinde subrimosus. Tubuli albi, dein incarnati, facile secedentes. Stipes 2½′ long., ⅝ cras., basin versus incrassatus, intus margine saepe virescens. Caro alba, demum incarnata.

In pinetis Rossiae minoris observavit DR. BONGARD. Septemb.

D. LEUCOSPORUS. Velum nullum. Stipes cavus, medulla spongiosa repletus. Tubuli albi l. citrini, sporidiis albis.

14. *B. cyanescens. Fr.* Pileo compacto, subtomentoso; tubulis liberis, rotundis, aequalibus; stipite farcto, laevi, ventricoso.

B. CYANESCENS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 395. — *Observ. myc.* 1. *p.* 126. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 128. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 135. — BULL. *Champ. tab.* 369. DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 125. — B. CONSTRICTUS PERS. *Syn. Fung. p.* 508. — B. AMARUS PERS. *ib. p.* 511.

Pileus rigidus, 2 — 5′ lat., colore varius. Tubuli breves, albi l. citrini. Stipes villoso-pruinosus, fragilis, deor-

Digitized by Google

sum incrassatus, ventricosus, albus, subinde flavescens, 1½—2½′ long. Caro albida, fracta mox coerulescens, compressa succum coeruleum fundens. Fr.

*β. fulvidus Fr.* — B. TESTACEUS PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 137.

Pileus carnosus, convexus, fulvo-umbrinus, siccus, leviter tomentosus, 3′ lat. Caro candida, immutabilis, firma. Tubuli candidi, liberi, facile secedentes, subaequales, 2″ long. Stipes fere vitellinus, teres, glaber, strictus, apice dilutior et albidus, 2—2½′ long., 1′ cras. Sapor gratus. *Bong.*

Utramque var. in sylvis mixtis Rossiae minoris observavit DR. BONGARD. Aug. Septemb.

---

## VI. POLYPORUS Mich.

MICH. *gen. Ordo II. IV. V et Polypori p.* 118 *et* 129. — *Boleti species* LINN. *gen. plant. p.* 492. — BATSCH *Elench. Fung. p.* 34 (ex parte). — VENT. *Tabl. du Regn. Végét. II. p.* 23 (exclusis specieb. Suillor.). — BOLT. *Fung. I. p.* 4. (ex parte). — PERS. *Syn. Fung. p.* 503. *B. p.* 514. — BULL. *Champ. II.* 1. *p.* 331 (deuxième divis.). — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 113 (exclusis prem. et quat. sect. et inter has iterum excluso *B. betulino*). — NEES *Syst. p.* 217. (*B. concreti.*) — SPRENG. *Syst. Veg. IV. p.* 470.



Digitized by Google

(*sectio* 2. *concreti. p.* 472.) — *Polypori species Fr. Syst. myc.* 1. *p.* 341. — *Observ. mycol.* 1. *p.* 121. — *Syst. Orb. Veg.* 1. *p.* 79. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 72. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 35.

Hymenium cum pilei substantia homogeneum et concretum, poris subrotundis pertusum, dissepimentis tenuibus, simplicibus, ascigeris. Asci tenues, sporidiis exiguis. Pileus carnoso-lentus l. suberosus, subsessilis, passim stipatus. Substantia floccoso-sicca. Velum plane nullum.

A. FAVOLOIDEI. Pori ampli, 4—6-goni, favum immitantes.

1. *P. squamosus Fr.* Pileo carnoso-suberoso, ochraceo, convexo l. flexuoso, squamis nigrescentibus obsesso; poris magnis, pallidis, flexuosis, subdentatis; stipite sublaterali, spongioso, basi nigrescente.

P. SQUAMOSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 343. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 73. — BOLETUS SQUAMOSUS SCHAEFF. *tab.* 101. 102. — BOLT. *Fung. tab.* 77. — FL. DAN. *tab.* 1196. SOBOL. *fl. pet. p.* 309 (*exclusa tab.* BULL.). — LENZ *Abbild. p* 84. — B. JUGLANDIS BULL. *Champ. tab.* 19 *et* B. POLYMORPHUS BULL. *l. c. tab.* 114. — B. PLATYPORUS PERS. *Syn. Fung. p.* 521. — POLYPORUS JUGLANDIS *et* FLABELLIFORMIS *cum* * *tigrino et var.* PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 38. 53. 54 *et* 212.

Solitarius et confertus. Pileus nunc centralis, nunc lateralis, semper sordide ochraceus, 3—6′′ lat. Pori adultiores flavi v. sordide flavi. Stipes ½—1′ long.

Digitized by Google

Ad truncos varios frondosos, praeprimis salicinos hinc inde. Aestate, autum.

B. MICROPORI. Pori minuti, subrotundi.

Trib. I. MESOPUS. Stipes solidus, firmus, cum pileo contiguus, *perpendicularis*. Pileus lentus, plus minus depressus, centralis l. excentricus, non ramosus, multiplex. Pori cum stipite contigui, tenues.

a. Subcarnosi, sed demum plerumque valde lenti evadunt; tamen substantia et sporidiis albis distinguuntur. Edules.

2. *P. subsquamosus Fr.* var. minor. Pileo carnoso-lento, convexo, albido, dein lutescente-fuscescente, rimoso-squamoso; poris rotundis, niveis, exiguis; stipite aequali, tereti, pileo concolori et rimoso-squamuloso, centrali.

P. SUBSQUAMOSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 345.

Subgregarius. Pileus jun. tomento tenui, gracili vestitus, dein rimoso-squamosus, ½—¾′ lat. Pori nudo oculo vix visibiles, semper nivei. Stipes firmus, solidus, 1—1¼′ long., 3—4″ cras. *Bong.*

In trunco vetusto putrescente *Betulae albae* prope Petropolim pauca exempla legit et descripsit DR. BONGARD. (Vidi icon. bon.).

3. *P. ovinus Fr.* var. irregularis. Pileo carnoso, convexo, plano, fragili, albido; poris minutis, subrotundis, albo-citrinis; stipite inaequali.

Digitized by Google

P. ovinus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 345.

Exemplaria, quae an. 1833 legi, valde irregularia et satis fragilia fuerunt. Pileus 6—8′ lat., repandus, lobatus, sordide albus, tempore pluvioso subsquamulosus, ceterum glaber. Pori (in locis regularibus) minuti, subrotundi, reliqui varie formati. Stipes 3—4′ long., 2—3′ cras., aut centralis aut excentricus, valde inaequalis. Odor saporque gratus.

In pinetis ad Ischoram, semel. Aestate.

4. ***P. melanopus* Fr. *a.*** Pileo tenui, lento, infundibuliformi, dilute fuligineo, glabro; poris albidis, minutis, rotundis; stipite inaequali, firmo, nigrescente.

P. melanopus Fr. a. *infundibulum. Syst. myc.* 1. *p.* 347. — P. melanopus *β. infundibuliformis* Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 43. — Boletus infundibuliformis Pers. *Syn. Fung. p.* 516 *exacte!*

Gregarius. Pileus 2—3′ lat., l. demum 2—2½′ altus. Stipes totus nigrescens, 1½—2′ long., 3—4″ cras., hinc inde constrictus.

Ad truncos salicinos prope Petropolim primo observavit Dr. Bongard; praeterlapsa aestate humida etiam in trunco emortuo betuligno ad Ischoram pulchra exempla legi. Aug. Sept.

***β. cyathoides* Fr. *l. c.*** Pileus umbilicatus, fuligineus, 1′ latus. Pori albi, minuti. Stipes elongatus, tenuis, niger.

Digitized by Google

Boletus infundibuliformis *β. melanopus* Pers. *Syn. Fung. p.* 517. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 242. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 42.

Ad ramulos dejectos semel. Autum.

5. *P. brumalis Fr.* Pileo carnoso, lento, planiusculo, dein centro depresso, villoso, fuscescente l. fuligineo-expallente; poris subangulatis, denticulatis, albis; stipite hirsuto, firmo, pallido, aequali.

P. brumalis Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 348. *a. autumnalis.* — Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 42. — Elvella pileus Schaeff. *tab.* 281. — Boletus lacteus Batsch *Elench. Fung. tab.* 10. *fig.* 42. — Bolet. brumalis Pers. *Syn. Fung. p.* 517. — Fr. *Observ. myc.* 2. *p.* 255 (Polyporus brumalis). — Bol. trichocephalus Ehrenb. *Syl. mycol. Berol. p.* 31. — Bol. lacteus Sobol. *Fl. pet. p.* 308.

b. vernalis. — Boletus ciliatus Fl. Dan. *tab.* 1297 *bene!* — Fr. *l. c.* Boletus pictus Ehrenb. *l. c.*

Gregarius l. basi cohaerens, tenax, odore acidulo. Pileus respectu formae et coloris valde variabilis; junior subvillosus, adultior glabriusculus, 1—4′ lat. Pori initio candidi, ovales v. oblongi, dein pallide flavescentes. Stipes 1—2′ long., 1—3″ cras.

*β. incendiarius Bong.* Gregarius. Pileus convexus, centro depressus aut infundibuliformis aut excentricus, glaber, nitidus, carnoso-lentus, 1—4′ lat. Pori oblongi, irregulares, margine dentati, decurrentes, 1″ et ultra longi, majusculi. Stipes strictus l. paulo cur-

vatus, firmus, 1—2½′ long., 2—4″ cras. Totus fungus albus. Sapor gratus. Edulis.

Hab. a. et b. ad truncos et ramulos dejectos autum et vere; *β*. post sylvarum incendia in truncis adustis terra tectis copiose in Rossia minori, teste Cl. Dr. Bongard; sed non quovis anno. Aestate, autum. (Vidi s. et icon.)

b. Coriacei l. suberosi, demum lignosi. Pileus infundibuliformis. Non cibarii.

6. ***P***. *perennis* ***Fr***. Pileo coriaceo, cyathiformi, demum planiusculo, velutino, zonato stipiteque cinnamomeis; poris subrotundis angulatisque, minutis, demum laceris, concoloribus.

P. perennis Fr. *Syst. myc.* 1. *p*. 350 — Pers. *Mycol. europ.* 2. *p*. 45. — Buxb. *Cent* 5. *p*. 8. *tab*. 15. *fig*. 1. — Boletus perennis Linn. *suec. nro*. 1245. — Fl. Dan. *tab*. 1075. *fig*. 2. — Pers. *Syn. Fung. p*. 518. — Nees. *Syst. tab*. 27. *fig*. 212. — Sobol. *Fl. pet. p*. 306. — Mart. *Fl. mosq. p*. 242. — Pall. *Russ. Reis*. 1. *p*. 45. — Bol. coriaceus Schaeff. *tab*. 125. — Bull. *Champ. tab*. 28. *et tab*. 449. *fig*. 2. — DC. *Fl. fr*. 2. *p*. 122. — Bol. subtomentosus Bolt. *Fung. p*. 87. — Bol. leucoporus Nees. *Syst. tab*. 27. *fig*. 213. Bol. confluens Schum. *Fl. Saell*. 2. *p*. 378.

Gregarius l. basi cohaerens. Pileus tenuis, ½—1½′ et ultra lat. Pori jun. albido-cinnamomei, adultiores obscure cinnamomei, longiusculi lacerique. Stipes 1—1½′ long., plerumque basi plus minus incrassatus atque velutinus, 1—2″ cras.

Digitized by Google

b. fimbriatus *Roth*. Pileus initio planus, demum cyathiformis, margine lacerato-fimbriatus, 2—2½′ lat. Pori majusculi, oblongi, demum lacerati. Stipes basi cum aliis connatus, sursum attenuatus, 2—2½′ long. Totus fungus plus minus cinnamomeo-ferrugineus et tenax.

Boletus fimbriatus Bull. *Champ. tab.* 254 *exacte!* — Mich. *gen. tab.* 70. *fig.* 8 *bene!* — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 132.

Hab. ad terram arenosam et in truncis passim; b. semel in trunco betuligno putrido. Autum. — Prope Murom (Pallas).

7. ***P. tomentosus Fr.*** Pileo suberoso, subtenui, plano, demum depresso, azono, ferrugineo-fulvo stipiteque inaequali tomentosis; poris minutis, rotundis, aequalibus, albido-cinnamomeis.

P. tomentosus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 351.

Subimbricatus l. valde concrescens et irregularis. Pileus 1—1¼′ lat. Stipes mox aequalis, mox undique incrassatus, ½—1′ et parum ultra long. Substantia primo spongioso-mollis.

Semel tantum legi in pinetis ad terram prope Slavienkam. Sept.

Trib. II. PLEUROPUS. Stipes lateralis, simplex, subhorizontalis; reliqua ut in prioribus.

8. ***P. badius Pers.*** Pileo suberoso-lignoso, badio, disco nigrescente, glabro, lineolis innatis nigris ornato; poris

minutis, pallidis, uno latere in stipite decurrentibus; stipite laterali, brevi, nigrescente.

P. varius Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 352. a. — Buxb *Cent.* 5. *p.* 8. *tab.* 15. *fig.* 2. *bene!* — Boletus badius Pers. *Syn. Fung. p.* 523. — Bol. aurantius Schaeff. *tab.* 110 (*praesertim fig.* 2.). — Bol. elegans Bull. *Champ. tab.* 46. — Bol. perennis Batsch *tab.* 25. *fig.* 129.

b. Calceolus Bull. *Champ. tab.* 445. *fig.* 1. *bene!* — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 120. — Bolt. *tab.* 168.

*β.* numularius Bull. *Champ. tab.* 124. — Nees. *Syst. tab.* 27. *fig.* 214. — Boletus numularius et Sobol. *Fl. pet. p.* 306 et 309.

Substantia in fungo juniori mollis, in adulto dura et fere lignosa, alba. Pori curti, margine sub lente subtiliter denticulati. Stipes aut excentricus aut marginalis, rarius centralis, plerumque brevis, junior cinereo-nigrescens, adultior nigrescens.

Hab. a. et b. ad truncos vetustos semiemortuos haud frequens; *β.* ad ramulos dejectos semel. Per annum.

Trib. III. MERISMA. Stipes cum ramoso l. multiplici pileo confluens l. obsoletus. *Carnosa.*

9. ***P. sulphureus Fr.*** Multiplex, subsessilis; pileis latis, imbricatis, glabriusculis, flavo-rubellis; poris minutis, planis, sulphureis. Fr.

Digitized by Google

P. SULPHUREUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 357. — BUXB. *Cent.* 5. 1. *tab.* 1. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 49. (POLYPORUS CITRINUS). — BOLETUS CITRINUS PERS. *Syn. Fung. p.* 524. — NEES *Syst. tab.* 28. *fig.* 219. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 246. — BOLETUS CAUDICINUS SCHAEFF. *tab.* 131. 132. — FL. DAN. *tab.* 1019. — BOLET. TENAX BOLT. *Fung. tab.* 75. — BOLET. SULPHUREUS BULL. *Champ. tab.* 429.

Caespites 1—2-pedales et ultra, pileis imbricatis, undulatis lobatisque, spithameis, senio albescentibus. Substantia carnosa, nec coriacea, tenax. Fr. l. c. — Pori minuti, sulphurascentes aut ochracei, initio dilutiores. Substantia alba, exsiccata fragilis. Alb. et Schw. l. c.

Ad truncos quercinos in Rossia minori observavit DR. Bongard; inter Astrachan et Zarizin ad littora Wolgae in truncis Quercus vetustis, Beat. BUXBAUM.

Trib. IV. APUS. Pileus dimidiatus, sessilis, lateralis, horizontalis l. effuso-reflexus, marginatus, subtus porosus. *Varii lignatiles.*

A. AUTUMNALES. Contextus fibrosus, fibris divergentibus in poros subdiscretos porrectis.

10. ***P.*** *labyrinthicus* ***Fr.*** Pileo compacto, pulvinato, carnoso-spongioso, margine tenui, albo, rufo-fusco-strigoso; poris labyrinthiformibus, albis.

P. LABYRINTHICUS FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 83. — SCHW. *in Synopsi Fung. Amer. bor. med. p.* 155. — SYSTOTREMA SPONGIOSUM SCHWEIN. *Car. nro.* 950. (*ex* FR. *l. c.*)

(*sub nomine* Daedaleae rufae M. *an.* 1830. *in Sched. adnotavi*).

Pileus elasticus, tenax, 1½′ et ultra lat. Substantia 4—8″ crassa, alba. Pori 1″ et ultra longi, margine acuti, initio albi, sed tactu rufo-fusci, varie contorti.

Ad truncum pineum vetustum adhuc viventem an. 1830. in sylvis prope Gatschinam Sept. legi.

11. *P. spumeus Fr.* Pileo carnoso-spongioso, pulvinato, margine incurvato, obtuso, albido-pallescente, rugoso, adpresso-hirto; poris inaequalibus, sordide albis.

P. spumeus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 358. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 84. — Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 51. — Boletus pulvinatus Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 957. — Boletus suberosus Wahlenb. Fl. *upsal. p.* 457.

Pileus jun. eximie mollis, adultior firmior, 2—4′ lat., subgibbosus. Substantia ½—1′ crassa. Pori 2″ et parum ultra longi, adultiores subrotundi oblongive atque subangulati.

Hab. ad truncos arborum frondosarum raro. Autum.

B. Annui. Contextus parallele-fibrosus aut floccosus, albus. Pori similares, simplices (h. e. haud stratosi).

1. Carnosi. Fibrosi, poris albis.

12. *P. borealis Fr.* Pileo fibroso-suberoso, convexo, margine acuto, albo, subvilloso strigosoque, molli; poris inaequalibus albis, demum fulventibus.

Digitized by Google

P. BOREALIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 366. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 85. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 67. — BOLETUS BOREALIS WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 956.

Solitarius, imbricatus, imo concrescens. Pileus 2—2½′ lat., margine valde tenuis et deflexus. Pori 2—3″ longi, subrotundi, sinuosi et lacerati, albi.

*β. montanus Fr. l. c.* Pileo carnoso, margine obtuso, hirto; poris flexuosis, obtusis, integris.

*γ. spathulatus Fr. l. c.* Pileo subcarnoso, tenui, margine acuto, spathulato, in stipitem brevem, lateralem, villosum porrecto, poris tenuibus, laceris.

DAEDALEA GIBBOSA WAHLENB. *Fl. upsal. p.* 454.

Totus fungus 1—1½′ longus, superne 4—6″ lat. Ceterum pars spathularis superne l. uno latere strigoso-aspera, subrugosa, 2—3″ cras. Pori oblongi, versus stipitem brevem, albo-villosum lacerati.

*δ. nigrescens Weinm.* Pileo dimidiato, convexo-plano, margine tenui, acuto, albo-nigrescente, strigoso-hirsuto; poris cinereo-albidis, inaequalibus, acutis.

Pileus 2—3″ cras. et 1½′ lat. Substantia nivea, nitens, parallele-fibrillosa atque floccosa. Pori jun. albi, 1—1½″ longi.

Hab. *α*, *β* et *δ*: in sylvis montosis ad Tosnam et Dudrhow, ubi pluries legi; *γ*: in sylvis ad terram arenosam muscosam prope Pawlowsk. Autum.

13. *P. destructor Fr.* Pileo carnoso-fibroso, rugoso-undato, albido, glabro, inaequali; poris subrotundis obtusis integris lacerisve.

Digitized by Google

P. DESTRUCTOR FR. *Syst. mycol.* 1. *p.* 359. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 61. — BOLETUS DESTRUCTOR SCHRAD. PERS. *Syn. Fung. p.* 543. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 254.

Solitarius, imbricatus et ad basin plus minus effusus, 1½ — 2′ latus. Substantia alba, exsiccata fibratilis. Odorem gravem e longinquo spirat.

Semel tantum huc usque observavi in latere interiori trunci vetustissimi *Ulmi campestris* in horto imperiali Pawlowskensi per totum autumnum.

14. ***P. chioneus Fr.*** Pileo carnoso, molli, utrinque subconvexo, margine acuto, glabro, albo; poris rotundis, minutis, aequalibus, candidis.

P. CHIONEUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 359. — *Observ. myc.* 1. *p.* 125. *exacte*!

Solitarius, mollis. Pileus subtenuis, 1—2′ lat., utplurimum sessilis. Sapor substipticus. Pori 1—2″ longi, tenues.

Ad truncum vetustum *Betulae albae* semel. Ineunte Octob.

15. ***P. lacteus Fr.*** Pileo carnoso, pulvinato, convexo, laevi, pubescente porisque tenellis, flexuosis, inaequalibus, candidis.

P. LACTEUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 39.

Pileus ½—1′ lat., triqueter, mollis. Pori 2″ longi, valde subtiles.

Semel aliquot exempla ad truncum *Pini sylvestris* legi. Sept.

16. ***P. mollis Fr.*** Pileo carnoso, subtriquetro, irregulari, molli, glabro, incarnato; poris inaequalibus, margine dentatis, albis, dein incarnatis.

Digitized by Google

P. MOLLIS FR. *myc.* 1. *p.* 360. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 62. — BOLETUS MOLLIS PERS. *Syn. Fung. p.* 526. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 247. *a.* — DAEDALIA MOLLIS FR. *Observ. myc.* 1. *p.* 107. *exacte!* — POLYP. GELATINOSUS WEINM. *in Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 101. (*fungus junior!*).

Solitarius aut imbricato-confluens. Pileus ½—1′ lat., apud nos semper glaber, crassiusculus, jun. lilacinus, dein dilute incarnatus. Substantia pileo concolor, 4—6″ et ultra crassa. Pori 3—4″ longi, demum pileo concolores, alii rotundi, alii subdaedaleo-gyrosi.

Primum an. 1824. in trunco vetusto Betulae albae legi; deinde iterum an. 1833. in trunco abietino exemplaria completa cum junioribus mixta observavi, et statim fungum hunc, olim male a me cognitum, pro vero P. MOLLI agnovi. Aug. Sept.

17. *P. caesius Fr.* Pileo subtenui, varie formato, subsericeo, coerulescenti-albido, margine subobtuso; poris minutis, inaequalibus, albis.

P. CAESIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 360. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 63. — BOLETUS CAESIUS SCHRAD. PERS. *Syn. Fung. p.* 526. — SCHUM. *Saell.* 2. *p.* 389. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 247. — BOLETUS ALBIDUS SCHAEFF. *tab.* 124. (*noster fungus gracilior!*).

Plerumque gregarius. Pileus transversim compressus, ½—¾′ lat., disco convexus, raro effuso-reflexus, subinde triqueter. Pori utplurimum lacerati, tubuli longiusculi.

Hab. ad truncos et ramos crassiores Pinorum. Aug. Septemb.

Digitized by Google

2. Subcarnosi. Subfibrosi, poris coloratis.

18. ***P. dichrous* Fr.** Pileo carnoso-tenaci, planiusculo, margine acuto, sericeo, albo, basi plerumque effuso; poris parvis, rotundis, fusco cinnamomeis, margine albis.

P. DICHROUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 364. — *Elench Fung.* 1. *p.* 88. — *Observ. myc.* 1. *p.* 125. (*excluso synon.* BULL.).

Utplurimum subimbricato-confluens, basi saepe longe lateque effusus, truncos fere incrustans, molliusculus. Pileus ¼—1′ lat. Substantia alba. 1″ et parum ultra cras. Pori semper obtusi, brevissimi.

Ad truncos vetustos cariosos *Betulae albae*, parce. Autum.

19. ***P. amorphus* Fr.** Pileo tenui, carnoso-coriaceo, effuso-reflexo, undulato-flexo, sericeo-tomentoso, candido; poris primo albis, dein laete flavis, minutis, inaequalibus.

P. AMORPHUS FR. *syst. myc.* 1. *p.* 364. — *Observ. myc.* 1. *p.* 125. — P. IRREGULARIS PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 75. — P. AUREOLUS PERS. *ib. p.* 60. — BOLETUS ABIETINUS DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 40. — PORIA NITIDA. *b.* ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 258.

Mox arcte, mox remote imbricatus, forma valde varius et saepe valde effusus. Pileus vix 1′ latus, nunc leviter, nunc dense sericeo-tomentosus, candidus, subzonatus. Pori subinde dilute cinerei l. aureoli, et in hoc statu elegantes.

In rimis ad truncos vetustos, semiemortuos Pinorum frequens. Autum.

Digitized by Google

20. ***P.* *adustus* *Fr.*** Pileo tenui carnoso-coriaceo, tenaci, effuso-reflexo, margine acuto, villoso, pallido, subzonato; poris minutis, rotundis, primo albis, dein cinereo-nigrescentibus.

P. ADUSTUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 363. — PERS. *Mycol europ.* 2. *p.* 64. BOLETUS ADUSTUS WILLD. PERS. *Syn. Fung.* *p.* 529. (*exclusa β.*) — BOLT. FLABELLIFORMIS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 41. *fig.* 126. 127. — BOLET. PELLEPORUS BULL. *Champ. tab.* 501. *fig.* 2. *bene!* — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 115. — BOLET. CONCENTRICUS SCHUM. *Saell.* 2. *p.* 387. — PORIA ARGENTEA EHRENB. *sylv. myc. Berol.* *p.* 17. (*fungus jun.*).

Plerumque imbricatus, basi saepe late effusus. Pileus subtenuis, 1½—2′ lat., subzonatus, tenue tomentosus. Pori parvi, obtusi.

Hab. ad truncos varios. Autum.

21. ***P.* *Rosarum* *Weinm.*** Pileo carnoso-tenaci, convexo, margine obtuso, undulato, candide-tomentoso; poris inaequalibus, fuscescentibus, albo-pruinato-micantibus.

Arcte imbricatus, basi nunquam effusus, corpora vicina incrustans. Substantia candida, fibroso-floccosa, 1—2″ crassa. Pileus 1—1½′ lat. Pori curti, dissepimentis tenuissimis, fere arachnoideis spumaque candida paene obductis.

Ad truncum emortuum satis crassum *Rosae tomentosae Sm.* prope terram autumno serotino, an. 1833. in horto nostro observavi.

Digitized by Google

3. Suberosi. Floccosi, lignoso-suberosi, azoni.

22. ***P*, *betulinus Fr.*** Pileo carnoso-suberoso, pulvinato, subreniformi, firmo, glabro, fusco-rufescente, vertice obliquo brevissime stipitato; poris inaequalibus, acutis, albis.

P. BETULINUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 358 — ELENCH. *Fung.* 1. *p.* 89. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 50. — P. PULVINUS PERS. *ib. p.* 148. — BOLETUS SUBEROSUS LINN. *suec.* 2. *nro.* 1253. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 955. — B. BETULINUS BULL. *Champ.* 312. *bene!* — BOLT. *Fung. tab.* 159. *minus bene!* — PERS. *Syn. Fung. p.* 535. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 123. — *Schum. Fl. Saell.* 2. *p.* 388. — FL. DAN. *tab.* 1254. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 251.

Pileus eleganter pulvinatus, regularis, reniformis, 2—6′ lat., epidermide secedente tectus, nunc brevissime stipatus, nunc exacte sessilis, in statu juvenili albus. Substantia nivea, exsiccata valde firma. Tubuli 3—4″ et ultra longi.

Plerumque in medio truncorum *Betulae albae* passim. Julio Septemb.

23. ***P. serialis Fr.*** Pileo suberoso, effuso-reflexo, tenui, scrobiculato, testaceo, margine porisque inaequalibus, albis.

P. SERIALIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 370. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 92. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 75.

Longe lateque effusus, junior totus albus, subinde arcte imbricatus. Pileus ¼—¾′ lat., flexuosus, rugosus le-

Digitized by Google

viter strigosus. Substantia alba, floccosa, 1 — 2″ crassa. Pori in parte effusa rotundi, ovoidei l. oblongi, alii irregulares.

Ad truncos abiegnos et in lignis pineis fabrefactis haud frequens. Autum.

4. Coriacei. Floccosi, suberoso-coriacei, zonati.

24. *P. hirsutus Fr.* Pileo suberoso-coriaceo, strigoso-zonato, albido, margine obtuso; poris rotundis, obtusis, demum cinereo-albidis.

P. HIRSUTUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 367. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 93. (*excluso* B. NIGRO-MARGINATO, *qui propria spec. secund. L. v. S.*). — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 73. *a.* — BOL. HIRSUTULUS SOBOL. *Fl. pet. p.* 310.

Solitarius l. subimbricatus, utrinque subplanus, dense hirsuto-strigosus, zonis elevatis concoloribus, 1—2′ latus. Pori primo albi, obtusi, adultiores albido-cinerei, subinde lutescentes, acutiusculi. Tubuli 1″ et parum ultra longi.

b. gilvus. Pileus crassior ut in a, supra convexus l. inaequalis, margine valde obtusus, late zonatus, 1½—2′ latus, totus pilis rigidis, plus minus gilvis dense obductus. Pori semper obtusi, primo albi, demum dilute cinerei. Substantia nivea, ad basin fere ½′ crassa.

Hab. Ad truncos, apprime betulignos, haud frequens. Aest., Autum.

25. *P velutinus Fr.* Pileo suberoso-coriaceo, tenui, utrinque plano, velutino-molli, leviter zonato, albido, margine acuto; poris parvis, subrotundis, albis.



Digitized by Google

P. VELUTINUS FR. *Syst myc.* 1. *p.* 368. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 94. — P. HIRSUTUS * PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 73. — BOLETUS VELUTINUS PERS. *Syn. Fung. p.* 539.

Antecedente multo tenuior, siccus, 2—3′ lat.; zoni plani, parum obscuriores. Tubuli 1″ longi, margine acuti.

Hab. In truncis ad Caucasum. (Vidi s. in herbario Acad. Scient. Petrop.).

26. ***P zonatus Fr.*** Pileo suberoso-coriaceo, subzonato, subconvexo, villoso, griseo, margine albo, basi tuberculoso; poris parvis, subangulatis, albidis.

P. ZONATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 368. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 94. — P. ANGULATUS PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 72. (*excluso* P. PLACENTA). — P. LEUCOLOMA PERS. *ib. p.* 65. P. VERSICOLOR VAR. PERS. *ib. p.* 72. — BOLETUS ANGULATUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 388.

Imbricatus l. connato-imbricatus, submollis. Pileus 1½—2′ lat., margine subacuto. Substantia 2—3″ crassa, nivea. Tubuli 1 — 2″ longi.

b. pileo cinereo, margine lutescente.

Subimbricatus, suberoso-coriaceus, planus, villosus, disco cinereus, ceterum e cinereo et fuscescente pallide-zonatus, margine lutescente, 3 — 4′ lat. Pori subangulati, cinereo-albidi.

BOLETUS PLACENTA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 387. — POL. ZONATUS *b.* FR. *l. c.*

c. pileo ochraceo.

Subimbricatus, suberosus, antecedente crassior, subtomentosus, atque ochraceus, basi tuberculosus, 1 — 1½′. Pori albicantes, micantes.

Digitized by Google

Boletus ochraceus Pers. *Syn. Fung.* p. 539. — P. zonatus *d.* Fr. *l. c.*

Ad truncos varios passim; b: ad truncum vetustum *Pyri Aucupariae* semel; c: in trunco vetusto *Ulmi campestris* semel. Aest., autum.

27. **P.** *versicolor Fr.* Pileo tenui, subcoriaceo, undique planiusculo, coloribus variis zonato, villoso; poris rotundis, albis, nitidis.

P. versicolor Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 368. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 94. — Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 71. (*exclus. var.*). — Boletus versicolor Linn. *suec. nro.* 1254. — Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 958. — Pers. *Syn. Fung. p.* 540. — Bull. *Champ. tab.* 86. — Bolt. *Fung. tab.* 81. — Fl. Dan. *tab.* 1554. — B. atrorufus Schaeff. *tab.* 268. — Mart. *Fl. mosq. p.* 243. — Sobol. *Fl. pet. p.* 310.

Subimbricatus, tenuis. Pileus 1½ — 2½′ lat., reniformis l. spathulatus, integer v. margine plus minus lobulatus aut incisus, subinde margine albidus, junior velutinus, adultior saepe glabriusculus. Pori albi, demum albido-pallescentes, parvi. Substantia nivea. Tubuli vix 1″ longi.

b. pileo atro-coeruleo-zonato.

Pileus pertenuis, coriaceus, atro-coeruleo-zonatus, sericeo-villosus, 1½′ latus, undique planus, margine albus, basi porrectus. Pori rotundi, ovati l. angulati, albi, micantes. Tubuli breves. Fungus pulchellus!

c. pileo pallide ochraceo-zonato.

Subimbricatus, suberoso-coriaceus, subvillosus, 1 —

Digitized by Google

2′ lat., convexo-planus, junior pallide-v. albido-ochraceus, adultior ochraceus, zonis obscurioribus. Substantia candida, 1 — 2′′ crassa. Pori rotundi, parvi, micantes. Tubuli 1 — 2′′ longi.

Ad truncos varios putrescentes. Aug. — Octob. — In Provincia Ghilan (Herb. Acad. petrop.).

**28.** ***P. stereoides Fr.*** Pileo pertenui, coriaceo, plano, pubescente, zonato, zonis depressis concoloribus, obscure griseo; poris minutis, difformibus, albis.

P. STEREOIDES FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 369. — *Observ. myc.* 2. *p.* 258. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 74.

Imbricatus, reniformis, ½ — 1′ lat. Pori alii rotundi, alii obliqui, nunc breves, nunc longiusculi.

Ad truncum vetustum Pini Abietis semel tantum pauca exempla legi. Septemb.

**29.** ***P abietinus Fr.*** Pileo coriaceo, villoso, cinereo-albido, subzonato, margine acuto, deflexo; poris dentatis, angulatis, subviolaceis.

P. ABIETINUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 370. — *Elench. Fung.* *p.* 97. — P. DOLOSUS PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 77. et P. ABIETINUS *ib.* — BUXB. *Cent.* 5. *p.* 5. *tab.* 8. — BOLETUS ABIETINUS PERS. *Syn. Fung.* *p.* 541. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 40. — SISTOTREMA VIOLACEUM PERS. *Syn. Fung.* *p.* 551. BOLETUS INCARNATUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 391. — FL. DAN. *tab.* 1298. *bene!* — HYDNUM OBLIQUUM DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 36. ET HYDNUM? FIMBRIATUM *ib.* *p.* 37. — HYDNUM PARASITICUM LINN. SOBOL. FL. *pet.* *p.* 511.

Fungus respectu formae et coloris valde variabilis! — Mox solitarius, mox imbricatus, nunc pileatus, nunc totus effusus, margine tantum parum elevatus. Pileus valde tenuis, aut reniformis integer, aut dimidiatus, margine lobulatus, convexus l. planiusculus, vix ultra ½′ lat., initio albidus, dein cinereo-albidus, tum saepe virens aut olivascens. Pori primo angulati, dilute-violacei (etiam albido-pallescentes), dein purpurascentes, demum plus minus lacerati, expallentes.

Ad truncos vetustos abiegnos passim. Aug. — Octob.

C. Biennes. Contextus floccosus, coloratus. Pori non stratosi.

30. *P. cinnabarinus Fr.* Pileo convexo-plano, crassiusculo, pubescente, ruguloso, suberoso, zonato; poris majusculis, subinaequalibus, demum acutis, cinnabarinis.

P. cinnabarinus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 371. — Elench. *Fung.* 1. *p.* 99. — Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 76. — Boletus cinnabarinus Jacq. — Pers. *Syn. Fung.* *p.* 540. — Alb. et Schw. *Consp. Fung.* 251. — Bol. coccineus Bull. *Champ. tab.* 501. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 115.

Utplurimum solitarius, rarius subimbricatus, junior pulchre cinnabarinus, subpulvinatus, demum magis expansus, tenuior. Pileus ½—2½′ lat., adultior albido-v. lutescente-cinnabarino-variegatus atque pallide zonatus. Substantia pileo concolor aut dilutior, sericeo-floccosa. Pori utplurimum subrotundi, sed adsunt

Digitized by Google

etiam oblongi et subangulati. Tubuli versus pileum substantiae concolores, marginem versus vivide cinnabarini, 1 — 2‴ et ultra longi.

Hab. Ad truncos *Betulae* et *Sorbi*, sed parce. Autum.

31. *P. resinosus Fr.* Pileo carnoso-suberoso, dein lignoso-suberoso, rugoso-strigoso, subtomentoso, fusco-fuligineo, demum fusco-nigricante, margine undulato-crispato; poris minutis, obtusis, albido-pruinatis, dein subcinnamomeis.

P. resinosus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 361. — Elench. *Fung.* 1. *p.* 100. — Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 58. — Boletus fuscus Pers. *Syn. Fung. p.* 527. — Bol. velutinus Fl. Dan. *tab.* 1138. — Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 956. — Polyp. guttatus Weinm. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 101. (*Fungus junior*).

Insequenti proximus. Junior fusco-nigrescens l. fuscus, nigro-guttatus, ½′ et ultra cras. Pori brevissimi albi. Substantia aquose fusca, spongiosa, humida; adultior lineatim rugosus, sed non radiato-rugosus, scaber et facie tristis. Pileus 2 — 4′ latus, margine saepe imbricato-lobatus, deflexus l. margine incurvatus. Pori initio albidi, mox albido-grisei, dein fusco-cinnamomei, tum cinnamomeo-nigricantes. Tubuli varie longitudinis, unde pagina inferior inaequalis et scabriuscula evadit, intus fusco-glauci. Substantia dilute-fulva, 4 — 8‴ crassa, fasciculato-floccosa, versus marginem fere evanescens.

Primum an. 1824. jun. exempla ad truncum vetustum alneum legi; deinde iterum an. 1828. exemplaria completi-

Digitized by Google

sima ad truncum vetustum *Populi Tremulae* in horto nostro, autum. legi.

32. ***P.*** *benzoinus* ***Fr.*** Pileo convexo-planiusculo, radiatim atque longitudinaliter rugoso, suberoso-striguloso, inaequabili, subresinoso, fusco-umbrino, margine coerulescente-micante; poris exiguis, ferrugineo-umbrinis.

P. BENZOINUS FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 100. — SCHW. *Synops. Fung. Amer. bor. med. degent. p.* 157. — BOLETUS BENZOINUS WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 1076. (*inter Addenda*).

Memorabilis florae nostrae fungus, quem ante plures annos semel quidem, sed perfecte evolutis speciminibus legi et ob odorem gratum „Vanillae“, perperam pro Polyporo odorato habui. — Pileus satis durus, fere lignosus, semicircularis, 1½ — 3′ lat., valde gibbosus, veluti tomento tenui vestitus, sed tactu asperulus, jun. obscure ferrugineus, adultior fusco-umbrinus l. nigricans. Margo obscure coeruleo-zonatus, deflexus, crispatus. Substantia 2 — 4″ cras., dilute-fusca, marginem versus evanescens. Pori nudo oculo vix visibiles, tamen distincti, semper ferrugineo-umbrini mihi visi. Tubuli intus glauci, 2 — 3′ longi.

Ad truncum *Pini Abietis* desectum in pinetis umbrosissimis prope Slavienkam. Autumno serotino.

33. ***P.*** *cuticularis* ***Fr.*** Pileo suberoso-coriaceo, strigoso-subtomentoso, ferrugineo, margine griseo, pertenui; poris majusculis, inaequalibus, albido-griseis, demum griseo-ferrugineis, subnitidis.

Digitized by Google

P. CUTICULARIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 363. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 102. — P. CUTICULARIS *et* TRIQUETER PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 57. — BOLETUS CUTICULARIS BULL. *Champ. tab.* 462. *fig. A.* (*bene!*). — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 119. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 956.

Solitarius et subimbricatus, tenuis quidem, sed satis durus. Pileus utplurimum basin versus angustatus, triqueter, ferrugineus l. fulvo-ferrugineus, gibberosus, tomento subadpresso, demum subevanescente vestitus, margine albido-griseo, 1½ — 2′ latus. Substantia pileo fere concolor (in medio tamen adest linea firmior, magis compacta, obscurior atque nitida et tenuis), versus marginem evanescens, unde pileus in statu exsiccato fere semper valde incurvatus. Pori in prima infantia albi, mox grisei, v. albido-grisei, demum griseo-ferruginei, varie formati. Tubuli (in exemplaribus collectis) vix 1″ longi, intus substantiae concolores.

Ad truncum vetustum alneum pauca exempla autumno serotino an. 1833. in horto nostro legi.

34. ***P.*** *nidulans* ***Fr.*** Pileo suberoso-carnoso, ruguloso, fulvente-ferrugineo, molli, villoso; poris inaequalibus, fulvo-testaceis.

P. NIDULANS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 362. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 101. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 59. — BOLETUS VERSICOLOR SCHAEFF. *tab.* 136. *fig.* 4 — 6.

Solitarius, latitudine varius, ½ — ¾′ cras. Substantia pileo concolor, mollis. Tubuli 5″ et parum ultra longi, pileo parum dilutiores. Pori rotundi, oblongi,

Digitized by Google

flexuosi, subinde satis magni. Margo pilei tenuis, breviter acutatus.

In truncis Betulae semel. Autum.

D. Perennes. Substantia sicca, firma, lignoso-l. subero-so-floccosa, poris concolor, per plures annos persistens.

35. *P. roseus Fr.* Pileo triquetro, vertice porrecto, margine subacuto, laevi, roseo; poris minutis, rotundis, obtusis, pileo concoloribus.

P. roseus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 372. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 105. — Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 78. — Boletus roseus Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 251.

Totus roseus, sed undique colore plus minus fuligineo tinctus. Substantia ½′ et parum ultra crassa, pileo concolor. Tubuli 1″ longi.

In trunco vetusto betuligno semel. Perennis.

36. *P. marginatus Fr.* Pileo pulvinato, rugoso-tuberculoso, primo rutilo-fulvo, dein cinereo-l. fuscescente-nigro, margine albido-cinnabarino, glabro; poris minutis, rotundis, pallidis.

P. marginatus *et* pinicola Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 372. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 105. — Pers. *Mycol. europ. p.* 2. *p.* 84. — Boletus marginatus *et* igniarius Pers. *Syn. Fung. p.* 534. — Bol. fulvus Schaeff. *tab.* 262. (*Fungus primi anni*). — Boletus Semiovoideus Schaeff. (*Fungus biennis bene!*). — Bol. igniarius Fl. Dan. *tab.* 953. (*exacte atque nitide!*). — B. marginatus

Lenz *Abbild.* p. 89. *tab.* 12. — Bol. igniarius Mart. *Fl. mosq.* p. 243.

Solitarius, connato-imbricatus, durus, junior fulvus, margine albidus, stillans; adultior nigrescens, subzonatus, inaequalis, reniformis, 6—8′ long., 4—6′ lat., ad basin 2—3′ cras., gibbosus. Substantia initio albida, dein albido-rutila l. lutescens. Tubuli longi, intus demum citrini. Pori oculo armato tantum clare visibiles.

Ad basin et in medio truncorum *Betulae albae* et *Pini abietis* hinc illinc. Per plures annos viget.

37. ***P. fomentarius* Fr.** Pileo subtriquetro v. semiorbiculari, fuligineo-canescente, intus molli, fulvo, margine subobtuso porisque minimis pallido-glaucis, dein ferrugineis.

P. fomentarius Fr. *Elench. Fung.* 1. p. 109. — *Syst. myc.* 1. p. 374. — Pers. *Mycol. europ.* 2. p. 80. — Boletus fomentarius Linn. *suec.* no. 1257. — *Wahlenb. Fl. succ.* 2. p. 959. — Sobol. *Fl. pet.* p. 309. — Lenz *Abbild.* p. 86. *tab.* 12. *fig.* 48. — Bull. *Champ. tab.* 491. — *DC. Fl. fr.* 2. p. 116.

Solitarius l. connato-imbricatus, subinde eleganter fasciatus, extus durus, late adnatus, magnitudine varia. Substantia spongiosa, fulva. Tubuli satis longi, primo intus cinereo-glauci, demum substantiae concolores.

*β. applanatus* Pers. Tenuior, utrinque planiusculus, subtuberculosus, rufescenti-fuligineus, 2—3′ et ultra latus. Pori ut in a.

Boletus fomentarius *β.* applanatus Pers. *l. c.* — Bol. lipsiensis Batsch *Elench. Fung. tab.* 25. *fig.* 130

Ad truncos betulignos hucusque tantum legi. Per annum.

38. ***P. nigricans* Fr.** Pileo pulvinato, crasso, concentrice sulcato, nigro, margine porisque exiguis ferrugineis. Fr.

P. NIGRICANS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 375. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 109.

Formam totam resupinatam tantum legi; quare de ceteris dijudicare non possum.

Ad truncos betulignos vetustos hinc inde. Per annum.

39. ***P. igniarius* Fr.** Pileo crasso, obtuso, fasciato, e ferrugineo cinereo, demum nigricante, margine rotundato porisque convexis minutissimis, cinnamomeis.

P. IGNIARIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 375. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 109. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 81. (*excluso P. nigricante*). — BOLETUS IGNIARIUS LINN. *suec.* 1256. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 960. (*excluso P. nigricante*). — BULL. *Champ. tab.* 82. *exactissime!* — LENZ *Abbild. p.* 86. *tab.* 11. *fig.* 47. *mediocris!* — FRIEBE *oecon.-techn. Fl. p.* 305.

Semper solitarius, valde durus, extus scalariformis l. radiatim elevato fasciatus, niger, rimosus, ceterum sublaevis, utplurimum reniformis, 6—10′ longus et 4—6′ latus, ad basin 2 — 3′ crassus. Pori valde stratosi maximam fungi partem constituunt. Substantia durissima, obscure ferruginea.

Ad truncos, praesertim alneos, salicinos, ubique copiose. Perennis. In Livonia (FRIEBE).

40. ***P. Lonicerae* Weinm.** Pileo subtenui, suberoso-coriaceo, scruposo l. poroso-tomentoso, subzonato, fusco-

Digitized by Google

nigricante marginequo poris parvis, subrotundis, fulvo-cinnamomeis.

P. LONICERAE WEINM. *in Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 102. — FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 110.

Effuso-reflexus, inodorus. Pileus 2—10″ lat., 2—3″ fere crassus. Substantia sicca, fulvo-cinnamomea. Pori aut subrotundi, aut hiantes, ½—1″ longi et in primo statu griseo-pruinati.

Primo ad truncos vetustos *Lonicerae tataricae*, deinde etiam ad *Lonicerae coeruleae* truncos legi. Per plures annos viget.

41. *P. connatus Weinm.* Pileo lateritio, velutino, subzonato, brevi; poris minutis, subrotundis, albis.

P. CONNATUS WEINM. *in Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 102. — P. NEESII *γ?* CONNATUS FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 92.

Effuso-reflexus, seriato-confluens. Substantia suberoso-coriacea, tenax, elastica, alba, pallida, odore acidulo. Pileus 3—8″ lat., ad basin 1—2 ped. effusus, 2—3′ latus, innatus.

Ad lignum decorticatum *Aceris platanoidis Linn.* per octo annos sedule observatum semper constantem inveni.

42. *P. subpileatus Weinm.* Pileo rufo-bruneo, villoso, subzonato, effuso-reflexo l. toto resupinato; poris minutis, subrotundis, inaequalibus, candidis.

P. SUBPILEATUS WEINM. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 102.

Variabilis, mox pileatus, mox resupinatus, margine subincrassato, albo. Pileus (quando praesens) ½—1′

lat., tenuissime zonatus: zonis dilutioribus. Pori aut recti, 1 — 2″ longi, aut obliqui, inaequales, extus candidi, intus pallescentes. Substantia (ut in antecedente) alba.

Ad radices emortuas *Pini sylvestris* exemplaria satis completa semel legi. Autumno.

*Observ.* Clar. *Friesius* in literis benevole monet, se ambas species pro certe diversis habere, quae in nova hujus generis elaboratione novam sectionem constituant.

E. RESUPINATUS. Resupinatus, effusus, totus fere poris pertusus, pileo obliterato, ubique adnato, immarginato, in ambitu saepe byssino.

* *Poris intus coloratis.*

a. Poris fuscis, ferrugineis etc.

43. *P. ferruginosus Fr.?* Innatus, undatus, interrupte effusus, ferrugineo-spadiceus, tomentosus; poris subrotundis, acutiusculis, inaequalibus.

Fungus noster totum fere truncum interrupte obtegit, 2 — 4″ tantum crassus, immarginatus. Pori tantum adsunt in elevationibus pileiformibus, qui parvi, utplurimum rotundi, auctiusculi.

Ad truncos alneos vetustos hinc inde. Per annum.

44. *P. obliquus Fr.* Durus, late effusus, contiguus, excarnis, junior pallidus, dein niger, glaber, margine erecto;

Digitized by Google

cristato; poris minutis, utplurimum decumbentibus, regularibus.

P. OBLIQUUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 378. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 115. — P. INCRUSTANS PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 93. *et* P. UMBRINUS *ib. p.* 94. (*exclusa β.*).

Latissime effusus, margine elevatus, 2 — 4‴ crassus. Substantia nulla, sed totus fungus e tubulis decumbentibus constat, qui nunc regulares, nunc sparsim prominuli.

Ad truncos decorticatos alneos et betulignos aliquoties, Aug. et Sept. legi.

45. ***P. salicinus Fr.*** Durus, late effusus, interruptus, undatus, cinnamomeus, glaber, margine villosiusculo; poris minutis rectis obliquisve.

P. SALICINUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 376. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 90. — BOLETUS SALICINUS PERS. *Syn. Fung. p.* 543.

Late effusus, 1‴ crassus. Pori recti, rotundi, aequales, alii obliqui, hiantes.

Ad truncos salicinos, e. g. *Salicis capreae*, raro. Per annum.

46. ***P. subspadiceus Fr.*** Tenuis, gracilis, effusus, junior albido-pruinatus, dein albido-fuscescens, margine albo-byssino; poris minutis, cellulosis, inaequalibus.

P. SUBSPADICEUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 378. — *Observ. mycol.* 2. *p.* 263. *Elench. Fung.* 1. *p.* 116.

Species pulchella admodum tenuis et gracilis. Membrana tenuissima, matrici arcte adhaerens. Pori juniores

Digitized by Google

spuma candida quasi obducti, dein grisei l. griseo-spadicei, demum obscuriores, curti, rotundi l. angulati.

Semel tantum legi in trunco carioso *Betulae albae*. Augusto.

b. Poris intus luteis, violaceis, rubellis.

47. ***P. xanthus* Fr.** Firmus, elongato-effusus, molliusculus, immarginatus, luteus, glaber; poris minutis, subrotundis, rectis obliquisve.

P. Xanthus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 379. — *Observ. mycol.* 1. *p.* 128. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 117. — P. xanthus Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 95. *et* P. holoporus *ib. p.* 107. *Tom.* 1. *tab.* 6. *fig.* 3. 4. (*Status vetustior*).

Substantia tenuissima, arcte adhaerens. Tubuli in statu jun. saepe recti, mox subhorizontales; totus 2″ fere crassus.

In tabulis et lignis pineis fabrefactis bis legi. Augusto, Sept.

48. ***P. incarnatus* Fr.** Tenuis, elongato-effusus, subcoriaceus, incarnatus, glaber, margine levissime byssino, albido; poris utplurimum inaequalibus, decumbentibus.

P. incarnatus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 379. — *Observ. mycol.* 2. *p.* 262. — *Elench. Fung. p.* 119. — Boletus incarnatus Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 258. — Pers. *Syn. Fung. p.* 546.

Fungus in statu vegeto elegans, dilute incarnatus, 2—4′ longus, ½ — 1′ latus.

In tabulis pineis semiputridis semel. Augusto.

Digitized by Google

## ** *Poris intus albis.*

### 1. Firmiores, ambitu simplici.

49. **P.** *vulgaris Fr.* Effusus, tenuis, albus, laevis, margine levissime pubescente; poris exiguis, rectis, rotundis.

P. VULGARIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 381. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 120. — PERS. *mycol. europ.* 2. *p.* 101. — BOLETUS CELLULOSUS FL. DAN. *tab.* 716. *fig.* 1. — BOL. PROTEUS BOLT. *Fung. tab.* 166. *fig. infra.* — BOL. TUNICATUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 391.

Late effusus, semilineam crassus, siccus, frustulatim tantum separabilis, ad tactum immutabilis.

*β. calceus Fr. l. c.* Late effusus, arcte adhaerens, tenuis, candidus, margine nullo; poris decumbentibus, hiantibus.

Ambae formae non raro proveniunt in lignis pinetis fabrefactis. Vere, auct.

50. **P.** *callosus Fr.* Effusus, crassiusculus, coriaceus, tenax, glaber, albus; poris rotundis, rectis obliquisve, obtusis.

P. CALLOSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 381. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 120.

Late effusus, junior albus, dein sordide albus, a ligno separabilis, 1 — 2″ crassus. Pori initio aequales, demum subinde lacerati.

Ad ligna pinea fabrefacta passim. Per annum.

51. **P.** *bullosus Fr. in lit.* Effusus, inaequaliter inflatus, tenuis, glaber, albus, fragilis, interruptus; poris rotundis, obtusis, obliquis hiantibusque, majusculis.

Digitized by Google

Late effusus, partim separabilis, vix ½‴ crassus, demum sordidus, immarginatus. Pori in locis bullosis rotundi, obtusi, integri, in effusis obliqui, integri aut hiantes.

Ad ligna pinea fabrefacta semel, sed copiose. Septemb.

52. *P. fluctuosus Weinm.* Effusus, duriusculus, crassus, valde undatus, albus, arcte adnatus, villosiusculus; poris parvis, subrotundis, obtusis.

Bi-tripedalis, junior pure albus, dein pallidior, tactu rufescens. Substantia suberosa, alba, saepe 2‴ et ultra crassa. Elevationes rotundatae, margine incurvae l. subtus excavatae, marginem versus confluentes. Pori undique conspersi, juniores rotundi, obtusi, dein varie formati et praesertim in locis effusis tubulosi atque saepe hiantes.

Ad ligna fabrefacta *Pini Abietis* per quinque menses diligentissime quotidie observavi; a Junio in Octob.

53. *P. vaporarius Fr.* Seriatus, tenuis, siccus, sordide albus, glaber; poris magnis, angulatis, laceris.

P. VAPORARIUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 382. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 121. — *Observ. myc.* 2. *p.* 260. — P. INCERTUS PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 106. — BOL. VAPORARIUS PERS. *Syn. Fung. p.* 546.

Junior fungus margine levissime pubescens, demum immarginatus, irregulariter effusus, a ligno nullo modo separabilis. Pori demum varie formati.

Primo ad ligna pinea legi, dein etiam in lignis adustis exemplaria completa autumno serotino inveni.



Digitized by Google

2. Tenuiores; juniores byssacei, dein centro porosi et in ambitu subfimbriati.

54. ***P. mucidus* Fr.** Effusus, crassiusculus, mollis, junior candidus, dein pallidus, margine bombycino-byssino, niveo; poris subrotundis angulatisque.

P. mucidus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 382. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 122. — Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 107.

Plerumque longitudinaliter effusus, 4—8′ long., 1′ et ultra lat., 2—3″ cras., eximie mollis, junior fere spumosus. Pori in statu fungi adulto lacerati atque denticulati. Tubuli 1—2″ longi, utplurimum erecti.

Ad truncos cariosos pineos aliquoties. Aestate, autumno.

55. ***P. Radula* Fr.** Effusus, primo orbicularis, dein confluens, subtenuis, mollis, albus, margine anguste byssino; poris parvis, angulatis dentatisque.

P. Radula Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 383. — Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 107. — Boletus Radula Pers. *Syn. Fung. p.* 547.

Primo ½—1′, in orbem dilatatus, dein 3′ et ultra longus, ½—1′ latus, 1″ et ultra crassus, subvillosus. Substantia tenuis, nivea, a ligno separabilis. Pori nunc minuti subrotundi, nunc majores, angulati l. oblongiusculi.

Ad ramos crassos emortuos *Robiniae Caraganae Linn.* semel exeunte Aug. in horto nostro legi.

56. ***P. molluscus* Fr.** Inordinate-effusus, tenuissimus, mollis, niveus l. lutescens, ambitu late fibrilloso; poris inaequalibus, majusculis.

Digitized by Google

P. MOLLUSCUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 384. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 108. — P. CONCENTRICUS PERS. *l. c. p.* 113. — BOLETUS MOLLUSCUS PERS. *Syn. Fung. p.* 547. — FL. DAN. *tab.* 1299. — SCHUM. *Saell.* 2. *p.* 391.

Margine suo eleganter fibrilloso eximie distinctus. Niveum et lutescentem legi. Ambae formae valde tenues et delicatae, pori tamen distincti, et in statu adulto varie formati.

Ad ramos dejectos et in lignis pineis carie consumtis raro. Aestate, autum.

F. POLYSTICTA. Resupinatus, effusus, tenuis, subimmarginatus, poris superficialibus, nullos tubulos formantibus.

37. ***P.** reticulatus* ***Fr.*** Inaequaliter effusus, tenuissimus, byssinus, fugax, albus; poris distantibus, cupulaeformibus, pulverulentis, inaequalibus.

P. RETICULATUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 385. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 110. — BOLETUS RETICULATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 548. — NEES *Syst. tab.* 29. *fig.* 225.

Ad ligna submucida Pini. Augusto — Octob.

Digitized by Google

# VII. DAEDALEA Pers.

*Agarici et Boleti species* Linn. *et Auct.* — Daedalea Pers. *Syn. Fung. p.* 499. — *Mycol. europ. III.* 1. *p.* 2. — Nees. *Syst. p.* 224. — Fr. *Syst. mycol. I. p.* 331. — *Syst. Orb. Veg. I. p.* 80. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 64. — Wahlenb. *Fl. suec. II. p.* 948. — Spreng. *Syst. Veg. IV.* 1. *p.* 468. — *Agarici species* DC. *Fl. fr. II. p.* 133. *spec. nro.* 353 — 357. — *Sistotrema* (ex parte) Pers. *Mycol. europ. II. p.* 191.

Hymenium sinuosum. Sinuli cum pilei suberosa substantia homogenei et concreti, firmi, subprofundi, varii, nunc lamellas anastomosantes l. confertas, nunc poros elongatos, flexuosos referentes. Asci tenues.

Trib. I. DIMIDIATAE, sessiles.

*Agaricinae, lamellatae.

1. *D. quercina Pers.* Pileo suberoso, ruguloso, subzonato, glabro, ligneo-pallescente; lamellis crassis, ramoso-anastomosantibus, implexis, sinuosis.

D. quercina Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 333. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 65. — Buxb. *Cent.* 5. *p.* 3. *tab.* 4. *fig.* 1. — Pers. *Syn. Fung. p.* 500. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 9. — Mart. *Fl. mosq. p.* 241. — Agaricus quercinus Linn. *Fl. suec. nro.* 1241. — Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 949. — Bolt. *Fung. tab.* 73. — Gort. *Fl. ing. p.* 184. — Agaricus labyrinthiformis Bull. *Champ. tab.* 352. (*noster fungus est multoties tenuior!*) *et tab.* 442. *fig.* 1 (*optime!*). — Daedalea quercina Lenz *Abbild. p.* 62.

Digitized by Google

*tab.* 7. *fig.* 28. 29. — Agaricus dubius Schaeff. *tab.* 231.

Fungum, quem ex herbario Acad. Imperial. Petrop. coram habeo, describam. Pileus superne planus, rugulosus, albido-pallescens, subnitidus, mollis, margine acutiusculus, ad basin subporrectus, subgibberosus, 2′ fere latus. Lamellae crassae, romoso-anastomosantes, sibi invicem implexae, marginem versus praesertim poris immixtis, 4—5″ latae. Substantia floccosa, dilute-fuscescens.

In truncis ad Caucasum (Herb. Acad. Scient. Petrop.). — Prope Mosquam (Martius).

2. *D. betulina Rebent.* Pileo coriaceo, strigoso-tomentoso, elevato-zonato, pallescente; lamellis utplurimum simplicibus, rectis, coriaceis.

D. betulina Rebent. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 333. — *Observ. mycol.* 1. *p.* 104. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 66. — Pers. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 13. — Fl. Dan. *tab.* 1555. Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 949. — Agaricus betulinus Linn. *suec. nro.* 1244. — Agaricus quercinus Schaeff. *tab.* 57. — A. coriaceus Bull. *Champ. tab.* 394 *et tab.* 537. *fig. C. F. G.* — Bolt. *Fung. tab.* 158. — Pers. *Syn. Fung. p.* 486. — Merulius betulinus Sobol. *Fl. pet. p.* 306 (*excluso synon.* Bull.) et Merul. quercinus ib. (*secundum synon. citat.*).

Pileus convexo-planus l. subflexuosus, solitarius et imbricatus, 1—1½′ latus, primo albido-pallescens, dein obscurior. Lamellae subinde anastomosantes, sinuosae, 2—4″ latae, pileo concolores, demum etiam colore

Digitized by Google

dilute-cinereo afflatae. Substantia floccosa, alba. — Etiam effuso-reflexam legi, et in hoc statu lamellae e centro radiatim excurrunt.

Ad truncos *Betulae albae* et *Pyri Aucupariae*. Perennis.

3. *D. sepiaria Sw.* Pileo coriaceo, planiusculo, spadiceo l. spadiceo-nigrescente, strigoso-tomentoso, zonato, margine lamellisque ramosis, anastomosantibus, lutescentibus, demum ferrugineis.

D. SEPIARIA FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 333. — PERS. *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 10. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 949. — VAILL. *par. tab.* 1. *fig.* 1—3 *bene!* — BUXB. *Cent.* 5. *p.* 4. *tab.* 6. — AGARICUS SEPIARIUS LINN. *suec. nro.* 1243. — PERS. *Syn. Fung. p.* 487. — MART. *Fl. mosq. p.* 241. — A. HIRSUTUS SCHAEFF. *tab.* 76. — NEES. *Syst. tab.* 22. *fig.* 182. *a. β.* — A. FLABELLIFORMIS GORT. *fl. ing. p.* 184.

Nunc longitudinaliter effusa, nunc orbicularis, centro affixa. Pileus junior mollis, pallide-l. fulvo-lutescens, dein durus, fuscus, strigoso-tomentosus, ½—2′ latus, et in statu vetusto griseo-nigroque zonatus, ad basin gibbosus l. squamulosus, margine plus minus acuto. Substantia fulva l. fusco-cinnamomea, marginem versus evanescens. Lamellae initio lutescentes, dein pileo concolores, demum albido-griseae, 1—2″ latae, saepe sinulos porosque formantes, margine denticulatae.

Ad ligna pinea sylvestria et fabrefacta passim. Prope Mosquam (MARTIUS). Perennis.

*β. porosa* FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 66.

Digitized by Google

Pileus durus, satis crassus, primo spadiceus, dein expallens, albido-pallescens, inaequalis, rugulosus, marginem versus fuscescente-strigosus, 2′ et ultra latus. Substantia obscure-fusca, ½′ et parum ultra crassa. Tubuli 1″ longi, versus marginem evanescentes. Pori subrotundi, fusco cinnamomei, obtusi.

Ad ligna pinea fabrefacta semel per novem menses observavi.

**GENUINAE, sinuosae porosaeque.

4. *D. confrogosa Pers.* Pileo suberoso-coriaceo, convexo, lateritio-fusco, zonato, strigoso-scabro; sinulis labyrinthiformibus, confertis, cinereo-micantibus.

D. CONFRAGOSA PERS. *Syn. Fung. p.* 501. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 7. — FR. *Syst. mycol.* 1. *p.* 336. — *Elench. Fung. p.* 68. — BOLETUS LABYRINTHIFORMIS BULL. *Champ. tab.* 491. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 117.

Subimbricata, fere lignosa, junior gilva, adultior lateritio-fusca, zonis concoloribus. Pileus 1½—2′ lat., primo subplanus, dein convexus, margine de-l. inflexo, obtuso. Substantia 1—2″ crassa, longitudinaliter fibrosa, in sinulis desinens. Sinuli valde contorti et implexi, initio griseo-cinerei, micantes, dein cinereo-fusci, intus grisei, dissepimentis substantiae concoloribus, 3—4″ et ultra longi.

Ad truncum vetustum *Pyri Aucupariae* ad montem Duderhow autumno an. 1833 legi.

Digitized by Google

5. *D. cinerea β. grisea Fr.* Pileo tenui, coriaceo, planiusculo, villoso, subzonato, cinereo-fuligineo; sinulis varie formatis, integerrimis, albidis, dein albido-cinereis.

Effuso-reflexa, basi longe effusa, primo albido-grisea, demum tota obscurior, tenuis. Pileus ½—1′ latus, margine acuto. Sinuli angusti, valde tortuosi, poris intermixtis, ½—1″ profundi.

Ad ramos dejectos *Betulae albae* raro. Perennis.

6. *D. unicolor Fr. α.* Pileo subduro, coriaceo, convexo, inaequali, cinereo, zonato; sinulis inaequalibus, flexuosis, obtusis, demum laceris.

D. UNICOLOR FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 336. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 69. — WAHLENB. *Fl. Suec.* 2. *p.* 949. — SISTOTREMA CINEREUM PERS. *Syn. Fung. p.* 551. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 204. — MART. *Fl. mosq. p.* 243. — BOLETUS UNICOLOR BULL. *Champ. tab.* 408 *optime! et tab.* 501. *fig* 3. *minus bene!* — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 115. — BOLT. *Fung. tab.* 163. *non bona!*

Subimbricata, sublignosa, rigida, crassiuscula, fuliginea l. fuligineo-grisea, zonis fere concoloribus, 1—2′ lat. Sinuli albido-cinerei, demum lacerati, 2″ et ultra profundi.

*β. albida.* Imbricata, flexilis, tenuior, albido-pallescens (pars superior fere ut in Polyporo hirsuto), zonis crebrioribus ac in a., 2—3′ lata. Substantia membranacea, albido-pallida. Sinuli juniores labyrinthiformes, albido-cinerei, dein saepe in dentes latos, valde acutos partiti, fuligineo-cinerei.

Digitized by Google

γ. resupinata, margine parum elevata, sinuli omnes in dentes acutos partiti atque valde conferti.

Ad truncos et ramos crassos betulignos alneosque passim. Perennis.

*** POLYPOROIDEAE. Sinulis porosis uniformibus.

7. *D. suaveolens Pers.* Pileo coriaceo, suberoso, e niveo-subfulvo; poris elongatis, inaequalibus, rufescentibus. Fr.

D. SUAVEOLENS PERS. *Syn. Fung. p.* 501. — *Mycol. europ.* 3. 1. *p.* 6. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 337. — MART. *Fl. mosq. p.* 241. — BOLETUS SUAVEOLENS BULL. *Champ. tab.* 310. — DC. *Fl. Fr.* 2. *p.* 118.

Ad truncos salicinos vetustos prope Mosquam (MARTIUS).

## Trib. II. RESUPINATUS.

8. *D. mollis Sommerf.* Pileo resupinato, disco adnato, membranaceo, fuscescente-umbrino, villoso, subzonato, margine albido, acuto; poris difformibus, flexuosis, cinereo-fuligineis.

D. MOLLIS SOMMERF. — FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 71.

Subelongata l. subrotunda, margine flexuosa, 1 — 2½′ lata, junior fuscescente-pallida, dein umbrino-nigrescens. Sinuli nunc recti, obtusi, oblongiusculi, nunc tantum porosi, alii obliqui, subhiantes, acuti.

Semel tantum legi in trunco dejecto *Alni glutinosae* in sylvis densis, humidis prope Oranienbaum. Autumno.



Digitized by Google

# VIII. MERULIUS Hall.

Pers. *Syn. Fung. p.* 496. (*M. tremellos et Merul. divis.* 3. *Serpula*). — Nees. *syst. p.* 230. (*Resupinatus*). — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 132. (*tres ultimae species*). — Fries *Syst. mycol.* 1. *p.* 326. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 56. — *Syst. Orb. Veg.* 1. *p.* 80. — Xylomyzon Pers. *Mycol. europ. II. p.* 26. — Merulius (*horizontales, effusi*) Spreng. *Syst. IV.* 1. *p.* 468.

Hymenium venosum l. sinuoso-plicatum. Plicae poriformes, absque tubulis, saepe gyroso-dentatae, inaequales, angulatae l. flexuosae, cum pileo concretae et homogeneae, interrupte ascigerae. Fr.

Trib. I. APUS. Pileus sessilis, effuso-reflexus, superficialis, ambitu determinato, marginato. Hymenium poroso-reticulatum. Fr.

1. *M. tremellosus Schrad.* Pileo carnoso-tremelloso, effuso-reflexo, tomentoso, albo; plicis gyroso-poriformibus, acutis, rubicundis, mediis.

M. tremellosus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 327. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 57. — Pers. *Syn. Fung. p.* 496. — Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 947. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 132 — Fl. Dan. *tab.* 1553 *bene!* — Agaricus betulinus *ib. tab.* 776. *fig.* 1. — Xylomyzon tremellosum Pers. *Mycol. europ* 2. *p.* 30.

Fungus perquam variabilis, nunc valde expansus, tenuis, nunc compactior, pileis confertis, subimbricatis. Primo utplurimum orbicularis, adnatus, dein margine liber,

Digitized by Google

½—2′ latus. Plicae e centro radiatae, semicirculares, elongatae angustaeque, in centro valde confertae, versus marginem remotiores.

Ad truncos putridos, super ligna fabrefacta et in quisquiliis ubique. Aest., autumno. In Rossia minori (Dr. Bongard).

*β. spongiosus Fr. Elench. Fung.* 1. *p.* 57. Pileo spongioso, reniformi, hirto, azono, lacteo, margine stricto, acuto; poris minutis, inaequalibus, alutaceis.

Primo maculas reniformes, ½ — 1′ latas format, deinde expanditur, confluit, et in hoc statu longitudinaliter effusus evadit, margine reflexo, unciali, lacteo. Dissepimenta pororum valde tenuia, poros integros formantia.

*γ. pallidus Weinm.* Ad longitudinem pedalem et ultra expansus, carnoso-tremellosus, tenuis, arcte adhaerens, subtus fibrilloso-villosiusculus, albido-pallidus, margine brevissime fimbriatus. Plicae sinuosae, crispatae, marginem versus evanescentes. — Junior fungus totus albus, dein albido-pallidus et in statu seniori dilute-cinereus. Sporidia alba!

Ad ramum emortuum, crassum, decorticatum *Betulae albae.* Augusto.

2. *M. niveus Sommerf.* Pileo membranaceo, mollissimo, effuso, in centro adnato, glabro, niveo; plicis rugaeformibus, subreticulatis.

M. niveus Sommerf. — Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 59.

Digitized by Google

Pulchra species, colore niveo, puro, oculos e longinquo alliciens. — Late effusus, in centro tantum adnatus, ceterum undique liber, plicato-undulatus, 1 — 2' latus, margine subcrenato. Plicae in statu fungi juniore obsoletae.

Ante duodecim annos copiose hunc elegantem fungum in ramis dejectis putrescentibus *Alni incanae* crescentem vidi; sed ab hoc tempore semper frustra quaesivi.

3. *M. Petropolitanus Fr. in lit.* Pileo tenui, membranaceo, effuso-reflexo, mollissimo, rugoso, adpresso-villoso; pallescente-flavescente; plicis tumidis, irregularibus, fulvo-lutescentibus.

Primo sistit maculas elongatas, 2 — 3' et ultra longas, 1 — 1½' latas, byssino-candidas; dein eriguntur pilei, subconferti, fere imbricati, spongioso-mollissimi, 4 — 6" lati, margine incurvati, juniores fere ferruginei, adultiores multo pallidiores. Substantia tenuissima, nivea, floccoso-gossypina, Plicae longitudinaliter tumidae, interruptae, semper fulvo-lutescentes.

Ad ramum dejectum *Alni incanae* hanc pulchellam speciem, autumno, legi.

Trib. II. RESUPINATUS. Pileus effusus, resupinatus, adnatus, immarginatus, junior et in ambitu byssinus. Hymenium subgyrosum. Sporidia ferruginea l. alba..

Digitized by Google

4. *M. lacrymans Schum.* Pileo latissimo effuso, flavo-ferrugineo, demum albido-pulveraceo, margine intumescente, tomentoso, albo; plicis amplis, irregularibus, poroso-sinuatis, flavo-ferrugineis.

M. LACRYMANS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 371. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 328. — *Elench. Fung. p.* 59. — M. VASTATOR TODE. — PERS. *Syn. Fung. p.* 497. — SCHUM. *l. c.* — M. DESTRUENS PERS. *Syn. Fung. p.* 496. — XYLOMYZON DESTRUENS PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 27. *et X.* PELLICEUM PERS. *ib. p.* 29. — SISTOTREMA CELLARE PERS. *ib. p.* 198. (*exclusa β.*) — M. VASTATOR MART. *Fl. mosq. p.* 241. — FRIEBE *oeconom-techn. Fl. p.* 304. BOLETUS LACRYMANS BOLT. *tab.* 167. *fig.* 1.

Longe lateque effusus, margine tomentoso, stillante, albo, ceterum flavo-ferrugineus, taediosus et valde destruens. Junior byssinus, dein membranam albidam sistit, tum crassior et fulvo-l. flavo-ferrugineum colorem acquiret. Plicae nunc rotundato-flexuosae, nunc subquadrangulares l. oblongae.

Ad asseres et in lignis domesticis atque sylvaticis putridis, in locis occultis per totum annum. In Livonia (FRIEBE).

5. *M. squalidus Fr.* Pileo late effuso, molli, incarnato-subhyalina, demum subolivaceo, margine tenui, succo albo; plicis sinuoso-porosis plicatisque.

M. SQUALIDUS FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 62.

Junior membranam sistit effusam, villosam, laxe adhaerentem, albidam; mox medio laevigatur in hyme-

Digitized by Google

nium contiguum, glabrum, subincarnatum; dein superficies eximie sinuoso-porosa plicataque, carneo-hyalina, demum tactaque olivacea. Subtus adpresso-fibrillosus, cinerascens. Sporidia subferruginea. Fr.

Duo tantum exempla, minus completa, possideo, quae ante 6 annos ad aquaeductus nostros, autumno, legi.

6. *M. molluscus Fr.* Pileo late effuso, tenui, carneo, margine albo-byssino; plicis confertis, gyroso-sinuatis.

M. MOLLUSCUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 329. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 62. — XYLOMIZON MOLLUSCUM PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 30. *et* XYLOMIZON PULCHRUM PERS. *l. c. p.* 32. *tab.* 14. *fig.* 1. (*status adultior*).

Membrana late effusa, tenuissima, junior albida, demum carnea, tum carneo-rufa, laxe adhaerens, subtus fibrilloso-villosa. Plicae valde gyrosae, latiusculae.

Ad ligna prostrata pinea in sylvis humidis aliquoties. Aug. Sept.

7. *M. rufus Pers.* Pileo effuso, membranaceo, carneo-rufo, margine lutescente-albo, byssino; plicis subrotundis angulatisque.

M. RUFUS PERS. *Syn. Fung. p.* 498. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 327. — XYLOMICON RUFUM PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 31. *et* XYLOMIZON ISOPORUM PERS. *ib. p.* 33. *tab.* 16. *fig.* 1. 2. (*bene!*).

Arcte adhaerens, tenuissimus, 3 — 5″ long., 1 — 2′ latus, junior albido-incarnatus, margine albo-byssino, adultior carneo-rufus, margine lutescente-albo. Plicae

fere superficiales, minutae, nudo oculo vix discernendae, rotundatae, oblongiusculae.

In ramis emortuis, decorticatis *Pyri Aucupariae.* Septembr.

8. *M. serpens Tode var.* Pileo effuso, immarginato, tenuissimo, primo sordide-incarnato, dein dilute-cinereo; plicis poriformibus l. gyroso-poriformibus l. gyroso-porosis.

Arcte adhaerens, 2 — 3′ longus et latus. Plicae valde confertae et nudo oculo vix tute distinguendae.

Ad ligna pinea putrida semel. Septembri.

## Subordo III. HYDNEI.

*Char.* Hymenium subulatum l. tuberculatum.

### IX. HYDNUM Linn.

*Fung. ord. III.* Vaill. *par. p.* 58. — Erinaceus *et* Agar. *Ordo IV.* Mich. *gen. p.* 132 *et* 122. — Hydnum Linn. *gen. plant. p.* 493. — Batsch *Elench. Fung. p.* 35. — *Vent. Tabl. du Regn. Végét. II. p.* 22. Bolt. *Hist. Fung. I. p.* 5. — Pers. *Syn. Fung.* 554. *Mycol. europ.* 2. *p.* 155. — Bull. *Hist. des Champ. II.* 1. *p.* 301. *Gen.* 17. *fig.* 55 — 57. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 107. — Nees *Syst. p.* 231. — *Fr. Syst. myc. I.*

Digitized by Google

*p.* 307. — *Syst. Orb. Veg.* 1. *p.* 81. — *Elench. Fung. I. p.* 129. — Spreng. *Syst. Veg. IV.* 1. *p.* 377.

Hymenium cum pilei substantia homogeneum et concretum, aculeatum. Aculei semper clausi, liberi, juniores l. basi non porosi, nunc aequales, subulati, nunc e connatis incisi, extus ascigeri. Asci tenues, raro obsoleti.

Trib. I. MESOPUS. Stipes perpendicularis. Pileus distinctus, rotundatus, subinteger. *Terrestres.*

a. Carnosa, exsucca. Esculenta. Fr.

1. *H. imbricatum Linn.* Pileo carnoso, convexo, dein plano, umbrino, azono, squamoso; aculeis albido-cinereis, teretibus, integris; stipite brevi, inaequali.

H. imbricatum Linn. *suec. nro.* 1257. (*exclusa descript.*). Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 398. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 130. — Schaeff. *tab.* 140. — Fl. Dan. *tab.* 176. *et tab.* 1500. (*optime!*). — Pers. *Syn. Fung. p.* 554. — Fr. *Obs. myc.* 1. *p.* 137. — Mart. *Fl. mosq. p.* 244. — Sobol. *Fl. pet. p.* 311. — H. cervinum Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 158. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 38. — H. squarrosum Nees. *Syst. tab.* 32. *fig.* 240. — H. imbricatum Lenz *Abbild. p.* 91. *tab.* 12. *fig.* 50.

Pileus mox dense squamosus, mox fere nudus, squamis erectiusculis, 1—6′ lat. et in statu adultiori profunde umbilicatus. Caro albido-grisea, ¼—½′ crassa. Aculei

Digitized by Google

longitudine inaequales, 1—3″ longi, teretes, integri, in stipitem desinentes. Stipes 1—1½′ long., deorsum attenuatus, albido-cinereus.

In pinetis rarissime. Autumno. — Prope Mosquam (MARTIUS). — His in regionibus ab incolis non commeditur.

2. *H. repandum Linn.* Pileo carnoso, difformi, azono, glabro; aucleis inaequalibus stipiteque glabro, difformi, pallidis.

H. REPANDUM LINN. *nro.* 1258. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 400. — *Observ. myc.* 1. *p.* 138. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 130. — PERS. *Syn. Fung. p.* 555. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 160. — FL. DAN. *tab.* 310. — BULL. *Champ. tab.* 172. LENZ *Abbild. p.* 92. *tab.* 12. *fig.* 51. — TRATTIN. *Fung. aust. fasc.* 4. *tab.* 12. *fig.* 24. — MART. *Fl. mosq. p.* 244. — H. FLAVIDUM SCHAEFF. *tab.* 318. — H. RUFESCENS *ib. tab.* 141. — BATSCH *Elench. Fung. tab.* 10. *fig.* 44. — H. CLANDESTINUM *ib. tab.* 26. *fig.* 163.

Pileus carnosus, hemisphaericus, irregularis l. margine lobulatus, aurantius, albus, rufescens, lutescens, albo-pruinatus, glaber, 3—6′ lat., margine saepe valde tenuis et incurvus. Caro pallida, ¼—½′ crassa, immutabilis. Aculei pileo concolores, in medio pilei 3—4′ longi. Stipes pileo concolor, centralis l. excentricus, teres l. compressus, 1½—2½′ long., ½—1′ cras., glaber.

In sylvis et fruticetis frequens. Prope Mosquam (MARTIUS). Aest. Autum. — Incolae non commedunt!

3. *H. violascens Alb. et Schw.* Pileo fibroso-carnoso, planiusculo, repando, sordide-violaceo, rugoso, tomentoso;



Digitized by Google

aculeis aequalibus, tenuibus, fiſtuloſis, albis; ſtipite firmo, inaequali.

H. violascens Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 265. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 401. — Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 162.

Subgregarius. Pileus 1—3′ lat., tactu mollis, ſubinde irregularis, umbonatus, e griſeo rufove ſordide violaceus, margine dilutiori. Aculei 1—2″ longi, valde conferti, exacte fiſtuloſi. Stipes (in fungis collectis) aequalis l. ſurſum attenuatus, pileo concolor, firmus, 1—2′ longus.

In sylvis mixtis prope Gatschinam bis legi. Aestate.

b. Suberoſi l. coriacei, demum lignoſi.

4. *H. suaveolens Scop.* Pileo firmo, plano-depreſſo, molli, tomentoſo, albido, intus albo et coeruleo-variegato; aculeis aequalibus, violaceis; ſtipite inaequali, ſubtomentoſo, coeruleo.

H. suaveolens Scop. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 402. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 130. — Pers. *Syn. Fung. p.* 558. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 267. — H. pullum Fr. *Observ. myc.* 2. *p.* 133. — H. coeruleum Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 162. — Fl. Dan. *tab.* 1374 (*noster fungus tantum tenuior*). — H. suaveolens Pers. *l. c. p.* 163.

Fungus elegans, ſatis durus, exſiccatus fere lignoſus, odore fere Anthoxanthi odorati Linn. Pileus tomento depreſſo veſtitus, 2—3′ lat., adultior depreſſus, inaequalis, undulatus. Subſtantia eleganter coe-

ruleo-alboque zonata. Aculei graciles, firmi, 1—2″ long., amoene violacei. Stipes interdum cum aliis connatus, subinde exacte bulbosus, 1′ et paulo ultra longus, cujus dimidia pars aculeis tectus.

Semel tantum exemplaria completa in sylvis mixtis monſosis ad Tosnam, Augusto legi.

5. ***H. compactum Pers.*** Pileo difformi, duro, suberoso, tomentoso, olivaceo-cinereo, intus fusco et coeruleo-variegato; aucleis aequalibus, fuscescentibus; stipite brevissimo, difformi.

H. COMPACTUM PERS. *Syn. Fung. p.* 556. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 166. (*exclusa var.*) — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 402. — *Observ. myc.* 1. *p.* 132. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 130. WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 963. — *Fl. lapp. p.* 532. — H. FLORIFORME SCHAEFF. *tab.* 146. (*exclusa fig.* 4.) — BUXB. *Cent* 2. *p.* 43. *tab.* 49. *fig.* 1.

Pileus 1—4′ latus, plerumque cum aliis concrescens, difforme. Aculei 1—2″ longi. Stipes nullus l. crassus, ½—1′ longus, pileo concolor.

In locis siccis, ericetosis, inter muscos et in pinetis rarissime mihi obvium. Autum.

6. *H. ferrugineum Fr.* Pileo suberoso, ferrugineo-rubro, molli, velutino, striato, plano-depresso, intus azono; aculeis aequalibus stipiteque inaequali pileo concoloribus.

H. FERRUGINEUM FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 403. — *Observ. myc.* 1. *p.* 133. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 131. — H. HYBRIDUM BULL. *Champ. tab.* 453. *fig.* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 111. (*excluso synon.* PERS. *atque* SCHAEFF.) —

Digitized by Google

H. STRIATUM SCHAEFF. *tab.* 271. — H. COMPACTUM *β.* PERS. *Mycol. europ.* 2. *p* 166.

Gregarius. Pileus jun. obconicus, dein dilatatus, demum saepe depressus, gibberosus, initio albidus, mox ferrugineo-ruber, margine tenui, acuto, saepe cum aliis connatus, 2—3′ lat. Aculei 2—3″ longi, confertissimi, primo albido-micantes, mox fusco-ferruginei. Stip. mox ¼, mox 1½′ et ultra longus, imo subinde longe radicatus, intus concolor. Substantia ferruginea.

Hab. in pinetis passim. Exeunte aestate, autum.

7. ***H. nigrum Fr.*** Pileo coriaceo-suberoso, convexo, dein plano-depresso, tuberculoso, azono, coeruleo-nigro; aculeis aequalibus, albidis, dein cinereis; stipite extus intusque nigro, inaequali, basi tomentoso.

HYDNUM NIGRUM FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 404. — *Observ. myc.* 1. *p.* 134. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 131. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 165. — MICH. *gen. tab.* 72. *fig.* 6.

Simplex l. varie concrescens. Pileus (in fungis solitarie crescentibus) 1—3′ latus, jun. convexus, dein applanatus et demum convexo-depressus, plerumque tenuis, margine albido, acuto. Aculei ½—1″ et paulo ultra longi, tactu cinerascentes. Stipes 1—1½′ long., 2—4″ cras., ceterum saepe varie connatus et difformis. Substantia unicolor, nigra.

In pinetis siccioribus semel prope Pawlosk. Exeunte Aug.

8. ***H. cyathiforme Bull.*** Pileo suberoso-coriaceo, planiusculo, dein infundibuliformi, ferrugineo, pubescente, azono,

Digitized by Google

margine crispato; aculeis rufescentibus, confertissimis; stipite pileo concolori, inaequali, radicato.

H. CYATHIFORME BULL. *Champ. tab.* 156. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 405. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 131. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 290. — H. SCROBICULATUM FR. *Observ.* 1. *p.* 144. (*exactissime!*) — MICH. *gen. tab.* 72. *fig.* 1. (*non bene!*) — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 164. (*exclusa* *).

Simplex l. connatum. Pileus jun. planiusculus, mox eximie infundibuliformis (fere ut in *Cantharello tubaeformi*), 1—2′ lat., adultior longidutinaliter strigulosus, primo dilute-, mox fuscescente-ferrugineus, margine albido, et in statu adulto lobulato. Aculei initio pallidi, dein rufescentes. Stipes ¼—½′ long., 2—3″ cras. Substantia pileo concolor.

In pinetis siccis inter *Dicranum scoparium* semel. Septemb.

9. *H. tomentosum Linn.* Pileo coriaceo, tenui, plano, demum infundibuliformi, zonato, dilute cinereo, disco subtomentoso, margine aculeisque albis; stipite inaequali, pileo obscuriore.

H. TOMENTOSUM LINN. *suec. nro.* 1259. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 964. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 405. — *Observ. myc.* 1. *p.* 143. — H. CYATHIFORME SCHAEFF. *tab.* 139. — FL. DAN. *tab.* 1020. *fig.* 2.

Rarius simplex, plerumque connatus. Pileus uncialis et paulo ultra, flaccidus, plus minus infundibuliformis, margine obtusiusculo. Aculei breves, minus conferti, semper albi. Stipes nunc ad basin, nunc superne cum

Digitized by Google

pileis connatus, vix 1′ long., 1—2″ crassus, adultus dilute fuscescens.

In pinetis muscosis ad Tornam pulchra exempla legi. Septemb.

10. *H. melaleucum Fr.* Pileo coriaceo, convexo-plano, irregulari, striato, glabro, disco scrobiculato, nigricante, margine aculeisque albis, stipite inaequali, nigrescente.

H. MELALEUCUM FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 406. — *Observ. myc.* 1. *p.* 142. — H. TOMENTOSUM *β.* PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 167 *et* H. LEPTOPUS *β. l. c. p.* 171. — H. TOMENTOSUM *γ.* ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 266. — H. PULLUM SCHAEFF. *tab.* 272 (*bene!*),

Gregarium. Pileus umbilicatus, plus minus colore nigro l. violaceo-nigro tinctus, 1 — 1½′ latus l. varie connatus. Aculei breves. Stipes plerumque cum aliis concretus, glaber, 1 — 2″ crassus.

In montosis Duderhovii semel pauca exempla, ante duodecim annos, autumno legi.

11. *H. Auriscalpium Linn.* Pileo coriaceo, dimidiato, horizontali, spadiceo l. nigrescente, strigoso-tomentoso; aculeis subspadiceis, confertis; stipite tomentoso, spadiceo-nigro.

H. AURISCALPIUM LINN. *suec. p.* 1260. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 964. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 406. — *Observ. myc.* 1. *p.* 146. — PERS. *Syn. Fung. p.* 557. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 172. — BUXB. *Cent.* 1. *p.* 36. *tab.* 57. *fig.* 1. — MICH. *gen. tab.* 72. *fig.* 8. — SCHAEFF. *tab.* 143. — BULL. *Champ. tab.* 481. *fig.* 3. — BOLT.

Digitized by Google

*Fung. tab.* 90. — Fl. Dan. *tab.* 1020. *fig.* 1. — Nees *Syst. tab.* 23. *fig.* 243. — Mart. *Fl. mosq. p.* 244.

Pileus 3—6″ lat., lateralis, tenax, subconvexus, margine acuto. Aculei 2‴ et ultra longi. Stipes 2—3′ long., vix 1″ cras., undique pilis patentibus spadiceo-nigris l. atris vestitus, simplex aut ramosus, ad basin plerumque tomento ferrugineo obtectus.

Hab. ad conos pineos frequens per totum fere annum. Prope Mosquam. (Mart.). In Rossia minore (Bongard).

Trib. II. PLEUROPUS. Pileus inaequalis, mollis, excentricus, lateralis. Aculei aequales. Stipes irregularis, brevis, saepe horizontalis.

12. *H. gelatinosum Scop.* Pileo gelatinoso, crasso, papuloso, albido-glauco; aculeis mollibus, inaequalibus, glaucis; stipite brevi, laterali.

H. gelatinosum Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 147. — *Syst. myc.* 1. *p.* 407. — Pers. *Syn. Fung. p.* 560. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 172. — Hyd. crystallinum Fl. Dan. *tab.* 717. Nees. *Syst. tab.* 32. *fig.* 244.

Simplex l. imbricatum, ½—2′ lat., basin versus saepe sulcato-lacunosum, aqueo-hyalinum, forma valde varium, supra plerumque albido-glaucum, sed etiam fuscum l. murinum. Aculei utplurimum pyramidati, obtusi vel acutiusculi, longiores brevioresve, tenaces.

Ad truncos varios putridos, passim. Aest., autum.

Digitized by Google

13. *H. Erinaceus Bull.* Maximum, cordiforme, album, lutescens; pileo subsessili, fibrilloso-lacero, intus subcancellato; aculeis longissimis.

H. Erinaceus Bull. *Champ. tab.* 34. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 108. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 407. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 132. — Pers. *Syn. Fung. p.* 560. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 153. — Trattin. *Fung. aust. fasc.* 6. *tab.* 18. *fig.* 35. — Buxb. *Cent.* 1. *p.* 35. *tab.* 56. *fig.* 1. — Lenz *Abbild. p.* 93. *tab.* 12. *fig.* 52.

Ad truncos in Rossia minori observavit Cl. Dr. Bongard. (Vidi exemplar siccum, sed minus completum in herb. Acad. Imperial. Petrop.)

Trib. III. MERISMA. Pilei cum stipite confusi, obliterati, ramosissimi l. in truncum crassum abeuntes.

14. *H. coralloides Scop.* Pileo ramosissimo, candido, demum lutescente, ramis flexuosis, apice incurvatis, fastigiatis, intricatis; aculeis longis, unilateralibus, subulatis.

H. coralloides Scop. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 408. — Schaeff. *tab.* 142. — Pers. *Syn. Fung. p.* 563. — Nees. *Syst. tab.* 33. *fig.* 249. — H. ramosum Bull. *Champ. tab.* 390. — Mich. *gen. tab.* 64. *fig.* 2. — Hericium coralloides Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 150. — Merisma coralloides Lenz *Abbild. p.* 93. *tab.* 13. *fig.* 53.

Fungus elegans, 4—6′ lat., 3—4′ altus, intricato-ramosissimus, primo niveus l. candidus, dein albido-lutescens. Rami angulati, angusti. Auclei 2—4″ longi, simplices l. divisi.

Ad truncos *Pini Abietis* aliquoties pulchra exempla legi. Exeunte Aestate.

15. ***H.*** *clathroides* ***Pall.*** Pileo ramosissimo, cinereo, ramis crassis, anastomosantibus, superne muricatis, inferne aculeatis; aculeis confertissimis filiformibus.

H. CLATHROIDES PALL. *Russ. Reis.* 2. *p.* 744. *nro.* 123. *tab. K. fig.* 3. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 409. — HERICIUM CLATHROIDES PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 151.

Fungus cinerascens, strigosus (5′ altus, 3 — 4′ latus), substantiae mollis, subcoriaceae. Truncus ($1\frac{1}{2}$′ fere longus, 1′ crassus) a basi multifidus, ramosissimus, ramis fascialibus, crebro anastomosantibus. Tota stirps altero latere nuda, papillis minutis, plus minusve muricata, altero latere per truncum et ramos omnes villis aliquot lineas longis, confertissimis, filiformi-attenuatis obsita atque hirta. Pall. l. c.

Ad truncos putridos in pineto Kasmalensi versus Obum fluvium. Exeunte Aug.

Trib. IV. APUS. Pileus sessilis, lateralis. *Lignatiles.*

16. ***H.*** *cirrhatum* ***Pers.*** Pileo carnoso, plano-convexo, margine inflexo, fimbriato, albido, superne aculeis decumbentibus vestito; aculeis filiformibus, confertissimis, longissimis.

H. CIRRHATUM PERS. *Syn. Fung. p.* 558. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 173. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 393. — FL. DAN. *tab.* 1789. *fig.* 2. (*optime!*). — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 411.

Sessile, subimbricatum, carnosum, molle, subreniforme, 2—3′ latum, exsiccatum pallescens, flexile, persistens. Aculei l. cirrhi in fungi superficie basin versus conferti, ceterum sparsi et decumbentes, plerumque flexuosi, 1—3″ longi. Aculei juniores albidi, villosi, adultiores rufescentes, glabriusculi, graciles, tenaces.

Ad truncum vetustum *Betulae albae*, semel. Septemb.

*β. concrescens Bong.* Pilei arcte imbricati, basi dense concrescentes, villosi, varie formati, albido-pallidi, sublignosi, rigidi, superne non cirrhis l. aculeis, sed tuberculis acutiusculis dense obsiti, unde superficies valde aspera, interdum subreniformes l. basin versus angustati, 3—3½′ longi, 2—3′ lati, margine deflexi et nigrescentes. Aculei confertissimi, exacte filiformes, tenaces, rigidiusculi, 4—6″ longi, primitus albidi, dein rufescentes.

Ad truncum *Aceris platanoidis* prope Petropolim legit Dr. Bongard. (Vidi siccum in herb. Acad. Imp. Petrop.).

*γ. tenax Weinm.* Imbricatum, album, lignoso-coriaceum, tenacissimum, confluenti-concrescens, valde irregulare, 1 — 1½′ latum, superne villosum. Substantia longitudinaliter fibrosa, alba. Odor subacidulus, subingratus. Aculei confertissimi, initio albi, subfirmi, dein pallescentes l. nigrescentes, flaccidi, 3″ et parum ultra longi.

Ad truncum quercinum vetustum in ipso horto Imperali zarskoeselensi. Autumno.

Digitized by Google

17. *H. pudorinum Fr.* Pileo suberoso-coriaceo, effuso-reflexo, varie concrescente, azono, villoso; candido; aculeis confertissimis, aequalibus, obtusis, albido-rubicundis.

H. PUDORINUM FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 133.

Fungus jun. exacte effusus, tuberculosus, albido-incarnatus, sed mox eriguntur pilei varie contorti et concrescentes, superne candidi, 2 — 6‴ lati, margine obtuso. Aculei 1′ et paulo ultra longi, crassiusculi, teretes.

Ad ramos crassiores *Betulae albae* (non *Alni incanae*) semel legi. Autumno.

18. *H. strigosum Sw.* Pileo suberoso-coriaceo, strigoso, fusco-nigrescente, convexo; aculeis confertissimis, cinereis, subulatis, longissimis.

H. STRIGOSUM SW. FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 414. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 175. H. PARASITICUM PERS. *Icon. et descript. fasc.* 2. *p.* 55. *tab.* 14. *fig.* 1. *Syn. Fung.* *p.* 558. — NEES. *Syst. tab.* 32. *fig.* 245.

Pileus 3 — 6″ lat., jun. umbrinus, dein fusco-nigrescens, margine deflexo, pilis rigidis, intricatis dense vestitus. Aculei 5—8‴ longi, juniores cinerei, apice subfulvi, dein pileo concolores, marginales subinde connati.

Ad truncos vetustos, rimosos, semiemortuos *Betulae albae* haud infrequens. Aestate, Autumn.

Trib. V. **RESUPINATUS.** Resupinatus, effusus, pileo tenui, obliterato, ubique adnato, immarginato, in ambitu saepe byssino. *Tenues, lignatiles.*

* Aculeis coloratis.

19. *H. membranaceum Bull.* Effusum, tenue, immarginatum, glabrum, fulvo-ferrugineum; aculeis subulatis, sparsis, brevibus.

H. MEMBRANACEUM BULL. *Champ. tab.* 481. *fig.* 1. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 415. — *Observ. myc.* 2. *p.* 270. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 188.

Junius dilute fuscum, mox fulvo-ferrugineum, demum obscure-spadiceum, 2—6′ longum, 1½—2½′ latum. Aculei subinde divisi, ut bene exprimit tab. cit. Bull., nunc subconferti, nunc sparsi, et in statu exsiccato apice saepe cohaerentes. Subiculum arcte adhaerens.

Ad ligna pinea decorticata. Jul. Aug.

*β. dryinum Fr. l. c.* Tenue, lutescenti-fulvum, aculeis gracilioribus. Fr.

Ad ramos quercinos. Septemb.

*γ. tenuissimum*, subiculo subnullo; aculeis gracillimis, sordide lutescentibus. Fr.

Ad ramos dejectos (alneos?) Septemb.

20. *H. fusco-atrum Fr.* Effusum, tenue, junius glaucum, dein ferrugineum-fuscum, glabriusculum; aculeis incisis, acutis, nigricantibus.

H. FUSCO-ATRUM FR. *Syst. mycol.* 1. *p.* 4. 16.

Longe lateque effusum, laxe adhaerens, immarginatum. Aculei aut solitarii, teretes, subconici, aut basi compressi, apice divisi in subulos inaequales, 1″ et ultra longi, glabri, conferti, juniores pruinati.

Ad ramos dejectos putridissimos *Alni incanae.* Exeunte vere.

21. *H. Weinmanni Fr.* Late effusum, membranaceum, subinnatum, glaberrimum, griseo-cervinum; aculeis minutis, acutis, subdistantibus, subulatis. Fr.

H. WEINMANNI FR. *Elench. Fung* 1. *p.* 136.

Late admodum effusum, contiguum, subulis exceptis laeve, glaberrimum, etiam in ambitu; nam matrici fere innatum l. potius adglutinatum est, habitu *Thelephorae lividae* junioris. Aculei haud conferti, breves, sed acuti, graciles, omnes aequales, recti hactenus visi. Color peculiaris, sordidus. Fr. l. c. — Doleo, exemplaria mea perdidisse.

Ad ramos dejectos populneos. Septemb.

22. *H. ferruginosum Fr.* Late effusum, arcte adhaerens, fusco-ferrugineum, tomentosum, aculeis confertis, conicis, acutis, subintegris.

H. FERRUGINOSUM FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 416. — H. FERRUGINEUM PERS. *Syn. Fung. p.* 562. — *Mycol. europ.* 2. 189. — NEES. *Syst. tab.* 32. *fig.* 248. — MART. *Fl. mosq. p.* 244.

Tota substantia e tomento fibrilloso contexta, ambitu praeprimis fibrillas longas emittens. Aculei utpluri-

mum simplices (in statu adultiori tantum hinc inde basi connati), juniores albido-tomentosi, adulti fere ferruginei.

Ad ligna fabrefacta pinea in monte Duderhov, Septemb. legi. Prope Mosquam (MARTIUS).

23. *H. microdon Pers.?* Effusum, membranaceum, glabrum, dilute-ochraceum, ambitu albo-byssino; aculeis minutis, acutis.

H. MICRODON PERS. *Syn. Fung. p.* 561?

Subiculum 4—5′ long., junius totum adnatum, deinde ambitu subinflexum, fere integrum, a matrice solubile, subtus tenue tomentosum, 1′ et ultra lat. Aculei confertissimi, teretes, conici, acuti, hinc inde nonnulli compressi.

In ramo putrido *Pyri Aucupariae.* Septemb.

24. *H. alutaceum Fr.* Effusum, emarginatum, arcte adnatum, glabrum, pallide-ochraceum; aculeis confertissimis, minutis, acutis.

H. ALUTACEUM FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 417. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 138. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 187.

Plerumque longitudinaliter effusum, 2—3′ long., 2—6″ latum et eximie gracile. Aculei gracillimi, erecti, integri.

Ad ligna pinea putrida raro. Aug. Sept.

Digitized by Google

** Aculeis albidis.

25. ***H. obtusum Pers.*** Effusum, candidum, arcte adnatum, ambitu subnudo; aculeis brevibus, teretibus, confertis, obtusis, apice villosis.

H. OBTUSUM PERS. *Syn. Fung. p.* 562. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 183. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 419.

Subiculum membranaceum, late effusum, margine subinde introflexum. Aculei erecti, brevissimi, inferne glabri.

Ad lignum decorticatum dejectum putridum, semel. Autum.

26. *H. crustosum Pers.* Effusum, crustaeforme, arcte adnatum, immarginatum, subfarinaceum, album; aculeis confertissimis, minutis, obtusis, glabris.

H. CRUSTOSUM PERS. *Syn. Fung. p.* 562. — FR. *Syst. mycol.* 1. *p.* 419. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 394. — NEES. *Syst. tab.* 32. *fig.* 247. — H. FARINACEUM * *crust.* PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 183.

Subiculum cohaerens, sed non membranaceum. Aculei in statu adulto crustam rimulosam constituunt et tantum sub lente exacte visibiles.

In lignis pineis putridis raro. Peristens.

27. *H. farinaceum Pers.* Late effusum, crustaeforme, pallidum, ambitu subbyssino; aculeis tenuissimis, subdistantibus, acutissimis.

H. FARINACEUM PERS. *Syn. Fung. p.* 562. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 183. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 419. — *Elench. Fung. p.* 139. DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 35.

Digitized by Google

Antecedente tenuius, arcte adnatum, valde effusum; farinam stratam optime referens. Aculei sparsi.

Ad ligna fabrefacta domestica humo jacentia passim. Per annum.

28. *H. niveum Pers.* Effusum, tenue, submembranaceum, album l. candidum, ambitu byssino; aculeis, minutis, confertis, brevibus.

H. NIVEUM PERS. *Syn. Fung. p.* 563. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 179. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 419. — NEES. *Syst. tab.* 32. *fig.* 246.

Tenue, junius eximie candidum, ambitu eleganter byssino, demum pallescens. Aculei subacuti, glabri.

Hab ad pinea fabrefacta rarissime. Persistens.

*** Aculeis compressis, subincisis, variis l. angulatis.

*a. coloratis.*

29. *H. Sobolewskii Weinm.* Effusum, villosum, violaceo-caesium, ambitu fibrilloso, albicante l. obscure-violaceo; aculeis teretibus, confertis, apice albicantibus.

H. SOBOLEWSKII WEINM. *in flora.* 1832. *nro.* 29. *p.* 452.

Subiculum tenerrimum, junius villosum, albido-violaceum, inaequaliter expansum, arcte adnatum, neutiquam solubile. In statu perfecto caesio-violaceum, ambitu tenuissime aut albo-fibrilloso aut obscure violaceo, late effusum. Aculei brevissimi, primo globulos villosos albidos formantes, dein teretes atque conferti, apice semper albicantes. Exsiccatus virescit. Non persistens.

Digitized by Google

In ligno pineo fabrefacto semel. Autum. serot.

30. ***H. fimbriatum DC.*** Effusum, membranaceum, subcostatum, incarnato-rufum, ambitu fimbriato; aculeis granulosis, dein multifidis. Fr.

H. FIMBRIATUM DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 37. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 421. — PERS. *Myc. europ.* 2. *p.* 186. *et* 1. *tab.* 6. *fig.* 5—6. — SISTOTREMA FIMBRIATUM PERS. *Syn. Fung.* *p.* 553. — FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 286.

Longe lateque effusum, laxe adhaerens, tenax, ambitu elegantissime radiato-fimbriatum, tenue. Aculei minuti, dein elongati.

Ad truncos dejectos decorticatos putrescentes aliquoties. In Rossia minori legit DR. BONGARD. — Per annum.

*b. Aculeis candidis, albis.*

31. ***H.*** *quercinum* ***Fr.*** Effusum, glabrum, albido-pallidum, dein lutescens; aculeis crassis, difformibus, firmis, incisis, erectis l. subadpressis.

H. QUERCINUM FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 423. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 140. — SISTOTREMA QUERCINUM PERS. *Syn. Fung.* *p.* 552 — *Mycol. europ.* 2. *p.* 192. — NEES. *Syst.* *tab.* 30. *fig.* 230. (*non bene quadrat!*).

Longissime effusum, arcte adnatum, valde rude, junius album, villosiusculum, mox albido-pallidum, glabrum, demum lutescens l. fuscescens. Subiculum tenue. Aculei rigidi, mox sparsi, mox conferti, varie formati aut integri, aut apice incisi et parum lutescentes, nunc exacte erecti, nunc obliqui.



Digitized by Google

Ad truncos vetustos putridos, salicinos l. betulignos pluries legi. Persistens.

32. *H. alliaceum Weinm.* Late effusum, primo candidum, dein pallescens, ambitu subbyssino; aculeis villosiusculis.

H. ALLIACEUM WEINM. *in flora* 1832. *nro.* 29. *p.* 453.

Totus fungus odorem alliaceum (ut *Allium Schoenoprasum* vetustum) spirat. — Irregulariter effusum, arcte adhaerens, neutiquam solubile. Substantia subtenax, membranacea, inferne nigro-fibrillosa, superne villosiuscula. Aculei alii simplices, subuliformes, alii confluentes aut compressi, apice incisi; incisuris teretibus, acutis, rectis l. curvulis.

Hab. ad terram arenosam, humidiusculam, in sylvis acerosis. Autum.

33. *H. sordidum Weinm.* Late effusum, sordide lutescens, ambitu meruliiforme; aculeis confertissimis, compressis, incisis, acutiusculis.

Irregulariter effusum, tenue, inferne villosum, mucidum, e ligno facile solubile, ambitu dilute sulphureum, poroso-gyrosum. Aculei subgelatinosi, tactu evanescentes, e pluribus concretis, compressis, plicato-annulatis, plerumque apice incisi, glabri.

Hab. in ligno putridissimo Pini. Augusto.

34. *H. stipatum Fr.* Latissime effusum, villoso-furfuraceum, arcte adnatum, tenue; aculeis confertis, integris l. subdenticulatis, glabris.

Digitized by Google

H. STIPATUM FR. *myc.* 1. *p.* 425.

Junius albidum, demum pallescens. Aculei in prima infantia granulaeformes, obtusi, dein magis elongati, utplurimum minute dentati.

Ad ramum putrescentem dejectum *Alni incanae*, semel. Majo.

---

## X. SISTOTREMA Fr.

HYDNI *Species* BULL. — DC. *Fl. fr.* — SISTOTREMA FR. *Syst. myc. I. p.* 426. — *Syst. Orb. Veg. I. p.* 81. — *Elench. Fung. I. p.* 141. — WAHLENB. *Fl. suec. II. p.* 966. — PERS. *Syn. Fung. p.* 550. (*species tertia*). — *Mycol. europ. II. p.* 191. (*Species ultima*).

Hymenium a pileo discretum, dentato-lamellosum. Lamellulae interruptae, irregulariter dispositae, breves, planae, flexae l. gyrosae, saepe characteriformes, utrinque ascigerae. Fr.

1. *S. confluens Fr.*

S. CONFLUENS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 426. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 141. — PERS. *Syn. Fung. p.* 551. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 209. — WAHLENB. FL. *suec.* 2. *p.* 966. ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 260. — HYDNUM LAMELLOSUM BULL. *Champ. tab.* 453. *fig.* 1. (*optime!*). — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 112.

Digitized by Google

Totum candidum, ad tactum pallescens, saepe valde concrescens, nunc regulare, nunc dimidiatum, molle, glabrum, subtenax, 1 — 1½′ latum, demum subdepressum. Lamellae flexuoso-gyrosae l. labyrinthiformes, tenues. Stipes aut teres aut compressus, deorsum attenuatus, 3—6″ long. l. nullus.

In abiegnis ad terram humosam gramina inter et muscos, aliquoties. Prope Mosquam (Herb. Acad. scient. Petrop.). Septemb.

---

## XI. IRPEX Fr.

Hydni *Species* Fr. *Syst. myc. I.* — Irpex Fr. *Syst. Veg. I. p.* 81. — *Elench. Fung. I. p.* 142.

Hymenium inferum concretum, jam primitus in aculeos discretos dentato-lacerum. Aculei varii, cum pileo homogenei, seriatim l. reticulatim dispositi, basi plicis (lamellosis, sinuosis, porosis) concatenati. Asci tenues, tantum in processubus dentatis collocati. Fr.

Trib. I. APUS. Pileus dimidiatus, sessilis aut postice porrectus, marginatus. Dentes seriati, connexi, plicis parallelis, raro sinuosis.

1. *I. umbrinus Weinm.* Subeffuso-reflexus, membranaceus, siccus; pileo margine repando, fusco-umbrino, subtomentoso, azono; dentibus lamellosis, apice incisis, griseo-cinereis.

Digitized by Google

Longitudinaliter subeffusus, dorso adnatus, undique liber, leviter reflexus l. fere planus, 4—6′ long., 1½′ et paulo ultra latus, margine valde tenuis, acutus atque crenulatus. Hymenium firmum, persistens. Plicae l. potius lamellae sunt seriatim et satis confertim positae, per totum fungum aequaliter distributae l. e centro radiatim excurrentes, mox integrae, mox in dentes latos divisae l. partitae, apice crenatae aut plus minus incisae, juniores fuscescente-, seniores nigrescente-marginatae, 2‴ latae. Substantia tenuissima, longitudinaliter fibrosa, fusca.

Ad trabes, in Rossia minori, legit Cl. Dr. Bongard. (Vidi sic.).

2. *I. fusco-violaceus Fr.* Imbricatus, subeffuso-reflexus; pileo subreniformi, convexo, suberoso-coriaceo, hirsuto, zonato, canescente-albido; dentibus lamellosis, fusco-violaceis.

I. fusco-violaceus Fr. *Elench. Fung. p.* 144. — Sistotrema fusco-violaceum Ehrenb. *Sylv. myc. Berl. p.* 30. — Hydnum fusco-violaceum Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 421. — Schlecht. *Fl. Ber.* 2. *p.* 197. — Systotrema violaceum *β.* Pers. *Myc. europ.* 2. *p.* 203.

Fungus, praesertim in statu juniori, pulchellus! Plerumque arcte imbricatus (si in truncis pineis crescit), remote-imbricatus vero (si in truncis alneis l. betulignis provenit). — Junior albidus l. albido-pallidus, sericeus, depresso-zonatus, convexus, margine valde acutus, adultior grisco-albidus, hirsutus l. strigoso-

Digitized by Google

hirsutus, ½—1½′ lat., margine deflexus et saepe repandus. Substantia alba, floccosa, sicca, ¼ — ½″ crassa. Hymenium junius pileo concolor, dein griseo-, mox fusco-violaceum, valde variabile. Junius hymennium saepe (si centrum excipias) exacte porosum, sed mox tubuli dilacerantur et plicae varias formas nanciscuntur; sunt nempe: seriatim lamellosae, late dentatae, interruptae, et aculeiformes, apice parum incisae, aliae exacte subulatae, sed semper ad basin plus minus concrescentes. — Interdum etiam totum resupinatum legi.

Ad truncos et ramos crassiores pineos, betulignos alneosve passim. Subpersitens.

3. *I. lacteus Fr.* Effuso-reflexus, seriato-confluens; pileo coriaceo, lato-subreniformi, convexo, villoso-albo; dentibus confertis, seriatis, acutis, marginalibus incisis.

I. LACTEUS FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 145. — HYDNUM LACTEUM FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 412. — SISTOTREMA LACTEUM FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 266. *tab.* 6. *fig.* 1.

Totus fungus jun. purus, albus, dein pallescens, arcte aut remote-imbricatus, subrigidus. Pileus subinde subzonatus: zonis depressis, concoloribus, ½ — 1½′ lat., margine demum deflexus, ad basin plus minus effusus, sed etiam totus resupinatus. Hymenium seriatim lamellosum; lamellis plus minus interruptis, denti-l. subuliformibus, apice incisis l. integris l. exacte subuliformibus atque valde acutis.

Ad truncos vetustos *Betulae albae*, frequens. Subpersistens.

Digitized by Google

4. *I. sinuosus Fr.* Longe effusus, albus, coriaceo-membranaceus, margine brevi, reflexo, villoso, azono; dentibus subulatis compressisve acutis.

I. SINUOSUS FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 145.

Saepe 6 — 10′ longus, 1 — 2′ latus, primitus totus fere resupinatus et (si ad basin truncorum provenit) corpora vicina incrustans, dein margine parum elevatus, 2 — 3″ latus. Substantia tenuissima, albo-floccosa, a matrice solubilis. Hymenium junius sinuoso-porosum, dein evadunt dentes plus minus lati, compressi, ad basin late connexi, nunc incisi, nunc integri, acuti l. obtusiusculi.

Ad ramos betulignos atque alneos non raro. Subpersistens.

Trib. II. RESUPINATUS. Effusi, resupinati, immarginati. Dentes venis reticulatis concatenati, unde hymenium in ambitu subvenoso-dentatum.

5. *I. cerasi Fr.* Effusus, junior orbicularis, dein confluens, albus, ambitu tomentoso, niveo; dentibus poroso-sinuosis, dentato-laceratis.

I. CERASI FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 146. — POLYPORUS CERASI FR. *Syst. Myc.* 1. *p.* 382. — HYDNUM CERASI DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 36. — SISTOTREMA CERASI PERS. *Syn. Fung. p.* 552. — *Fr. Observ. myc.* 2. *p.* 267.

Subiculum arcte adnatum. dein irregulariter expansum, ambitu eleganter niveo-tomentoso. Dentes difformes, obliqui, inaequales.

Digitized by Google

Ante duodecim annos, pauca exempla adultiora ad truncum vetustum, semiemortuum *Pruni Cerasi*, in horto nostro legi. Initio Octobr.

6. *I. candidus Weinm.* Effusus, arcte adnatus, tenuis, candidus, fibrosus, ambitu byssino; dentibus seriatim positis, compressis, integris l. incisis, glabris, pallidis.

Xylodon candidum Ehrenb. *Sylv. myc. Ber. p.* 19 *et* 30. Systotrema candidum Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 199. — Hydnum candidum Schlecht. *Fl. Ber.* 2. *p.* 197.

Junior totus candidus, dein pallescens, ambitu semper albo-byssino-radiatus; subvenoso-dentatus, 2 — 3′ long., 1′ fere lat. Dentes plus minus lati, compressi, vix ½″ alti, apice saepius incisi, et nunquam spathulati.

In ramulo dejecto, pauca exemplaria semel in horto nostro legi; autum. an. 1833.

7. *I. obliquus Fr.* Late effusus, arcte adnatus, albo-pallens, ambitu subbyssino, tuberculato-dentato; dentibus basi compressis, inaequalibus, villosis.

I. obliquus Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 147. — Hydnum obliquum Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 424. — Systotrema obliquum Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 197.

Subiculum tenue (sed in cortice vetusto, inaequabili *Betulae albae* etiam crassiusculum vidi), subinde frustulatim solubile. Hymenium in locis verticalibus exacte in aculeos basi late connatos abit.

In cortice, praesertim vetusto betuligno, sed raro. Persistens.

Digitized by Google

8. *J. deformis Fr.* Effusus, adnatus, albido-pallens, ambitu pubescente, candido; dentibus porosis, apice digitato-incisis, acutis.

J. DEFORMIS FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 147. — HYDNUM PSEUDO-BOLETUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 424.

Subiculum tenue, inaequaliter diffusum. Pori apice plus minusve in dentes inaequales, subinde fimbriatos, abeunt.

Ad ramos crassum dejectum *Betulae albae* semel. Autum.

## Subordo IV. AURICULARINI.

Hymenium papillosum l. laeve.

### XII. THELEPHORA Ehrh.

AGAR. *ord. VIII. ad part.* MICH. *gen. p.* 124. — HELVELLAE *Species* LINN. *et aliorum.* — AURICULARIA BULL. *Champ. II. I. p.* 277. — VENT. *Tabl. du Regn. Vég. II. p.* 20. — THELEPHORA PERS. *Syn. Fung. p.* 565. — NEES. *Syst. p.* 245. — THELEPHORA, MERISMA, CONIOPHORA, ATHELIA. PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 83 — 159. — PEZIZAE et CLAVARIAE *spec. ibid.*

Hymenium cum pileo homogeneum et concretum, papillis subrotundis, obtusis, sparsis obsitum l. omnino

laeve, undique ascigerum. Asci subimmersi, tenues, raro obsoleti.

Trib. I. MESOPUS. Pileus integer, subcentralis, stipitatus. *Terrestres.*

1. *Th. undulata Fr.* Pileo coriaceo-membranaceo, subinfundibuliformi, subzonato, subalutaceo, margine fimbriato, glabro, subtus dilutiore; stipite solido, albido-cinerascente, villosiusculo.

Th. undulata Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 164. — Cantharellus undulatus Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 321. (*excluso* Merulio crispo Pers.). — Merulius undulatus Pers. *Syn. Fung. p.* 492. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 20. — Elvella floriformis Schaeff. *tab.* 278. — Helvella crispa Bull. *Champ. tab.* 465. *fig.* 1. (*Figurae minores cum fungis nostris bene conveniunt*). — Cantharellus fimbriatus Weinm. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 99.

Pileus 1—4 lat., integer l. lobulatus, margine deflexo. Stipes 2—4″ long., tenuis, valde tenax.

In locis deustis, muscis (*Dicrano purpureo Linn.*) obductis, semel. Augusto.

2. *Th. caryophyllaea Fr.* Pileo coriaceo, depresso, fusco-purpureo, fibroso-lacero, margine inciso, subtus glabriusculo. Fr.

Th. caryophyllaea Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 430. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 166. Elvella caryophyllaea Schaeff.

*tab.* 325. — Th. caryophyllaea Nees. *Syst. tab.* 34. *fig.* 250.

Tenax, 1—1½′ alta. Pileus ½—1′ lat., superne fibroso-floccosus.

In sylvis muscosis pauca exemplaria hactenus inveni. Autum.

Trib. II. MERISMA. Pileus stipesque confusi, in ramos compressos l. tuberculosos abeuntes. *Terrestres.*

3. *Th. palmata Fr.* Erecta, purpureo-fusca, subpubescens, multipartita; ramis complanatis, varie partitis, apice albo-marginatis.

Th. palmata Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 432. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 167. — Merisma foetidum Pers. *Syn. Fung. p.* 584. Merisma palmatum Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 157.

Foetida et 1—2′ alta. Ramuli valde conferti, omnes ad basin in stipitem brevem coaliti, plerumque oblongi l. cuneiformes, apicibus plus minusve obtusis atque fastigiatis. Stipes (quando praesens) 3—5″ long., tomento fusco-griseo dense vestitus.

In pinetis ad terram humidam non rara. Aestate, autumno.

Trib. III. APUS. Pileus sessilis, determinatus, marginatus.

A. Phylacteria sive autumnales. Subcarnosae; contextu fibroso, setulis quaternis, fusco-purpureis. *Terrestres l. incrustantes, vegetatione autumnales.*

Digitized by Google

4. *Th. terrestris Ehrh.* Compacta, subdifformis, incrustans, ferrugineo-fusca; pileis fibroso-squamosis, depressis, margine laciniato, crispo.

Th. terrestris Ehrh. — *Fr. Syst. myc.* 1. *p.* 431. — *Elench. Fung. p.* 170. — Pers. *Syn. Fung. p.* 566. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 113. — Nees. *Syst. tab.* 34. *fig.* 251. — Mart. *Fl. mosq. p.* 244. — Buxb. *Cent.* 5. *p.* 3. *tab.* 3. *fig.* 2. — Agaricus tristis Batsch *Elench. Fung. tab.* 24. *fig.* 121. — Auricularia caryophyllaea Bull. *Champ. tab.* 278 *et tab.* 483. *fig.* 6—7. (*optime!*).

Suberoso-coriacea, rigida, adulta nigrescens, basi in unum corpus crassum concrescens, 2—3½′ lata. Pilei imbricati, versus centrum diminuentes. Hymenium villosum, striato-subplicatum.

b. pileo squarroso-imbricato, margine albescente.

In pinetis et fructicetis ad terram et in truncis deseccatis putrescentibus frequens. Prope Mosquam (Martius).

5. *Th. atra Weinm.* Subdecumbens, distorta, incrustans, tuberculosa, extus intusque atra, albido-pruinosa; ramis variis, subcompressis, apice lobatis, albo ciliatis.

Caespites varie formatae, 2—3″ latae et corpora vicina incrustantes. Junior tota albido-pruinosa, dein atra, undique subvillosa, subcarnosa, tenax. Ramuli 2—3″ lati, varie incisi.

In umbrosis ad terram in horto Imperiali zarskoeseliensi. Autumno serotino.

Digitized by Google

6. *Th. laciniata Pers.* Coriacea, sicca, ferrugineo-fusca, incrustans, pileis dimidiatis, fibroso-squamosis, margine acuto, laciniato, crispo, fimbriato.

Th. laciniata Pers. *Syn. Fung. p.* 567. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 431. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 170. — Th. caryophyllaea *β.* Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 112. — Helvella caryophyllaea Bolt. *Fung. tab.* 173. — Th. mesenteriformis *Fl. Dan. tab.* 1198.

Semper sessilis, saepe ramos undique incrustans, valde sicca et fere membranacea, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}'$ lata, junior albida, dein, praesertim in hymenio, ferrugineo-fusca. Papillae confertae.

Ad terram et ramos dejectos haud frequens. Septemb.

B. Stereum. Coriaceo-rigidae, contextu extus crustaceo, intus filamentoso, laete colorato, setulis solitariis, ferrugineis. *Lignatiles, vere revivescentes.*

7. *Th. rubiginosa Schrad.* Imbricata, concrescens, firma, rigida, subfasciata, rubiginoso-spadicea, margine pallidiore, subtus papillosa, dilute fuligineo-velutina.

Th. rubiginosa Schrad. — *Fr. Syst. mc.* 1. *p.* 436. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 172. — Pers. *Syn. Fung p.* 567. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 120. — Fl. Dan. *tab.* 1619. *fig.* 2. Auricularia ferruginea Bull. *Champ. p.* 281. *tab.* 378. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 104. — Stereum rubiginosum Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 155.

Arcte imbricata, basi concrescens, valde rigida, magnitudine varia, $\frac{1}{2}$—3′ lata, junior velutina, adultior

glabrata et fere nigrescens. Subſtantia filamentoſa, fulvo-ferruginea.

Ad truncos betulignos semel ad montem Duderhov; ad truncos quercinos in Rossia minori (Dr. Bongard). Perennis.

8. *Th. cotyledonea Fr.* Arcte imbricata, basi varie connata; pileis coriaceis, luteſcentibus, azonis, dense tomentosis, margine incurvis, obtusis, subtus fuscescente alutaceis, subsericeis, laevibus.

Th. cotyledonea Fr. *in lit.*

Pilei breves, 2—5″ lati, fere membranacei. Contextus biformis. Stratum superius subcompactum, nigrescens, interius filamentosum, albidum. Hymenium subpruinatum.

Ad truncum vetustum *Betulae albae* semel. Septemb.

9. *Th. tabacina Fr.* Effuso-reflexa, membranacea; pileis uniserialibus l. imbricatis, ferrugineis, margine auratis, villoso-sericeis, subzonatis, subtus pubescentibus.

Th. tabacina Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 437. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 273. — Pers. *europ.* 1. *p.* 118. *a chrysoloma.* — Th. variegata Pers. *ib. p.* 119. — Th. ferruginea Pers. *Syn. Fung. p.* 569. — Mart. *Fl. mosq. p.* 244. (*excluso synon.* Fl. Dan.) — Helvella nicotiana Bolt. *Fung. tab.* 174. (*exactissime*). Stereum ferrugineum Fr. *Observ. myc.* 2. *p.* 274.

Species perelegans! — Plerumque ramulos longitudinaliter ambiens, undique libera, sed etiam imbricatim

crescens. Pileus 3—6″ latus, margine, praesertim in prima aetate, eleganter auratus, repandus, flexuosus et crispatus. Substantia tenuis, aurata. Hymenium pallide ferrugineum, setulis subrufo-micantibus obsitum.

In ramulis dejectis *Coryli Avellanae* ad montem Duderhov. Sero autumno.

Trib. III. AURICULARIA. Subcoriaceae, contextu floccoso, pallido, setulis pellucidis aut inconspicuis. *Lignatiles, haud revivescentes.*

1. Coriaceae. Coriaceae, tenaces; hymenio laevi, primitus glabro. *Effuso-reflexae.*

10. *Th. rugosa Pers.* Late effusa; pileo coriaceo, crasso, rigescente, breve reflexo, demum glabro, subspadiceo; hymenio lutescente, subcruentato Fr.

Th. rugosa Pers. *Syn. Fung. p.* 569. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 127. — *Fr. Syst. myc.* 1. *p.* 439. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 177. — Th. corylea, peltata, rudis, pachyderma Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 126. (*secundum sententiam Celeb. Fries huc pertinent*).

Inordinate effusa, rigida, crassa, saepe valde rimosa. Pilei 2—3″ lati, juniores fusco-l. spadiceo-tomentosi, dein magis glabrescentes. Substantia albida. Hymenium (in exemplaribus collectis) albidum l. alutaceum.

Ad cortices vetustos *Betula albae.* Per annum.

11. *Th. versicolor var. caucasica Weinm.* Pileo tenui, membranaceo, basi in stipitem brevem porrecto, plano, griseo-

Digitized by Google

hirsuto, spadiceo-zonato, margine repando, acuto, subtus pallide-alutaceo.

Fungus gracilis et elegans! Pileus ½—1¼′ lat., semicircularis, margine stricto et valde tenui. Hirsuties demum in zonis evanescit et nitentes evadunt. — An *Th. versicolor β.* fasciata Fr. Elench. Fung. 1. p. 175? descriptio atque definitio saltim non obstant.

In truncis ad Caucasum. (V. s. in herb. Acad. scien. Petrop.)

12. *Th. hirsuta Willd.* Effuso-reflexa, coriacea; pileis strigoso-hirsutis, zonatis, subtus laevibus, glabris, lutescentibus.

Th. hirsuta Willd. Fr. *Syst. mycol.* 1. *p.* 439. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 178. — Pers. *Syn. Fung. p.* 570. *Mycol. europ.* 1. *p.* 116. — Auricularia reflexa Bull. *Champ. tab.* 274. — Boletus auriformis Bolt. *Fung. tab.* 82. *fig. sinistra.* — Mart. *Fl. mosq. p.* 245. (*excluso synon.* Fl. Dan.). — Th. papyracea Fl. Dan. *tab.* 1199. — Mich. *gen. tab.* 66. *fig.* 2.

Plus minusve imbricata, basi saepe longe lateque effusa, firma. Pilei ½—1′ lati.

Ad truncos arborum frondosarum frequens. Prope Mosquam (Martius). Per annum.

*β. pulchella Weinm.* Pilei plerumque latere affixi, rarissime basi parum effusi, firmi, rigidi, margine tenues, acuti, convexi, circulares, tomento denso, griseo obtecti, margine lato lutescente-tomentosi, zonati, zonis subconcoloribus, depressis, ½—1¾′ lati. Hymenium

alutaceo-pallidum, albo-pruinatum, laeve. Substantia longitudinaliter fibrosa, alba. — An Spec. propria?

Ad truncum vetustum, semiemortuum *Betulae albae* semel autum. an. 1834. copiose legi.

13. *Th. ochroleuca Fr.* Effuso-reflexa, submembranacea, striata, pubescens, subtus glabra, ochracea. Fr.

Th. ochroleuca Fr. *Observ. myc.* 2. *p.* 276. — *Syst. myc.* 1. *p.* 440. — Auricularia pallida Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 398.

Cum hanc speciem in statu incompleto tantum viderim, plura quae dicam non habeo.

Semel ad truncum vetustum *Betulae albae* ante plures annos, autumno serotino, legi.

14. *Th. purpurea Schum.* Effuso-reflexa, imbricata, coriaceo-mollis, zonata, strigoso-hirsuta, subtus glabra, purpurea. Fr.

Th. purpurea Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 398. — *Fr. Syst. myc.* 1. *p.* 440. — Fl. Dan. *tab.* 534. (*fungum nostrum bene sistit!*). — Auricularia reflexa Bull. *Champ. tab.* 483. *fig.* 1—5. — Th. vorticosa Fr. *Observ. myc.* 2. *p.* 275.

Mox intricato-concrescens, mox basi effusa, tenax. Pilei convexo-undulati, $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}'$ lati. Zoni depressi, fuscescentes. Hymenium laeviusculum.

*β. betulina Fr.* Effuso-reflexa, imbricata, subinde subzonata, villoso-tomentosa, alba, subtus fusco-purpurea.

Ad truncos arborum frondosarum passim. Aug. — Octob.



Digitized by Google

15. *Th. sanguinolenta Alb. et Schw.* Subeffuso - reflexa, tenuis, junior peltaeformis, subimbricata; pileis sericeis, albido-pallescentibus, tactu cruentatis; subtus albido-cinerea, glabra.

Th. sanguinolenta Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 271. Fr. *Syst. mycol.* 1. *p.* 440. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 178. Th. crispa Pers. *Syn. Fung. p.* 568. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 122. — Th. hirsuta *β.* Pers. *Syn. Fung. p.* 570. — Th. sericea *β.* Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 117.

Pilei 2 — 4″ lati, adpresso-sericei, substriati.

Ad truncos pineos perrara. Persistens.

## 2. Subcartilagineae ceraceaeve.

*Ceraceae, molles, extus villosae, pallidiores.

16. *Th. evolvens Fr.* Resupinata, submarginata, extus (subtusve) tomento pallido floccosa; hymenio ceraceo, azono, nudo, subrugoso, fusco-expallente. Fr.

Th. evolvens Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 154. *tab.* 4. *fig.* 5. *Syst. myc.* 1. *p.* 441. — Fl. Dan. *tab.* 840. *fig.* 1.

Formam, cum tab. citata Fl. Dan. optime convenientem prope Petrop. legit Dr. Bongard. — Erumpens, fere pezizaeformis, 1 — 4″ lata l. longa, extus pallide tomentoso-floccosa. Hymenium aut subfuscum aut griseo-expallens.

Supra corticem in ramis alneis aliquoties. Autum.

Digitized by Google

b. late effusa, superne marginata, plus minus pileato-reflexa, hymenio carneo-fuscescente. Fr.

Pilei mox arcte-, mox remote-imbricati, 2—5″ lati, fuscescente albido-tomentosi, subzonati, margine involuti. Hymenium pruinatum.

Ad truncos et ramos betulignos, passim. Aug. — Octob.

17. *Th. juniperina Fr.* Resupinata, margine tenui, pallido, inflexo, pubescente, cupulari; hymenio rugoso, carneo-cinereo. Fr.

Th. juniperina Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 183.

Ad ramos *Juniperi communis* semel. (Exemplaria collecta perierunt.)

18. *Th. sarcoides Fr.* Ex cupulari explanata, subcarnosa, subtus libera, adpresse-villosa, alba; hymenio obscure carneo, in centro tuberculoso, siccitate rimoso expallente. Fr.

Th. sarcoides Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 185. — Th. cruenta Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 444. — Th. cruenta *β.* Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 277.

Species pulchra, junior cupulaeformis, dein magis explanata l. elongata, margine plus minusve involuta, extus leviter albo-sericea, 2—6″ lata. Substantia mollis, crassiuscula.

b. tota effusa, margine parum elevata, 3—6′ longa, ½—1′ lata, margine subinvoluto, albido, irregulari.

Ad ramos crassiores, dejectos *Betulae albae* hinc inde. Aug. — Octobr.

Digitized by Google

19. *Th. salicina Fr.* Resupinato-adnata, cupulaeformis l. varie formata, àmbitu involuto, extus villo delicato tecta, albida; hymenio glaberrimo, sanguineo-rubro.

Th. salicina Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 442. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 186. — Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 968. — Peziza sarcoides Wahlenb. *Fl. lapp. p.* 534.

Pulchella atque delicata species! Plerumque cupulaeformis, ½—4″ lata, sed etiam inordinate effusa, ambitu tantum parum elevata in uno eodemque ramo. Exsiccata valde inflexa et flexuosa.

In ramis Salicum haud infrequens. Autum.

** Subpeltatae, cartilagineae, explanatae, hymenio demum pruinato, extus obscuriores.

20. *Th. quercina Pers.* Resupinata, subtus libera, nigrescens, coriacea, margine involuta; hymenio subpapilloso, glabro, dilute carneo.

Th. quercina Pers. *Syn. Fung. p.* 573. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 124. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 442. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 186. — Nees. *Syst. tab.* 34. *fig.* 253. — Mart. *Fl. mosq. p.* 245. Auricularia corticalis Bull. *Champ. tab.* 436. *fig.* 1.

Longitudinaliter effusa (in exemplaribus a me visis, a Celeb. *Dr. Bongard* in Rossia minori collectis), l. irregulariter atque late effusa (in exemplaribus caucasicis), subtus demum umbrino-nigrescens, pubescens, margine plus minus involuta. Hymenium subrugosum et rimosum.

Digitized by Google

Ad truncos quercinos in Rossia minori (Dr. Bongard); ad Caucasum (herb. Acad. scien. Petrop.); prope Mosquam (Martius). His in regionibus mihi semel tantum obvia ad ramos betulignos in horto Imperiali Gatschinensi. Septemb.

21. *Th. pini Schleich.* Resupinata, glabra, peltata, demum bullata, purpureo-fuscescens; hymenio subpruinato. Fr.

Th. pini Schleich. — Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 154. — *Syst. myc.* 1. *p.* 443. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 187. — Th. abietina *β.* pinea Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 276.

Plerumque orbicularis, ½—2″ fere lata, subtenuis, exsiccata margine involuta l. elevata. Papillae satis magnae, irregulares.

Ad corticem *Pini sylvestris* semel. Persistens.

3. Suberosae, firmae, persistentes, haud vero perennes.

22. *Th. abietina Pers.* Resupinata, margine sublibera, subelevata, firma, inferne subtomentosa, dilute-umbrina, superne fusco-purpurascens.

Th. abietina Pers. *Syn. Fung. p.* 573. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 122. — Fr. *Syst. mycol.* 1. *p.* 442. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 188. — Stereum abietinum Fr. *Observ. myc.* 2. *p.* 274.

Primo subrotunda, albida, peltata, dein longitudinaliter confluens. Hymenium subvelutinum, exsiccatum rimosum.

Ad ramulos *Pini abietis* semel. Autum.

Digitized by Google

23. *Th. disciformis DC.* Resupinata, subrotunda, subtus libera, pubescens, sordida, supra papillosa, alba. Fr.

Th. disciformis DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 31. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 443. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 189.

Subrotunda, 2—5″ lata l. oblongiuscula, centro adnata, coriacea, primo plana, dein margine plus minus involuta, subtus longitudinaliter sericea, subzonata. Hymenium subpubescens, demum glabrum, papillis hinc inde prominulis.

Ad ramulos *Betulae albae* prope Petropolim legit hanc pulchellam speciem Cl. Dr. Bongard. (V. s. in herb. Acad. scien. Petrop.)

Trib. IV. RESUPINATUS. Semper resupinatae, effusae, immarginatae.

* Hymenio ex ascis sporidiisve erumpentibus manifeste pulveraceo.

Subtrib. I. Coniophora. Mucedineae, annuae, sed reviviscentes. Hymenium subferrugineo-pulveraceum.

24. *Th. puteana Schum.* Subrotunda, cartilagineo-carnosa, flavescens, dein fulvo-olivacea, postremo fusco-olivaceo-pulveracea, ambitu byssino, albo; hymenio subundulato. Fr.

Th. puteana Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 397. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 448. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 194. (*exactis-*

Digitized by Google

*sime!*). — Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 144. — Fl. Dan. *tab.* 2035.

Ad ligna pinea fabrefacta humida. Autum.

*β. areolata Fr.* Centrifugo-effusa, carnosa, succosa, concentrice tuberculosa, alutacea, ambitu determinato, submucedineo. Fr. l. c.

Semel vidi in latere interiore tecti vetusti copiosissime, per totam aestatem in serum autumnum.

*δ. colliculosa Fr.* Undulato-colliculosa, pallescens, colliculis uno latere pulvere subumbrino adspersis. Fr. l. c.

Longe lateque serpens ad urnas e ligno quercino l. pineo factas atque colore oleoso oblinitas, in quibus arbores Aurantiorum coluntur, a mense Aug. per totam hyemem in ver usque.

E tabularum rimis oriuntur initio floccae sericeo-gossypinae, molles, satis crassae, inaequales, saepe 3—6′ longae, primitus siccae, dein humidae, postea interdum sublacrimantes, e quibus demum expanditur per longam latamque seriem membrana crassiuscula, albida, submicans, colliculosa l. subundata, ambitu albo-fimbriante, initio arcte adnata, deinde frustulatim solubilis. Colliculorum declivitates semper pulvere subumbrino adspersae sunt.

25. *Th. arida Fr.* Effusa, membranacea, adnata, levissima, setuloso-pulveracea, umbrino-ferruginea, ambitu albicante. Fr.

Digitized by Google

Th. arida Fr. *Elench. Fung. p.* 197.

Longe lateque effusa, primo arcte adnata, dein frustulatim separabilis, ambitu albo-radiante. Junior pallescens, dein ferrugineo-pulveracea.

In lignis pineis fabrefactis ad terram humosam dejectis parce. Autum.

26. *Th. centrifuga Weinm.* Effusa, coriacea, sicca, obscure ferruginea, subtus nigra, e centro radiato-zonatoque colliculosa, ambitu concolore.

Initio semper orbicularis, 2—4′ lata, dein cum vicinis confluens, crassiuscula, firma, valde sicca, laxe adnata, tota solubilis, per omnem aetatem obscure ferruginea, dense setuloso-pulveracea, praesertim in centro valde colliculosa, subtus nigra l. potius atra, subpubescens.

Ad ligna pinea fabrefacta sub dio per tres menses autumnales an. 1833. hunc memorabilem fungum sedule observavi.

27. *Th. ferruginea Pers.* Late effusa, arcte adnata, crassiuscula, mollis, ferruginea, undique floccoso-tomentosa, medio pulveraceo-tomentosa, ambitu concolori.

Th. ferruginea Pers. *Syn. Fung. p.* 578. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 141. — Fr. *Elench. Fung* 1. *p.* 198. — Th. ferruginosa Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 280. Th. Personii DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 107. — Hypochnus ferrugineus Fr. *Observ. myc.* 2. *p.* 280.

Ad truncum decorticatum *Pyri aucupariae* semel copiose. Autum.

28. *Th. umbrina Fr.* Effusa, mollis, undulata l. tuberculosa, umbrina, subtus villosa, arcte adnata, ambitu brevi radiante; hymenio ferrugineo-pruinoso. Fr.

Th. umbrina Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 199. — Th. umbrina *β.* lignatilis Alb. et Schw. *Consp. p.* 281.

Supra radices vetustas, putridas åbiegnas semel. Autum.

Subtrib. II. Himantia. Effusae, subbyssinae, subtus villosae, et saepius fibrillis araneosis adpressis sericeae. Ambitus fibrillosus.

a. Himantiae verae.

29. *Th. fusca Fr.* Effusa, adnata, mollis, nuda, subfusca, ambitu tenui, dilutiori subtusque tomentosa; hymenio subrugoso, setulis obscurioribus. Fr.

Th. fusca Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 451. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 201. — Th. vinosa Pers. *Syn. Fung. p.* 578. — Hypochnus fuscus Fr. *Observ. myc.* 2. *p.* 280.

Ad ligna pinea mucida, perrara. Autum.

30. *Th. rosea Fr.* Effusa, adnata, pruinata, rosea, eleganter rimosissimo-rivuloso; ambitu fimbriante, albo. Fr.

Th. rosea Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 451. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 203. — Pers. *Syn. Fung. p.* 575. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 131. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 31. — Himantia Rosae Fr. *Observ. mycol.* 1. *p.* 211.

Semel tantum ad ramum crassum putrescentem *Populi Tremulae.* Autum.

31. *Th. sanguinea Fr.* Effusa, laevis, glabra, incarnata, ambitu byssino, fibrilloso; subtus araneosa, sanguinea. Fr.

Th. sanguinea Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 203.

Ad ligna dejecta pinea carie consumta semel. Autum.

32. *Th. sulphurea Pers.* Effusa, fibrilloso-byssina, laete sulphurea; hymenio subfulvo, setulis albidis. Fr.

Th. sulphurea Pers. *Syn. Fung. p.* 579. — Fr *Syst. myc.* 1. *p.* 452. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 204. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 34. — Himantia sulphurea Pers. *Syn. Fung. p.* 703. — Ozonium croceum Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 86. — Himantia ochracea Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 210. (*De ceteris synon. hujus speciei vide* Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 159.)

Ad ramum dejectum decorticatum *Pyri Aucupariae* semel. Autum.

33. *Th. lactea Fr.* Effusa, membranacea, tenuis, lactea, subtus fibrosa, ambitu fibrilloso. Fr.

Th. lactea Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 452. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 205.

Late et irregulariter effusa, tenuis, mollis, exsiccata albido-pallens atque valde rimosa.

Ad truncos varios hinc inde. Autum.

34. *Th. laevis Pers.* Effusa, membranacea, laevis, pallida, subtus araneoso-tomentosa, alba. Fr.

Th. laevis Pers. *Syn. Fung. p.* 575. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 451. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 206. — Th. papyracea Mart. *Fl. mosq. p.* 245. — Pers *Mycol. europ.* 1. *p.* 130. (Th. laevis.)

Ad ramos variarum arborum frequens. Autum.

Digitized by Google

b. Species desciscentes.

35. *Th. odorata Fr.* Maxima, suberosa, rigida, contigua, laevis, utrinque glabra, pallida. Fr.

Th. odorata Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 445. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 207. — *Observ. myc.* 1. *p.* 151. — Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 130.

Ad truncos emortuos *Pini Abietis* raro. Persistens.

36. *Th. aspera Pers.* Orbicularis, demum confluens, tenuis, rimosa, candida, ambitu villosiuscula, setulis divergentibus, subrigidis aspera.

Thelephora aspera Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 153. *tab.* 6. *fig.* 5. (*sed color nimis cinereus*). — Th. setigera *c.* Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 209.

In ramulis dejectis alneis? semel. Septembri.

Subtrib. III. Ceraceae. Arcte adnatae, contextu flocculoso (haud fibrilloso), ambitu subnudo.

37. *Th. gigantea β. latissima Fr.* Latissime effusa, primo albido-hyalina, postea alutaceo-glauca, tuberculosa, sicca, ambitu elevato, spinuloso-radiato.

Th. gigantea *β.* latissima Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 214. Th. grisea Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 149.

Ad cortices abiegnos semel. Sero autum.

38. *Th. incrustans Pers.* Effusa, subcarnosa, rugosa, (valde) tuberculosa, pallida, ambitu subfibroso. Fr.

Th. incrustans Pers. *Syn. Fung. p.* 577. (*cum* Th. sebacea). — *Mycol. europ.* 1. *p.* 135. — Mart. *Fl. mosq*

Digitized by Google

*p.* 245. — Merisma serratum Pers. *Syn. Fung. p.* 583. *Mycol. europ.* 1. *p.* 156 *et* 159.

In sylvis ad terram quisquilia incrustans; parce. Aestate exeunte.

b. *caldariorum Weinm.* Indeterminata, glabra, mollis, sordide alba, primo e fibrillis irregularibus, stalactitiformibus constans, deinde compactior et papillas irregulares sparsasve emittens.

In caldariis nostris saepe totam superficiem corticis coriarii vetusti, humidi una cum superficie ollarum tegit. Tenuis, humida, primitus candida, dein sordide-alba et in statu sicco lutescens. Sub lente observata formas stalactiticas elegantissimas exacte repraesentat.

39. *Th. calcea Fr.* Effusa, ceracea, arcte adnata, glaberrima, laevis, sicca rimosa, albida, ambitu similari. Fr.

a. lactea Fr.

b. argillacea Fr.

Th. calcea Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 215.

Ad truncos et ramos crassiores decorticatos semel. Persistens.

40. *Th. ochracea Fr.* Effusa, adnata, ceracea, glabra, subochracea, ambitu albo, subradiante, evanescente. Fr.

Th. ochracea Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 446. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 216. — *Observ. myc.* 1. *p.* 151. — Th. fallax *β.* Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 277. — Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 137. (Th. ochracea).

Digitized by Google

Ad ligna pinea vetusta, putrida passim. Aest. autum. Subpersistens.

41. *Th. granulosa Pers.* Effusa, tenuis, glabra, papillis minutis, confertis, prominulis granulosa. Fr.

Th. granulosa Pers. *Syn. Fung. p.* 576. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 279. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 446. *Elench. Fung.* 1. *p.* 217.

Ad ligna pinea perrara. Septemb.

42. *Th. serialis Fr.* Elongata, carnoso-membranacea, glaberrima, subtestacea, albido-pruinosa, papillis sparsis, difformibus. Fr.

Th. serialis Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 445. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 217.

Ad truncos pineos prostratos haud frequens. Autum.

43. *Th. livida Fr.* Effusa, glaberrima, tenuis, subviscosa, livida coerulescensve, papillis sparsis. Fr.

Th. livida Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 447. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 218. — *Observ. myc.* 2. *p.* 276. — Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 148.

Ad ligna pinea decorticata semel. Augusto.

44. *Th. confluens Fr.* Subrotunda, confluens, adnata, ambiens, submembranacea, recens hyalina, ambitu albo; hymenio nudo, pallido. Fr.

Th. confluens Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 447. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 218. — *Observ. myc.* 1. *p.* 152. — Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 136.

Ad ramos *Betulae albae.* Autum.

Digitized by Google

45. *Th. incarnata Pers.* Ceracea, adnata, confluens, ambiens; hymenio laete colorato, pruina subcarnea, tenuissima adsperso. Fr.

Th. incarnata Pers. *Syn. Fung. p.* 573. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 130. *a.* — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 444. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 219. (*ubi cetera synon.*).

Ad ligna et cortices passim. Autum.

46. *Th. alutacea Pers.* Late effusa, suborbicularis, disco rugosa, alutaceo-carnea, margine (ambitu) latiusculo, laevi, albido. Pers.

Th. alutacea Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 128.

Ad cortices vetustos *Betulae* semel. Septemb.

47. *Th. nuda Fr.* Ceracea, adnata, confluens, ambiens, carneo-expallens, ambitu glabro, hymenio pruina albida, fugaci adsperso. Fr.

Th. nuda Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 447. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 221. — Th. dichroa Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 133. — Th. castaneae *ib. p.* 132.

Ad ramos *Betulae albae* parce. Persistens.

48. *Th. cinerea Pers.* Subceracea, adnata, confluens, ambiens, sublurida, ambitu subradiante; hymenio pruina cinerascente tenuissima, fugaci adspersa. Fr.

Th. cinerea Pers. *Syn. Fung. p.* 579. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 148. — Th. fraxinea *ib. p.* 145. — Th. Piceae *ib. p.* 123. — Th. pini DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 31. — Th. cinerea Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 453. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 221.

Ad ramos tiliaceos exemplaria pulchra legi. Autum.

Digitized by Google

49. *Th. polygonia Pers.* Grumoso-cartilaginea, adnata, ambiens, incarnata, sub pruina copiosa pallida, carneo-rubra. Fr.

Th. polygonia Pers. *Syn. Fung. p.* 574. — *Mycol europ.* 1. *p.* 132. — Fr. *Syst. mycol.* 1. *p.* 444. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 222. — Th. colliculosa Hoffm. *Fl. germ.* 2. *tab.* 6.

Ad ramos putridos dejectos *Populi Tremulae* perrara. Persistens.

Subtrib. IV. Leiostroma. Arcte adnatae, perennantes, ambitu nudo. Contextus subpulveraceus.

50. *Th. acerina Pers.* Crassiuscula, interrupta, dense papillosa, inaequabili, sicca, lactea, irregulariter expansa.

Th. acerina Pers. *Syn. Fung. p.* 581. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 152. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 453.

Ad corticem vetustum *Ulmi campestris* semel. Persistens.

51. *Th. bufonia Pers.* Arcte adnata, orbicularis, confluens, floccoso-furfuracea, umbrina, expallens. Fr.

Th. bufonia Pers. *Syn. Fung. p.* 578. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 144. — Th. pusilla *ib. p.* 145. — Th. monosthelia *ib.* — Th. bufonia Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 225.

Ad corticem *Betulae albae.* Prope Mosquam. (Herb. Acad. scien. Petrop.)

# XIII. PHLEBIA Fr.

*Syst. myc. I. p.* 426. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 83. — *Elench. Fung. I. p.* 153. — Ricnophora Pers. *Mycol. europ.* 2. *p.* 7. — Phlebia *ib. p.* 8. — AuricularIAE *species ib.* 1. *p.* 97.

Hymenium vage l. interrupte plicatum. Asci immersi. Sporidia solitaria, albida. Fr.

Trib. I. APUS. Pileus sessilis, lateralis.

1. *Ph. mesenterica Fr.* Subimbricata, coriaceo-mollis, subgelatinosa; pileis dimidiatis, villosis, fasciatis, fuscescente-griseis, subtus plicatis, fusco-violaceis. Fr.

Ph. mesenterica Fr. *Elench. Fung.* 1. *p.* 154. — Mich. *gen. tab.* 66. *fig.* 4. — Auricularia tremelloides Bull. *Champ. p.* 278. *tab.* 290. — Thelephora mesenterica Pers. *Syn. Fung. p.* 571. — Sobol. *Fl. pet. p.* 312. — Helvella mesenterica Bolt. *Fung. tab.* 172. Auricularia mesenterica Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 92. Thelephora purpurea Mart. *Fl. mosq. p.* 245. — Oncomyces mesentericus Klotsch *Herb. viv. myc.* 1. *nro.* 45.

Pilei adulti virore obducti, 1—1½′ lati, margine ob tenuitatem involuti.

Ad truncos vetustissimos *Betulae albae* aliquoties legi. Sept.

Trib. II. RESUPINATUS. Pileus obliteratus; resupinatus.

2. *Ph. merismoides Fr.* Effusa, incrustato-ramulosa, carneo-rubra, subtus villosa, alba, margine aurantio-pilosa; plicis rectis. Fr.

Phlebia merismoides Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 427. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 154. — Merulius merismoides Fr. *Observ. myc.* 2. *p.* 235.

Supra muscos et alia quisquilia putrida bis legi. Aug. Sept.

3. *Ph. radiata Fr. a.* Orbicularis, dein confluens, utrinque glabra, obscure carnea; plicis confertis, seriatis, versus ambitum liberum, brevem, radiatum evanescentibus. Fr.

Ph. radiata Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 427. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 154. *a.*

Ad cortices *Betulae albae*, semel. Autum.

4. *Ph. contorta Fr.* Effusa, membranacea, utrinque glabra, fusco-rubra, laxe adnata; plicis distantibus, irregularibus, subflexuosis. Fr.

Ph. contorta Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 427.

Ad truncos vetustos semiputridos *Pyri aucupariae* aliquoties. Aug. Sept.



Digitized by Google

## Ordo. II. ELVELLACEI.

Hymenium superum, ascigerum. Fr.

Trib. I. MITRATI. Receptaculum pileiforme, numquam clausum. Hymenium immarginatum. Fr.

### XIV. MORCHELLA Dill.

Boletus et Phallo-Boletus Mich. *gen. p.* 202. 303. — Phalli *species* Linn. *et alior.* — Morchella DC. *Fl. fr. II. p.* 212. — Nees. *Syst. p.* 167. — Fries. *Syst. mycol. II. p.* 5. — *Syst. Orb. vég. I. p.* 84. — Spreng. *Syst. vég. IV. I. p.* 377. *et* 490.

Receptaculum clavatum l. pileatum, rotundatum, centro impervium, suffultum, supra hymenio tectum. Hymenium costis elevatis cellulosum l. lacunosum, persistens.

1. *M. esculenta Pers.* Pileo ovato, obtuso, basi adnato; costis firmis in areolas anastomosantibus; stipite laevi, aequali l. sursum attenuato, subcavo.

M. esculenta Pers. *Syn. Fung. p.* 618. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 206. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 6. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 1. — Mart. *Fl. mosq. p.* 246. — Phallus esculentus Linn. *suec. nro.* 1262. — Sobol. *Fl. pet. p.* 315. — Friebe *oeconom.-techn. Fl. p.* 306. — Schaeff. *tab.* 199. (298. 299. 300.) — Bull. *Champ. p.* 273. *tab.* 218. — Bolt. *Fung. tab.* 91. — Pall. *Russ. Reis.* 1. *p.* 44. — M. esculenta Lenz *Abbild. p.* 101. *tab.* 14. *fig.* 59. 60.

Digitized by Google

a. *rotunda.*

Albido-pallida aut flavescens; pileo areolisque rotundis. — Pers. *l. c.* — Mich. *gen. tab.* 85. *fig.* 2.

b. *vulgaris.*

Dilute-fuliginosa, exsiccata brunea; pileo ovali. areolis subquadrangulis. — Pers. *l. c.* — Mich. *gen. tab.* 85. *fig.* 2.

c. *conica.*

Brunea l. spadicea; pileo conico, areolis elongatis (rhomboideis). Fr. *l. c.* — Phallus esculentus Fl. Dan. *tab.* 53. — Morchella continua Trattin. *Fung. Aust. fasc.* 2. *tab.* 6. *nro.* 11.

d. *minima.*

Livida; pileo ovali, areolis elongatis quadrangulisque (3—4″ alta).

Hab. a, b, c: in graminosis et sylvaticis siccioribus interdum copiose. Vere. — d: in ollis tepidariorum pluries. Hyeme. — In Rossia minori (Dr. Bongard). Prope Mosquam (Martius). Prope Murom (Pallas). In Livonia (Friebe). — *Rossice*: Сморчокъ.

Digitized by Google

# XV. HELVELLA Linn.

FUNGOIDES FUNGIFORMIS MICH. *gen. p.* 204. — ELVELLAE l. HELVELLAE *sp.* LINN. — HELVELLA VENT. *Tabl. du Regn. vég. II. p.* 21. — BOLT. *Fung. I. p.* 5. (*ex parte*). — PERS. *Syn. Fung. p.* 614. — *Mycol. europ. I. p.* 209. — BULL. *Hist. des Champ. II.* 1. *p.* 287. — DC. *Fl. fr. II. p.* 93. (*ex parte*). — NEES *Syst. p.* 175. — FR. *Syst. myc. II. p.* 13. — *Syst. Orb. vég. I. p.* 85. SPRENG. *Syst. vég. IV.* 1. *p.* 377 *et* 489.

Receptaculum pileatum, centro suffultum, deflexum, subinflatum, sinuosum, subtus concavum, sterile, supra margineque hymenio tectum. Hymenium laeve, persistens. Asci fixi.

Trib. I. MITRAE. Pileus ceraceo-membranaceus, primo adnatus, demum undulato-plicatus.

a. Stipite lacunoso.

1. *H. crispa Fr.* Solitaria; pileo deflexo, inflato, lobato, liberato, crispato, albo; stipite fistuloso, sulcato-costato-lacunoso, niveo.

H. CRISPA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 14. — H. ALBIDA SCHAEFF. *tab.* 282. — H. MITRA *var. alba* BULL. *Champ. p.* 298. *tab.* 466. — H. LEUCOPHAEA PERS. *Syn. Fung. p.* 616. *Mycol. europ.* 1. *p.* 210. — FL. DAN. *tab.* 1560. — *Lenz Abbild. p.* 98.

Digitized by Google

In sylvis et pratis. Aestate pluviosa, autum. copiose. In Rossia min. (Dr. Bongard).

2. *H. lacunosa Afzel.* Subgregaria; pileo inflato-lobato, cinereo-nigro, lobis deflexis, adnatis; stipite fistuloso, costato-lacunoso. Fr.

a. *major; stipite albo.* — H. mitra Schaeff. *tab.* 154. — Pers. *Syn. Fung. p.* 615. — H. mitra *a. nigrescens* Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 201. — Nees. *Syst. tab.* 18. *fig.* 163. — Bull. *Champ. p.* 298. *var.* 3. *tab.* 466. *fig. B.* — Mart. *Fl. mosq. p.* 246. (*excluso synon.* Fl. Dan.) Sobol. *Fl. pet. p.* 315. — H. lacunosa Fl. Dan. *tab.* 1968. — Lenz *Abbild. p.* 98. *tab.* 14. *fig.* 58.

b. *minor; stipite nigricante.* — H. monacella Schaeff. *tab.* 162. — Pers. *Syn. Fung. p.* 615. *β.*

c. *minima.* — Totus fungillus 6—10′′ altus. Pileus subsubinflatus, nigrescens, bilobus: lobis deflexis, adnatis. Stipes fistulosus, costato-lacunosus.

In sylvis ad terram nudam l. graminosam, passim. Aestate, autum.

d. *pileo fuscescente; stipite albido.* — Wahlenb. Fl. *upsal. p.* 464.

Semel ad terram graminosam in montosis ad Tosnam. Augusto.

3. *H. sulcata Afzel.* Subgregaria, minor, pileo deflexo, aequaliter lobato, adnato, compresso, nigro; stipite farcto, costis aequalibus sulcato, badio.

H. sulcata Afzel. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 15. — Pers. *Syn. Fung. p.* 615.

In sylvis subhumidis, umbrosis, parce. Autumno.

Digitized by Google

b. Stipite laevi.

4. ***H. esculenta* Pers.** Solitaria; pileo rotundato, difformi, inflato, undulato, gyroso-rugoso, bruneo, margine stipiti laevi, albido, adnexo. Fr.

H. ESCULENTA PERS. *Syn. Fung. p.* 618. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 212. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 16. — LENZ *Abbild. p.* 98. *tab.* 15. *fig.* 63 — 65.

In pinetis humidis mihi haud frequens obvia. Vere.

5. ***H. Infula* Schaff.** Solitaria; pileo inflato, deflexo, lobato, adnato, badio, subtus albido stipiteque villoso, sublaevi, pallido.

H. INFULA SCHAEFF. *tab.* 159. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 17. PERS *Syn. Fung. p.* 618. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 212. — WEINM. *Phytant. tab.* 524. *fig. a.* — H. TRICEPS FL. DAN. *tab.* 835. — H. INFULA LENZ *Abbild p.* 99. *tab.* 14. *fig.* 61.

Ad terram humidam in sylvis raro. Autum.

Trib. II. PEZIZOIDEAE. Pileus submembranaceus, laevis, semper liber.

6. ***H. atra* König.** Solitaria; pileo deflexo, utrinque adpresso, bilobo-emarginato, libero, subtus laevi stipiteque farcto, sublaevi, furfuraceo-villoso, fuligineo-nigro.

H. ATRA KOENIG. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 19. — FL. DAN. *tab.* 534. *fig.* 1. (*rudis*). — H. NIGRICANS PERS. *Syn. Fung. p.* 617. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 376.

Digitized by Google

In pinetis humidis aestate pluviosa an. 1832. aliquoties. Aug. Sept.

7. *H. pezizoides Afzel.* Subgregaria; pileo cupulato-complanato, demum reflexo, bilobo-emarginato, fusco-nigricante, subtus stipiteque aequali albido-squamuloso-scabris.

H. PEZIZOIDES AFZEL. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 20.

In sylvis acerosis (an. 1832 et 1833.) pluries legi. Aug. Sept.

b. *minor Weinm.* Gregaria; pileus primo urceolato-campanulatus, dein applanatus, margine crenatus, carnosus, ½—1′ latus, demum flexuosus, lacunosus atque incisus, 1½′ latus. Caro albo-cinerea. Stipes cum cupula in externo latere aterrime flocculosus, compressus, sublacunosus, ½—¾′ long., 2″ et ultra crassus.

PEZIZA ATERRIMA WEINM. *in Syllog. plant. nov.* 2. *p.* 113. FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 2.

In locis carbonatis exeunte Julio, semel.

8. *H. pulla Holmsk.* Subgregaria; pileo deflexo, libero, fuligineo, bilobo: lobis deflexis reniformibus, emarginatis subtus stipiteque farcto, subundulato, sursum subattenuato subnudis.

H. PULLA HOLMSK. — FL. DAN. *tab.* 2080. *fig.* 2. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 20. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 411. — MICH. *gen. p.* 204. *tab.* 86. *fig.* 9. H. ALBIDA * *pulla* PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 214.

Ad terram humosam in sylvis bis legi. Exeunte Aug.

Digitized by Google

9. *H. elastica Bull. a pileo albido.* Gregaria, firmula, elastica, pellucens; pileo deflexo, libero, bi-trilobato, superne emarginato; stipite longiusculo, tereti l. compresso, sursum attenuata, pruinoso-albo.

H. ELASTICA BULL. *Champ. tab.* 242. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 21. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 3. — BOLT. *Fung. tab.* 95. PERS. *Syn. Fung. p.* 616. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 213. SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 411. — FL. DAN. *tab.* 1968. *fig.* 2.

b. pileo fuligineo. — SCHAEFF. *tab.* 320.

c. pileo incarnato.

c. tota nivea. — *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 109.

In locis sylvaticis, graminosis, subhumidis frequens. Aest., Autum.

## XVI. LEOTIA Hill.

*Fung. sect. I.* VAILL. *par. p.* 58. — FUNGOIDASTRI *spec.* MICH. *gen. p.* 201. HELVELLAE *spec. Auct.* LEOTIA FRIES. *Syst. myc. II. p.* 25. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 85. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 198. (*ex parte*). — FRIES. *Elench. Fung. II. p.* 3. — SPRENG. *Syst. veg. IV. p.* 491. (*ex parte*).

Receptaculum pileatum, centro suffultum, orbiculare, patens, margine revolutum, supra margineque hymenio

Digitized by Google

vestitum. Hymenium confluens, undulatum l. laeve, persistens. Asci fixi, clavato-cylindrici. Fr.

Trib. I. CUCULLARIA. Pileus carnosus, margine revolutus.

1. *L. circinans Pers.* Subcaespitosa, pileo carnoso, convexo, demum undulato, margine involuto, subtus nervis in stipitem decurrentibus; stipite fistuloso, subpulverulento. Fr.

L. CIRCINANS PERS. *Syn. Fung. p.* 612. — *Icon. et descript. fasc.* 1. *p.* 16. *tab.* 5. *fig.* 5 — 7. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 198. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 27. — HELVELLA REVOLUTA WAHLENB. *Fl. upsal. p.* 464.

In sylvis humidis, muscosis, jove pluvio jam aestate, autum.

Trib. II. HYGROMITRA. Pileus gelatinosus, subclavatus.

2. *L. lubrica Pers.* Gregaria, tremellosa; pileo tumido, repando, lubrico, margine inflexo, flavo-viridi; stipite cavo, granuloso-squamuloso, subaequali, flavo.

L. LUBRICA PERS. *Syn. Fung. p.* 613. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 201. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 29.

a. pileo tenui, deflexo, plano-lacunoso. — HELVELLA flavo-virens NEES. *Syst. tab.* 18. *fig.* 162.

b. pileo plano-convexo, subumbonato-tuberculoso. PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 201. *tab.* 9. *fig.* 4—7. — MERULIUS LUBRICUS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 368. — HELVELLA GELATINOSA BULL. *Champ. p.* 296. *tab.* 473. *fig.* 2.

d. pileo depresso, laevi. — PEZIZA CORNUCOPIAE HOFFM. *Veget. crypt. fasc.* 2. *p.* 21. *tab.* 6. *fig.* 1. — HYGROMETRA TREMULA NEES. *Syst. tab.* 15. *fig.* 144. *B.*

Hab. a, b, d: in sylvis muscosis humidis et in turfosis passim; c: in truncis putridis. Jul. — Sept.

3. *L. atra Weinm.* Gregaria, parva; pileo hemisphaerico, atro, subtomentoso; stipite subaequali.

L. ATRA WEINM. *in Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 109. — FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 3.

Tota 2—3″ alta. Pileus ¼″ latus, minutissime foveolatus. Stipes fere filiformis, ad basin parum incrassatus, sublaevis, fuliginosus, carne nigrescente.

In terra arenosa, ad latera fossarum, bis legi. Autum.

Trib. II. CUPULATI. Receptaculum cupulatum, primo clausum. Hymenium marginatum.

## XVII. RHIZINA Fr.

HELVELLAE *species* SCHAEFF. *et aliorum.* — RHIZINA FRIES. *Observ. mycol. I. p.* 161. — *Syst. mycol. II. p.* 32. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 85. — PERS. *Mycol. europ. I. p.* 216.

Receptaculum effusum, crustaceum, bullatum, subtus concavum, fibrillis pluribus radiciformibus margineque

Digitized by Google

deflexo suffultum. Hymenium totam superficiem superiorem occupans, laeve, persistens. Asci fixi. Sporidia ovato-oblonga: sporidiolis duobus. Fr.

1. *R. undulata Fr.* Gregaria, planiuscula, regularis, dein convexa, undulata, margine inflexo, subtus flocculosa fibrisque crassiusculis, pallidis.

RH. UNDULATA FR. *Observ. mycol.* 1. *p.* 161. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 33. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 4.

Fungus adultior 2—3′ latus et valde difformis absque margine prominente.

Semel tantum an. 1822. in terra humida, arenosa, gramina inter et muscos prope Pawlowsk, Augusto legi.

## XVIII. PEZIZA Dill.

FUNGOIDES CAVA *Mich. gen. p.* 205. — ELVELLAE *species* SCHAEFF. *et alior.* — OCTOSPORA HEDW. *Musc. frond. II. p.* 4. — PEZIZA *Vent. Tabl. du regn. vég. II. p.* 19. — BATSCH *Elench. Fung. p.* 35. — BOLT. *Fung. I. p.* 6. (*ex parte*). BULL. *Hist. des Champ. p.* 233. — PERS. *Syn. Fung. p.* 631. — *Mycol. europ. I. p.* 217. — NEES. *Syst. p.* 254. — DC. *Fl. fr. II. p.* 75. — FRIES *Syst. myc. I. p.* 40. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 85. — *Elench. Fung. II. p.* 4. — SPRENG. *Syst. veg. IV.* 1. *p.* 378.

Digitized by Google

Receptaculum marginatum, cupulaeforme, primo subclausum, mox expansum, epidermide tenui, contigua. Hymenium laeve, persistens, distinctum. Asci ampli, distincti, fixi, sporidia elastice ejicienda includentes, paraphysibus immixtis. Fr.

Ser. I. ALEURIA. Carnosae l. carnoso-membranaceae, pruinosae l. floccoso-furfuraceae. *Subterrestres.* Fr.

Trib. I. HELVELLOIDEAE. Cupula semper aperta l. junior connivens. Velum superficiale. Sporidia sporidiolis duobus. *Magnae, terrestres.* Fr.

*Acetabula. Cupula integra; stipite crasso, sulcato.

1. *P. Acetabulum Linn.* Magna, cyathiformis, cupula fusco-fuliginea, extus dilutior atque venis costato-lacunosis, ramosis; stipite brevi, crasso.

P. acetabulum Linn. *Spec. plant.* 1181. *nro.* 4. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 44. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 6. Vaill. *par. tab.* 13. *fig.* 1. (*eximie!*) — Mich. *gen. p.* 205. *nro.* 2. 3. — Bull. *Champ. tab.* 485. *fig.* 4. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 84. — Wahlenb. *Fl. suec.* 2 *p.* 979. — Pers. *Syn. Fung. p.* 643. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 218. — Gort. *Fl. ing. p.* 186. — Buxb. *Act. petrop.* 4. *p.* 283. *tab.* 29. *fig.* 6. (*excluso altero syn.* Buxb.)

Cupula 1—5′ lata, saepe irregularis (etiam fere sessilem vidi), margine integro l. undulato-laciniato. Stipes fistulosus, ¼—½′ long.

Digitized by Google

In locis graminosis, tam siccis, quam humidiusculis, apertis umbrosisve passim. Julio — Septemb.

**Cochleatae. Subsessiles, pruinosae, dimidiatae l. obliquae, contorto-flexuosae.

2. *P. venosa var. ancilis Pers.* Magna, carnosa, fragilis, extus farinoso-villosiuscula, albida, intus badio-umbrina, margine integro lobatoque involuto, stipite brevi crassiusculo, lacunoso-costato.

P. ancilis Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 219. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 45. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 6.

Tota cum stipite brevi 1½—2′ alta, 2′ et ultra lata, primitus integra, mox lacerato-lobata, extus tota albida, praecipue ad basin. Stipes crassiusculus, maxima pars terrae immersa, lacunoso-costatus; quae lacunae costaeque in dimidiam cupulam abeunt.

In declivibus graminosis semel. Majo.

3. *P. badia Pers.* Subcaespitosa, subsessilis, integra, flexuosa, margine involuto, disco versicolori, extus violascente-brunea, pruinosa.

P. badia Pers. *Syn. Fung. p.* 639. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 224. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 46. — *Observ. myc.* 1. *p.* 164. — Helvella cochleata Bolt. *Fung. tab.* 99. (*fig. superiores fungos repertos bene sistunt!*) Vaill. *par. p.* 57. *tab.* 11. *fig.* 8. (*bene!*).

Tota 4—8″ alta, 1—2′ lata, extus leviter pruinosa, basi parum lacunosa.

Ad terram graminosam saepius legi. Junio — Septemb.

4. ***P. abietina* Pers.** Subcaespitosa, concava, subflexuosa, integra, cinnamomea, extus farinosa, basi lacunosa, albido-villosa.

P. ABIETINA PERS. a. CINNAMOMEA *Syn. Fung. p.* 637. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 332. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 47.

b. *dimidiata Weinm. Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 110. Solitaria; cupula stipitata, uno latere elongata, auriformis, extus farinulosa, intus glabra, undique dilute umbrina, sicca expallens, 1½′ cum stipite alta. Stipes 2—3″ long. et crassus, dense albo-villosus.

c. *alutacea Weinm.* Conferta solitariaque; cupula extus alutacea, leviter farinosa, intus cinnamomea, glabra, aut irregularis l. dimidiata, substipitata, 1—2′ alta, versus basin lacunosa atque albo-villosa.

d. cinnamomea, extus ochracea Fr.

Hab. a, c, d: in sylvis abiegnis, ad terram muscosam passim; b: in lignis pineis putridissimis semel. Aug. Septemb.

5. ***P. leporina* Batsch.** Gregaria l. caespitosa, substipitata, uno latere elongata, auriformis, convoluta, subferruginea, extus dilutior, farinosa basique intus laevis.

P. LEPORINA BATSCH *Elench. Fung. p.* 117. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 47. — PERS. *Syn. Fung. p.* 637. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 223. — NEES. *Syst. tab.* 37. *fig.* 278. — P. AURICULA SCHAEFF. *tab.* 156. — FL. DAN. *tab.* 1077. *fig.* 2.

Erecta, ¾—1′ alta, ½′ lata, basi subvillosa utplurimum dimidiata; sed etiam aliquoties integram vidi.

Ad terram muscosam in sylvis acerosis rarior. Aug. Sept.

6. ***P. onotica* Pers.** Subsolitaria, substipitata, uno latere elongata, auriformis, extus ochracea l. pallida, farinacea, intus rosea, basi tomentosa, demum rugosa.

P. ONOTICA PERS. *Syn. Fung. p.* 737. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 222. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 48. — P. ROSEA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 416.

Cupula cum stipite 1—1½′ et ultra alta, ¼—½′ lata, exsiccata margine involuta.

In sylvis inter muscos prope Petropolim legit DR. BONGARD. (V. s. in herb. Acad. scient. Petrop.).

7. ***P. aurantia* Pers.** Caespitosa aut solitaria, fragilis, subsessilis, dimidiato-flexuosa, obliqua, aurantiaca, extus flocculoso-farinacea, margine subvillosa.

P. AURANTIA PERS. *Syn. Fung. p.* 637. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 222. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 49. — FL. DAN. *tab.* 656. *fig.* 2. — P. COCCINEA SCHAEFF. *tab.* 148. — BULL. *Champ. tab.* 474. (*exemplaria inventa conveniunt cum. fig. A, F, I, K, L, G.*). — HELVELLA COCCINEA BOLT. *Fung. tab.* 100. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 316. — P. AURANTIA NEES. *Syst. tab.* 37. *fig.* 279.

Nitida species! Junior integra, dein flexuosa, 1—1½′ lata.

Semel modo pauca exempla ad terram arenosam in vicinitate truncorum legi. Augusto.

8. ***P. cochleata* Huds.** Caespitosa, sessilis, magna, fragilis, contorta, irregularis, umbrina, extus pruinosa, basi albidula.

P. COCHLEATA a. UMBRINA PERS. *Syn. Fung. p.* 638. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 220. FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 50. — BUXB. *Comment. Petrop.* 4. *p.* 283. *tab.* 29. *fig.* 7. — WEINM. *Phyt. tab.* 522. *fig. F.* — P. COCHLEATA BULL. *Champ. tab.* 154. *fig.* 2. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 980. — *Fl. upsal. p.* 466. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 88.

Plus minus irregularis, ½—3′ lata, basi circulo albo villosa instructa. In statu seniore nigrescit.

*β. alutacea Pers.* Subsessilis, contorta, caespitosa, irregularis, externe albido-alutacea, interne dilute-fuliginea, basi albo-tomentosa.

P. ALUTACEA PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 221. (*excluso synon.* BATSCH.) — FR. *l. c.* — P. OCHRACEA SCHAEFF. *tab.* 155. (*color in nostris dilutior, ceterum sat bene convenit!*). — P. ACETABULUM SOBOL. *Fl. p.* 317. — (*secundum synon.* SCHAEFF. *ex parte huc*).

Hab. a. ad terram arenosam muscosam et in locis deustis passim; *β.* in sylvis siccioribus ad terram muscosam, semel. Julio — Sept.

*** PUSTULATAE. Subsessiles, integrae, centrales, extus granulosae l. verrucosae.

9. *P. repanda Wahlenb.* Subcaespitosa, magna, primo cyathiformis, dein explanata, inciso-repanda, intus subrugosa, fusca, extus farinosa, albida, basi radicato-producta, Fr.

P. REPANDA WAHLENB. *Fl. upsal. p.* 466. — *Fl. suec.* 2. *p.* 980. (*excluso syn.* PERS.) — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 51. P. GRANULOSA et PEDUNCULATA SCHUM. *Saell.* 2. *p.* 415. 416. — PERS. *Myc. europ.* 1. *p.* 225. — FL. DAN. *tab.* 2081. *fig.* 1.

Digitized by Google

Ad terram arenosam humidam in sylvis semel. Augusto.

β. *tenacella Weinm.* Caespitosa solitariaque, media; cupula carnosa, subglobosa, irregularis, extus straminea, albo-villosa, intus flavida; stipite brevissimo, longe radicato, subtenui.

P. TENACELLA WEINM. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 110. — P. REPANDA PERS. *Mycol. europ.* 2 *p.* 231.

Cupula utplurimum irregularis, ½—¾′ lata, compressiuscula, margine integerrimo, involuto, ciliato. Stipes (si adest) 1—2″ longus, 2—4″ cras., dense villosus. Radix 1—1¼′ longa, satis crassa, cylindrica, undique fibrillosa.

In arena sterili in pinetis rarissime. Augusto.

10. ***P.** cerea Bull.* Subcaespitosa, substipitata, fragilis, junior globosa, dein magis explanata, extus albido-lutescens, villosa, intus obscurior, exsiccata fuscescens.

P. CEREA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 52. (*excluso synon.* SOWERB.?) BULL. *Champ. tab.* 44. *fig. B, C, D.* (*cum fungis observatis exacte conveniunt*).

Valde fragilis, 1—1½′ lata, margine parum involuta, integra. Stipes brevissimus l. plane nullus.

Semel tantum in lignis pineis fabrefactis, putridissimis caldariorum nostrorum in vicinitate corticis coriarii hactenus observavi. Julio.

11. ***P.** vesiculosa Pers.* Caespitosa, fragilis, sessilis, valde variabilis; cupula primo globosa l. iufundibuliformis, dein

magis explanata, flexuosa, undulata, margine subcrenato, extus furfuracea.

P. VESICULOSA PERS. *Syn. Fung. p.* 641. — *Myc. europ.* 1. *p.* 288. (*exclus. tab.* BULL. 44.). — P. TURBINATA et INCISA PERS. *ib. p.* 229. 230. — BULL. *Champ. tab.* 457. (*bona* !) — MICH. *gen. tab.* 86. *fig.* 2.

a. albida.

b. albido-fuliginea.

c. albido-villosa. — P. COCHLEATA β. BATSCH *Elench. Fung. tab.* 28. *fig.* 157.

d. monstrosa. Valde irregularis.

e. gigantea, 4 — 5′ lata, 1½′ alta.

In fimetosis, terra pingui, cortice coriario copiosissime. Aestate, autum. et in caldariis per totum annum.

β. *Marsupium Pers.* Cupula sessilis aut stipitata, albido-glauca, extus furfuraceo-flocculosa, intus laevis, glabra, margine crenulato, albidiore, ¼ — 1¼′ lata. Stipes (quando praesens) subinde 3 — 4″ longus.

Ad terram humosam in sylvis umbrosis aliquoties. Julio, Augusto.

12. *P. micropus Pers.* Solitaria, carnosa, subfragilis, cupula conico-hemisphaerica, obliqua, fuligineo-pallida, extus squamuloso-furfuracea; stipite brevi.

P. MICROPUS PERS. *Syn. Fung. p.* 642. — *Icon. et descript. fasc.* 2. *p.* 30. *tab.* 8. *fig.* 3. — *Mycol. europ. p.* 227. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 54.

Cupula ½ — ¾′ lata, flexuosa, margine integro. Stipes 2′ et parum ultra longus, crassiusculus.

In trunco *Betulae albae* dejecto, carie consumto semel. Augusto.

13. ***P. pustulata* Pers.** Subsolitaria, subglobosa, sessilis, basi applanata, margine inflexo, integro, pallida, subfuliginea, extus albido-furfuracea.

P. PUSTULATA PERS. *Syn. Fung. p.* 646. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 226 *et* SPURCATA *l. c.* — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 35. (*excluso synon.* BATSCH.). — OCTOSPORA PUSTULATA HEDW. *Musc. frond.* 2. *p.* 19. *tab.* 6. *fig. A.*

Basi applanata, sessilis, 2—4″ lata, exsiccata margine valde involuta.

*β. plicata* **Pers.** Solitaria, subsessilis, griseo-cinerea, externe granuloso-furfuracea, interne dilutior, ore subplicato, subcrenulato.

P. PLICATA PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 226. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 55. (*in adnotatione ad* P. PUSTULATAM).

Semiunciam alta et lata. Radix stipitiformis, 2—3″ longa.

a. in locis deustis, rarissime; *β.* in terra sabulosa humida, semel. Aestate.

*γ. amophila* *Weinm.* Gregaria, sessilis, carnosula, extus dilute fusca, subgranulosa, intus albido-glauca, margine subcrenulato.

In declivibus arenosis inter muscos graciliores post largas pluvias aestivales. — 1—2″ et ultra lata, primo subglobosa, dein planiuscula, excavata, et individua, quae valde approximata, interdum undulata.

Digitized by Google

δ. **P.** *verruculosa Weinm.* Solitaria, magna, subsessilis; cupula dimidiata, convoluta, extus olivaceo-fuliginea, verruculosa, intus sordide alutacea.

P. VERRUCULOSA WEINM. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 111.

Tota 8″ et ultra lata, margine involuto, extus verrucis valde parvis, praesertim marginem versus obsessa. Stipes 2″ subinde longus et cras.

In arenosis subhumidis semel. Augusto.

Trib. II. GEOPYXIS. Cupula primo clausa. Velum innatum. Sporidia simplicia.

a. MACROPODES. Stipes longus, gracilis.

14. **P.** *Macropus Pers.* Solitaria, subfragilis; cupula primo hemisphaerica, dein fere plana, cinerea, disco murino expallente, extus cum stipite floccoso-hirta; stipite tereti aut compresso, sursum attenuato, sublacunoso, farcto.

P. MACROPUS PERS. *Syn. Fung. p.* 645. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 236. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 57. — FL. DAN. *tab.* 1200. *fig,* 2. — BUXB. *Comment. Petrop.* 4. *p.* 282. *tab.* 29. *fig.* 2. — P. STIPITATA BULL. *Champ. tab.* 457. *fig.* 2. (*praesertim fig. X.*). — P. HISPIDA SCHAEFF. *tab.* 166. — BULL. *Champ. tab.* 196. — BOLT. *Fung. tab.* 96.

Cupula aut regularis, pulchra, aut valde irregularis, subcompressa lobataque, ½—1¼′ lata, adulta saepe tota plana. Stipes 1—3½′ altus.

β. *hirta*; — minor, magis villosa, disco nigrescente.

Digitized by Google

P. MACROPUS *β.* HIRTA FR. *l. c.* — OCTOSPORA HIRTA HEDW. *Musc. frond.* 2. *p.* 45. *tab.* 19. *fig. B.*

In umbrosis ad terram nudam l. ad truncos mucidos Pinorum copiose. Jul. — Sept.

15. ***P.** tuberosa Bull.* Solitaria, tenuis, subtenax, glabra; cupula infundibuliformi, fusco-nigrescente, expallente, margine contracto; stipite varie torto striatoque, elongato, basi tuberibus nigris, difformibus innato.

P. TUBEROSA BULL. *Champ. tab.* 485. *fig.* 3. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 58. — PERS. *Syn. Fung. p.* 644. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 234. — OCTOSPORA TUBEROSA HEDW. *Musc. frond.* 2. *p.* 33. *tab.* 10. *fig. B.*

Cupula 2—5″ alta, 1—3″ lata. Stipes 1—6″ et parum ultra long., basin versus attenuatus. Tubera valde difformia, saepe satis crassa, tenacia, elastica, extus nigra, rugulosa, intus alba, floccosa, supra terram cupulae utplurimum concolora, infra tomento brevi, nigro terraque involuta.

In sylvis humidis umbrosis pluries. Vere. (Prope Mosquam beat. DR. GOLDBACH legit).

16. ***P.** quisquiliaris Wein.* Solitaria; cupula membranacea ex urceolato-concava, extus flavescente-cinnamomea, fibrilloso-flocculosa, intus fuligineo-nigrescente; stipite tenui, flexuoso, nigrescente.

Cupula 1—3″ lata, 1—2″ alta, junior flavescens, adultior flavescente-cinnamomea, intus semper fuligineo-nigrescens. Stipes 5—6″ long.

In quisquiliis putridis semel. Exeunte Septemb.

Digitized by Google

17. *P. Rapulum Bull.* Solitaria gregariaque, subtenax alutaceo-fuscescens; cupula infundibuliformi, demum plana, glabriuscula, margine integerrimo, extus albidula; stipite tenui, torto; radice elongata, fibrillosa.

P. Rapulum Bull. *Champ. tab.* 485. *fig.* 2. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 59. — Pers. *Syn. Fung. p.* 658. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 234. — Nees. *Syst. tab.* 38. *fig.* 291. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 84.

Cupula 2—10″ lata, primo subglobosa, mox infundibuliformis, deinde saepe tota plana. Stipes aequalis, 4—6″ longus. Radix varie torta, 1—2½′ et saepe ultra longa.

Ad terram humidam et inter muscos sylvarum umbrosarum perrara. Vere.

18. *P. Ciborium Fr.* Subsolitaria, firmula; cupula late campanulata, cinnamomea, extus subpruinosa; stipite brevi, laevi, basi fibrilloso-radicato.

P. Ciborium Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 59. *a.*

Cupula ½—¾′ lata. Stipes 3—4″ longus.

Ad terram humosam semel. Vere.

b. Cupulares. Subsessiles, extus pruinosae.

19. *P. varia Fr.* Subgregaria, subtenax, cyathiformis, margine integro l. subrepando, extus albido-fuscescente, subpruinosa, intus dilute cinnamomea; stipite brevi crassiusculo, sulcato.

P. varia Fr. *syst. myc.* 2. *p.* 61. — Octospora varia Hedw. *Musc. frond.* 2. *p.* 22. *tab.* 6. *fig. D.*

Digitized by Google

Cupula 2—4″ lata, forma varia. Stipes 1—2″ longus, crassiusculus.

In terra arenoso-argillacea semel. Junio.

20. ***P.*** *hirneolus* ***Fr.*** *in lit.* Conferta, violaceo-rufescens, carnosa; cupula cyathiformi-campanulata, expansa, margine integerrimo, extus furfuraceo-granulata; stipite brevissimo, basi attenuato.

Cupula 1—2″ lata et alta, extus dilute violaceo-rufescens, intus obscurior, margine intumescente. Stipes fere obconicus.

Ad ligna pinea carie consumta perrara. Augusto.

21. ***P.*** ***Catinus Holmsk.*** Solitaria, submagna; cupula hemisphaerico-campanulata, ochraceo-fuscescente, margine erecto, sphacelato-crenato, extus farinacea; stipite brevi, sublacunoso.

P. catinus Holmsk. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 61. — Fl. Dan. *tab.* 2081. *fig.* 2.

Cupula junior exacte globosa, dein magis expansa et concava, 4—6″ lata. Stipes 1—2″ long., sursum paulo dilatatus.

Semel ad truncum dejectum putridum *Betulae?* Junio.

22. ***P.*** ***cupularis Linn.*** Gregaria, subsessilis, tenuis; cupula globoso-campanulata, margine fimbriato-crenato, extus subcervina, farinacea, intus pallida l. lutescente.

P. cupularis Linn. *suec. nro.* 1273. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 62. — Vaill. *par. tab.* 11. *fig.* 1—3. — P. cre-

NATA BULL. *Champ. tab.* 396. *fig.* 3. (*optime!*) — PERS. *Syn. Fung. p.* 467. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 226.

Species satis pulchra! — Cupula mox globosa, mox campanulata, extus plus minusve farinacea, 1—3″ alta et lata, margine semper fimbriato-crenulata.

*β. carbonaria Alb. et Schw.* Gregaria, fragilis, forma gracilis atque regularis, extus dilute-ochraceo-rufescens, intus, praesertim in statu juvenili, dilute miniata, 3—5″ lata. Stipes (quando praesens) brevis, crassiusculus.

Ambae var. in locis corbonatis, tam in locis apertis, quam in umbrosis, passim. — a. in Rossia minori (DR. BONGARD). Aestate, autum.

23. ***P.** crassa Weinm.* Gregaria l. conferta, sessilis, carnosa, crassa, dilute brunea, demum applanata, extus flocculoso-granulosa, disco nudo, integro.

Junior globosa, involuta, mox applanata, undique dilute-brunea, 2—3″ lata, margine subcrenulato l. lacerato.

In fimo vaccino semel. Exeunte Junio.

24. ***P.** applanata Fr.* Gregaria l. subconferta; cupula sessili, late campanulata, demum applanata, dilute cinnamomea, extus pruinosa, disco subrugoso porosove.

P. APPLANATA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 64. — P. DEPRESSA PERS. *Syn. Fung. p.* 640. — OCTOSPORA APPLANATA HEDW. *Musc. frond.* 2. *p.* 18. *tab.* 5. *fig. C.* — FL. DAN. *tab.* 2081. *fig.* 3.

Cupula junior dilute cinnamomea, orbicularis, dein obscurior et ob mutuam compressionem difformis,

Digitized by Google

3—6″ et ultra lata. Discum non solum in hac specie, sed etiam in *P. badia*, porosum vidi!

Ad terram nudam humidam semel. Augusto.

25. ***P. fuliginea Schum.*** Subsessilis, explanata, superne subtuberculosa, nigro-fuliginea, margine acuto, integro, subtus purpureo-cinerea. Fr.

P. FULIGINEA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 427. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 64. — FL. DAN. *tab.* 1854. *fig.* 1.

Sparsa. Cupula orbicularis, margine flexuosa, ½—1′ lata. Stipes vix ullus.

Ad terram muscosam, subhumidam. Exeunte Aug.

26. ***P. violacea Pers.*** Gregaria confertaque, carnosa, subsessilis, integerrima, primo campanulata, dein applanata, purpureo-coerulea, extus dilutior, pruinosa.

P. VIOLACEA PERS. *Syn. Fung. p.* 639. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 242. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 65. — *Observ. myc.* 2. *p.* 303.

Cupula crassiuscula, carnosa, fragilis, extus coerulea, basi albida, primo globosa, dein campanulata, tum explanata, margine flexuoso repandoque, integerrimo, 2—6″ lata.

In locis adustis carbonatis, frequens. Majo — Septemb.

b. *caldariorum Weinm.* Solitaria, carnosa, sessilis, primo globosa, regularis, integerrima, dein magis applanata, margine involuta, extus albida, tenuissime flocculoso-pruinosa, intus dilute-livida, 1—3″ lata.



Digitized by Google

In ollis, terra arenosa repletis caldariorum nostrorum aliquoties. Majo.

27. ***P. ollaris Pers.*** Conferta, sessilis; cupula carnosa, crassiuscula, subturbinata, flava, extus rugosa, obscurior, margine integro, prominente.

P. OLLARIS PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 299. — P. UNDELLA *γ?* FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 66.

Cupula subinde terrae immersa, 2—3″ lata.

In ollis terra stercorata repletis bis legi. Aug. Sept.

28. ***P. hyemalis Weinm.*** Sparsa, sessilis, hemisphaerica, demum magis explanata, carnosula, sordide alba, extus granulis fugacibus obsessa.

Subimmersa, 1—3″ lata et totidem alta, firma, undique sordide alba, margine involuto.

In ollis caldariorum tempore hyemali an. 1831. observavi.

29. ***P fimiputris Fr.*** Subgregaria aut solitaria; cupula hemisphaerica, carnosula, sessili, extus floccoso-granulosa, sordide ochracea, intus purpureo-fusca.

P. FIMIPUTRIS FR. *in lit.*

Cupula demum magis explanata, margine involuta, firma, extus dense flocculoso-granulosa, 1—2″ lata.

In fimo equino raro. Augusto.

30. ***P. granulata Bull.*** Gregaria, sessilis, minuta, junior globosa, dein applanata, margine subcrenulato, aurantio-rubra, extus papillis rugoso-granulata.

P. GRANULATA BULL. *Champ. tab.* 438. *fig.* 3. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 67. — P. SCABRA FL. DAN. *tab.* 655.

Digitized by Google

*fig.* 2. — P. GRANULOSA PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 298. MART. *Fl. mosq. p.* 247. — VAILL. *par. tab.* 13. *fig.* 14.

Cupula 1—1¼″ lata, extus pallidior.

In fimo vaccino haud infrequens. Prope Mosquam (MARTIUS). Aestate, autum.

b. *rosea Weinm.* Gregaria; cupula carnosula, minima, primo globosa, dein planiuscula, extus papillosa, aquose albida l. dilute rosea.

In tectis stramineis semel. Augusto.

b. *caballina Pers.* Gregaria l. dense conferta, pallida; cupula crassiuscula, excavata, subventricosa, extus verruculosa, 1″ lata.

In fimo equino putridissimo. Aug. Sept.

31. *P. cyanea Weinm.* Solitaria, sessilis; primo globosa, dein applanata, margine integro incisoque, involuto, extus granulis cyaneis obsita.

Cupula junior plus minus globosa, integra, dein applanata, 1—3″ lata, margine integro l. inciso atque granulis eleganter vestito.

In terra humida, stercorata in tepidariis. Febr.

Trib. III. HUMARIA. Cupula carnosula, parva. Velum tantum margine flocculosum l. fugax. Sporidia sporidiolo solitari. *Terrestres.*

*LOMEAE. Subsessiles, concavae.

32. *P. fulgens Pers.* Gregaria, conferta, carnosa; cupula campanulata, margine integro, extus sordide alba, subflocculosa, intus rubra.

Digitized by Google

P. FULGENS PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 241. — FR. *Syst.* *Syst. myc.* 2. *p.* 67.

Cupula deinde ob mutuam compressionem flexuosa, sed semper integra, 4—13″ lata, sessilis.

In terra nuda sylvarum bis legi. Vere.

33. ***P. rutilans Fr.*** Conferta sparsaque, carnosa, firma, sessilis, globosa, dilute incarnata, extus albo villoso-floccosa.

P. RUTILANS FR. *Syst. mycol.* 2. *p.* 68. — P. LEUCOLOMA *var.* ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 335.

a. tota sessilis, applanata, extus albo-flocculosa, 1—3″ lata.

b. substipitata, primo excavata, dein subplana, extus leviter albo-tomentosa l. villosa, intus fulvo-rubra.

P. ERICETORUM PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 241. — FR. *l. c.* β.

Ad terram humidam in pratis, inter muscos, hinc inde. Aug. Sept.

34. ***P. Sphagni Bong.*** Solitaria, subsessilis, subglobosa, firma, extus subvillosa, fusca, intus fusco-purpurea, margine subintumescente, obtuso, subincurvo.

Utplurimum solitaria, rarius conferta, carnosa, elegans, junior exacte globosa, demum magis aperta, profunde excavata, basi saepe stipitiformi attenuata, crassiuscula, 2—3″ lata et alta.

In *Sphagno obtusifolio* Ehrh. prope Petropolim primum observavit hanc pulchram speciem Cl. DR. BONGARD.

Digitized by Google

35. ***P. ingrica Weinm.*** **Sparsa, sessilis, subcylindrica, extus albida, tenuissime flocculosa, intus dilute lilacina, dein subdilata, ore integro, erecto, acuto.**

Substantia carnosa, firma. Cupula 1—2½″ alta, 2″ fere lata, junior exacte cylindrica, excavata, praesertim versus marginem flocculosa, mox glabra, dein paululum dilatata.

In arena humida ad marginem rivuli Slawienka semel. Vere.

36. ***P.** leucoloma **Rebent.*** Gregaria sparsaque, sessilis, e concavo-plana, rubro-miniata; margine lacinulato, albo.

P. LEUCOLOMA REBENT. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 71. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 23. — NEES. *Syst. tab.* 37. *fig.* 268. (*exacte!*). — OCTOSPORA LEUCOLOMA HEDW. *Musc. frond.* 2. *p.* 13. *tab.* 4. *fig. A.*

Apud nos constanter ½—1″ tantum lata, junior subglobosa, planiuscula.

Inter surculos *Bryi argentei* Linn. saepius legi. Autum. serot.

37. ***P. humosa Fr.*** Gregaria, sessilis, carnosula, orbicularis, concavo-plana, glabra, sanguineo-rubra; margine integerrimo.

P. HUMOSA FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 309. — *Syst. mycol.* 2. *p.* 71. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 297. — FL. DAN. *tab.* 656. *fig.* 2. — HELVELLA CARTILAGINEA BOLT. *tab.* 101. *fig.* 1.

Cupula plerumque regularis, 2—4″ lata, demum tota applanata (semel tantum cupulam uncialem vidi).

Digitized by Google

Ad terram nudam humosam ubique passim. Aug.—Octob.

38. ***P. xanthomela Pers.*** Gregaria, sessilis, carnosa, subdifformis, subtus margine nigrescens, disco subconvexo, lutescente.

P. XANTHOMELA PERS. *Syn. Fung. p.* 665. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 296. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 72.

Cupula 1—2″ et ultra lata, in statu exsiccato valde expallens.

b. disco papillato.

a. semel in declivibus argillaceis, in sylvis montosis ad Tosnam, Augusto legi; b. in terra humida, nigra, algis tenue obtecta semel. — Septemb.

** CONVEXULAE. Sessiles, convexae.

39. ***P. Omphalodes Bull.*** Valde conferta, immersa, carnosa, junior globosa, subclausa, dein excavato-applanata, extus albido-fibrillosa, demum convexula.

P. OMPHALODES BULL. *Champ. tab.* 485. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 77. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 73.

a. aurantio-rubra, miniata.

b. aurantio-lutea, lutea. — P. CONFLUENS PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 274. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 337.

c. incarnato-rosea. — P. ROSELLA EHRENB. *Sylv. mycol. Ber. p.* 29.

Cupula junior parum concava, mox plana v. convexula, margine obliterato, majora individua 1—1¼″ lata, sed saepe nudo oculo vix visibilis.

Ad terram humosam et in argilla humida ad canales caldariorum passim. Aestate, autum.

40. ***P. haemastigma* Fr.** Subgregaria, carnosula, junior exacte globosa, dein applanata, immarginata, dilute sanguinea, glabra.

P. HAEMASTIGMA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 74. — OCTOSPORA HAEMISTIGMA HEDW. *Musc. frond.* 2. *p.* 17. *tab.* 5. *fig. B.*

Cupula vix 1″ lata, jun. elevata, demum plano-convexula.

In locis arenosis humidis, ante plures annos semel legi. Sero autum.

Trib. IV. ENCOELIA. Membranaceae, suberumpentes, velo secedente. Sporidia simplicia. *Corticolae.*

41. ***P. fascicularis* *Alb. et Schw.*** Valde conferta, sessilis, coriaceo-membranacea, extus nigricans, subfarinacea, intus fuligineo-fusca, margine crenato.

P. FASCICULARIS ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 315. *tab.* 12. *fig.* 2. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 75. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 292. — P. POPULNEA PERS. *Syn. Fung. p.* 671. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 329. — LETELL. *fasc.* 2. *tab.* 609. *fig.* 2.

Apud nos semper valde conferta (solitariam numquam vidi). Cupula utplurimum compressa, 2—4″ lata, tenuis, subtenax. Discus concavus, primo fuligineo-nigricans, dein pallidior.

Digitized by Google

E cortice interiori *Populi Tremulae*, *candicantis* atque *Salicis Capreae* nascitur autumno serotino, sed optime invenitur primo vere. In Rossia minore (Dr. Bongard).

42. ***P. furfuracea Pers.*** Conferta solitariaque, sessilis, tenax; cupula carnoso-coriacea, forma variabili, extus furfure ferrugineo-pallido dense vestito, margine involuto, integro, disco cinnamomeo-nigro.

a. P. furfuracea Pers. *Syn. Fung. p.* 672. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 76. — P. coryli DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 21. — P. fascicularis *β.* Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 982.

b. major. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 343. — Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 328.

In var. a cupulae minus confertae, saepe solitariae; in var. b valde caespitosae, majores, subinde $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}'$ latae, et ob mutuam compressionem valde polymorphae, margine involutae, rotundatae.

Ad ramos *Alni incanae* et *Coryli Avellanae*. In Rossia minore (Dr. Bongard).

43. ***P. tiliacea Fr.*** Subcaespitosa aut solitaria, sessilis, ceracea, extus cinnamomea, rugosa, intus obscurior, margine integerrimo.

P. tiliacea Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 76.

Cupula apud nos plerumque solitaria, erumpens, sessilis et substipitata, 2—3″ lata, junior fere unicolor, cinnamomea, dein discus fere fusco-cinnamomeus evadit.

Ad ramos et ramulos exsiccatos *Tiliae parvifoliae* Hoffm. Autum.

44. ***P. tegularis Weinm.*** Conferta solitariaque, sessilis; cupula carnosa, primo globoso-excavata, subpruinata,

Digitized by Google

dein magis explanata, irregularis, utrinque dilute brunea l. olivascente, laevi.

P. TEGULARIS WEINM. *Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 112. — FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 7.

Cupula initio globosa, mox campanulata, regularis l. ob situm confertum irregularis, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$′ lata, margine patente, sub lente crenulata.

In tegetibus e libro confectis semiputridis, in locis umbrosis sylvaticis. Augusto.

45. ***P.*** *rubiginosa* ***Fr.*** Gregaria l. caespitosa, sessilis, cupula carnosula, campanulata l. turbinata, extus purpurea, pruinoso-farinulenta, disco excavata, nigrescente, margine tumido, integro.

P. RUBIGINOSA FR. *in lit. et Elench. Fung.* 2. *p.* 7.

Pulchella! Cupula plerumque turbinata atque regularis, margine subinflexo, 1—2″ alta et lata.

Ad ramum crassum, dejectum, decorticatum *Alni incanae.* Augusto.

46. ***P.*** *purpurea* ***Fr.*** Gregaria; cupula subcoriacea, infundibuliformi, extus pruinosa, obsolete purpurea, disco sanguineo; stipite brevi. Fr.

P. PURPUREA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 77. — P. CALYCINA NEES. *Syst. tab.* 38. *fig.* 286. — OCTOSPORA PURPUREA HEDW. *Musc. frond.* 2. *p.* 63. *tab.* 22. — P. PURPUREA SOBOL. *Fl. pet. p.* 316. (*excluso synon.* LINN.).

Ad ramos dejectos *Betulae albae* circa fabricam pyriam ochtensem beat. Sobolewsky observavit. (*Vidi icones*).



Digitized by Google

Ser. II. LACHNEA. Ceraceae, extus pilosae l. villosae. *Subepiphytae.*

1. SARCOSCYPHAE. Cupula carnosa l. carnoso-membranacea. Crusta nulla.

a. Stipitatae.

47. ***P.** coccinea Jacq.* Gregaria, solitaria, fragilis, stipitata; cupula infundibuliformi, extus adpresse tomentosa, albida, disco coccineo, margine subcrenato.

P. COCCINEA JACQ. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 79. — PERS. *Syn. Fung. p.* 652. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 258. — BOLT. *Fung. tab.* 104. — NEES. *Syst. tab.* 38. *fig.* 288. BUXB. *Comment. Petrop.* 4. *tab.* 29. *fig.* 4. — P. EPIDENDRA BULL. *Champ. tab.* 467. — P. POCULIFORMIS HOFFM. *plant. crypt. fasc.* 2. *p.* 27. *tab.* 7. *fig.* 5.

Cupula $\frac{1}{2}$—1′ lata, repanda. Stipes sursum incrassatus, $\frac{1}{4}$—1′ longus.

Ad ramos dejectos humo tectos, in locis humidis sylvaticis raro. Vere.

48. ***P.** melastoma Sowerb. var. sessilis.* Conferta, sessilis; cupula carnosa, extus dilute brunea, furfuraceo-flocculosa, disco urceolato, nigro-nitente.

P. MELASTOMA SOWERB. *var. sessilis* FR. in *lit.*

Cupula 2″ lata, irregularis, margine intumescente integro.

Ad ligna pinea putrida, in sylvis umbrosis, humidis. Augusto.

b. Sessiles, extus lanatae l. pilis fasciculatis tectae.

49. ***P.** nigrella Pers.* Gregaria, sessilis; cupula hemisphae-

Digitized by Google

rica l. oblongiuscula, atra, extus byssino-tomentosa, obscura, intus nitida, margine integerrimo.

P. NIGRELLA PERS. *Syn. Fung. p.* 648. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 240. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 81. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 22.

Cupula 1—3″ lata, hemisphaerica l. oblongiuscula, dein magis explanata, sed semper concava.

Ad terram inter vegetabilia putrida ad ramos alneos mucidos. Aprili, Majo.

50. ***P.** leucotricha Alb. et Schw.* Subgregaria, sessilis; cupula hemisphaerico-concava, carnosula, extus intricato-strigosa, candida, disco albo-glaucescente.

P. LEUCOTRICHA ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 322. *tab.* 7. *fig.* 5. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 82. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 253.

Cupula primo globosa, dein hemisphaerica, 2—3″ lata.

In umbrosis ad terram in quisquiliis putridissimis rarissime. Aug.

51. ***P.** hemisphaerica Hoffm.* Gregaria sparsaque, sessilis; cupula hemisphaerica, cerea, extus subfusca, pilis fasciculatis, densis tecta, disco albo-glaucescente.

P. HEMISPHAERICA HOFFM. *plant. crypt. fasc.* 2. *p.* 28. *tab.* 7. *fig.* 6. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 82. — PERS. *Syn. Fung. p.* 316. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 244. — FL. DAN. *tab.* 1558. *fig.* 2. — MICH. *gen. tab.* 86. *fig.* 4. — P. LABELLUM BULL. *Champ. tab.* 202. — ELVELLA ALBIDA SCHAEFF. *tab.* 151. — ELVELLA FOLIACEA *ib*

Digitized by Google

*tab.* 319. — OCTOSPORA FASCICULATA HEDW. *Musc. frond.* 2. *p.* 14. *tab.* 4. *fig. B.*

Cupula initio globosa, dein hemisphaerica, integerrima, constanter 1 — 3‴ lata.

b. *lanuginosa Bull.* Gregaria, conferta, sessilis, carnoso-ceracea, junior hemisphaerica, dein campanulata, margine replicata, extus fusco-villosa, praecipue marginem versus pilis longioribus densioribusque obsessa, qui postea decidunt, 3‴ — 1′ et saepe ultra lata, intus alba l. albido-glauca.

c. *nudiuscula Weinm.* Conferta, hemisphaerica l. irregularis, carnoso-ceracea, fragilis, 1—6‴ lata, extus subfusca, pilis concoloribus, brevissimis sparse obsessa, vix ciliata, intus cinereo-albida.

d. *rufo-brunea Fr.* Gregaria sparsaque, ceraceo-membranacea, extus pilis rufis longis obsessa, 1 — 3‴ lata, margine subinvoluta, ciliata, intus albido-glauca.

a. ad terram nudam, humidam frequens in sylvis; b. in locis humidis, in quisquiliis putridissimis, semel, copiose; c. in locis carbonatis semel; d. in terra argillaceo-arenosa. — In Rossia minore (DR. BONGARD). Aestate, autum.

52. *P. brunea Alb. et Schw.* Gregaria confertaque, sessilis; cupula hemisphaerico-concava, depresso-plana, subflexuosa, brunea, extus pilis minutis, fasciculatis hirta.

P. BRUNEA ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 317. *tab.* 9. *fig.* 8. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 83. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 245.

Cupula initio subglobosa, dein magis explanata, 2—3′ lata.

Ad terram deustam rarissime. Augusto.

c. *Ciliares.* Sessiles, extus setis ciliatae.

53. *P. Micheliana Weinm.* Sparsa; cupula carnosa, plano-concavo, miniata, expallente, extus pilis badiis brevioribus obsessa.

P. UMBROSA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 85. — MICH. *gen. p.* 207. *tab.* 86. *fig.* 19.

Cupula in statu perfectae evolutionis 2—3″ lata.

In caule quodam herbaceo dejecto semel in sylvis, exeunte Aug.

*Observ.* Nomen specificum mutavi, ob aliam hujus generis speciem, a Celeb. *Schradero* antea „umbrosam“ nominatam (Vide Fr. Syst. myc. 2. p. 66).

54. *P. scutellata Linn.* Gregaria sparsaque; cupula concavo-plana, miniato-rubra, extus dilutiori, setis strictis, nigris, praesertim marginem versus obsessa.

P. SCUTELLATA LINN. *suec. nro.* 1272. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 85. — PERS. *Syn. Fung. p.* 650. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 256. BULL. *Champ. tab.* 10. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 77. — FL. DAN. *tab.* 1437. *fig.* 2. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 432. — PALL. *Russ. Reis* 1. *p.* 39. — P. CILIATA HOFFM. *Plant. crypt.* 2. *p.* 25. *tab.* 7. *fig.* 5. ELVELLA CILIATA SCHAEFF. *tab.* 284. — OCTOSPORA HIRTA HEDW. *Musc. frond.* 2. *p.* 12. *tab.* 5. *fig. B.* — P. HIRTA SOBOL. *Fl. pet. p.* 317.

Digitized by Google

Cupula primitus fere globosa, mox concavo-plana, 2—3″ lata. Setae marginales initio inflexae, discum fere tegentes, dein erectae, strictae.

b. *dilute cinerea Weinm.* Gregaria, carnosa, dilute cinerea, regularis extus setis rigidis sparse obsessa; setae marginales, primo inflexae, dein erectae, obscure badiae, strictae.

In lignis putridissimis et in locis humidis ad terram. Prope Murom (Pallas). In Rossia minore (Dr. Bongard). Aest., autum.

55. ***P. Laxmanni*** *Weinm.* Gregaria, conferta solitariaque; cupula carnosula, applanata, undique alutacea, marginem versus pilis brevibus subfuscis obsessa.

P. Laxmanni Weinm. *in Flora* 1832 *nro.* 29. *p.* 454.

Junior laete ochracea, margine involuto, dein applanata, pallidior, demum aquose alutacea, margine revoluto, 1—2″ lata. Setae marginales subfasciculatae, perbreves.

Tempore hyemali in ollis, terra stercorata repletis, in tabulis pineis semiputridis et in externo latere ollarum, muscis tenuibus obductarum.

56. ***P. livida*** *Schum.* Gregaria l. confluens; cupula ex hemisphaerico explanata, intus livido-glauca, extus fuliginea, setis longis concoloribus vestita.

P. livida Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 422. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 86. — P. scutellata Batsch *Elench. Fung. tab.* 28. *fig.* 154.

Cupula primitus fere globosa, mox applanata, 1—2″ lata.

In trunco quodam putrido, ad terram dejecto semel. Majo.

57. ***P.*** *setosa Nees.* Gregaria; cupula primo subglobosa, mox patelliformi, aurantiaca, extus setis longis, erectis, ſuscis vestita.

P. SETOSA NEES. *Syst. tab.* 37. *fig.* 275. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 87.

Cupula vegeta 1—2″ lata, exsiccata exacte globosa, clausa.

Ad truncum vetustum *Pyri aucupariae*, uno latere carie consumtum hanc pulchellam speciem semel legi. Medio Septemb.

58. ***P.*** *stercorea Pers.* Gregaria, cupula basi applanata, concava, margine intumescente, suberecto, intus fulva, extus setis badiis, suberectis prope marginem obsessa, ciliata.

P. STERCOREA PERS. *Syn. Fung. p.* 650. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 246. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 87. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 433. — MART. *Fl. mosq. p.* 248. — P. CILIATA BULL. *Champ. tab.* 438. *fig.* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 78. — P. EQUINA FL. DAN. *tab.* 779. *fig.* 3. — OCTOSPORA SCUTELLATA HEDW. *Musc. frond.* 2. *p.* 10. *tab.* 3. *fig. A.*

Cupula initio globoso-clausa, mox basi plus minus applanata, disco late aperto, 1—2″ et parum ultra lata. Setae in fungillo vetusto saepe virides.

In fimo vaccino passim frequens; ad terram semel tantum observavi. Prope Mosquam (MARTIUS). Junio — Septemb.

59. ***P. papillata Pers.*** Gregaria, minuta, aurantio-rubescens, disco minute papillato, extus, praeprimis marginem versus, setis erectis concoloribus vestita.

P. PAPILLATA PERS. *Syn. Fung. p.* 650. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 254. (*ex parte*). — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 321. — NEES. *Syst. tab.* 37. *fig.* 276. — MART. *Fl. mosq. p.* 248.

Cupula nudo oculo vix visibilis, junior globosa, subclausa, dein aperta.

In stercore vaccino cum *Ascobolo glabro* PERS. aliquoties. Autum.

2. **DASYSCYPHAE.** Cupula ceracea, sicca, villosa. Crusta nulla. *Epiphytae.*

a. Stipitatae.

60. ***P. ciliaris Schrad.*** Sparsa, substipitata membranacea; cupula turbinata, nivea, ciliis longis, inaequalibus extrinsecus obsessa.

P. CILIARIS SCHRAD. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 89. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 324. — FL. DAN. *tab.* 2032.

Cupula valde gracilis, extus pilis longis, inaequalibus erectis patulisque obsessa, intus pallescens.

Ad folia dejecta salicina semel. Autum. serot.

61. ***P. virginea Batsch.*** Gregaria, exacte stipitata; cupula turbinato-hemisphaerica, candida, extns pilis confertissimis, patulis obsessa.

Digitized by Google

P. VIRGINEA BATSCH *Elench. Fung. p.* 125. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 90. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 262. (*excluso synon.* BULL.) — MICH. *gen. tab.* 86. *fig.* 15. P. PARVULA FL. DAN. *tab.* 1016. *fig.* 4. (*exacte!*). — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 425.

b. disco lutescente, flavo. Fr.

Cupula vegeta 1″ fere lata. Stipes cum cupula 1″ alta.

Ad ligna, cortices, amenta Alnorum, passim. In Rossia minore (DR. BONGARD). Jun. — Octob.

62. ***P. nivea Fr.*** Gregaria l. conferta, breve stipitata, turbinata, candida, extus villoso-tomentosa; stipite sursum incrassato.

P. NIVEA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 90. — P. CLANDESTINA BULL. *Champ. tab.* 416. *fig.* 5. (*nec descriptio*). — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 423. — P. VIRGINEA FL. DAN. *tab.* 1440. *fig.* 2. (*exacte!*).

Pulchella! Cupula extus dense villoso-tomentosa, tomento brevi, vix 1″ alta et lata. Saepe in locis udis guttulis aqueis irrorata reperitur.

Ad ramulos putridos dejectos in locis udis; passim. In Rossia minore (DR. BONGARD). Aestate.

63. ***P. calycina Schum.*** Gregaria, stipitata, errumpens; cupula infundibuliformi, extus cum stipite brevi, sursum dilatato, albido-villosis; disco planiusculo, aurantiaco.

P. CALYCINA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 424. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 91. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 8. — PERS. *Syn. Fung. p.* 653. — OCTOSPORA CALYCIFORMIS HEDW. *Musc. frond.* 2. *p.* 64. *tab.* 22. *fig. B.*



Digitized by Google

Cupula 1—2″ lata, disco aurantiaco, rubro l. luteo. Stipes cum cupula coufluit.

β. *Laricis Fr.* — Vix 1″ lata. Stipes brevissimus.

γ. *Abietis Fr.* — Recens aureo-vitellina; stipite basi nigrescente. Fr.

In ramis et truncis *Pini sylvestris* atque *balsameae* in horto nostro; γ. in acubus *Pini abietis*. Autum., vere.

64. *P. bicolor Bull.* Sparsa l. conferta; cupula globosa, subsessili, extus tomentosa, alba, intus concava, subaurantiaca.

P. bicolor Bull. *Champ. p.* 243. *tab.* 410. *fig.* 3. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 79. — P. minuta Fl. Dan. *tab.* 779. *fig.* 2.

a. disco coccineo, aurantio. — P. pulchella Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 260.

b. disco luteo. — P. quercina Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 260.

c. disco sordide pallido. — P. pulchella Nees. *Syst. tab.* 38. *fig.* 284.

In ramulis exsiccatis variis, passim. Vere, aestate. In Rossia minore (Dr. Bongard).

65. *P. cerinea Pers.* Gregaria confertaque; cupula globoso-applanata, margine involuto, extus lutescenti-olivacea, dense floccoso-villosa, intus aurantiaca; stipite brevi, atro, glabro.

P. cerinea Pers. *Syn. Fung. p.* 651. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 263. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 321. — Nees. *Syst. tab.* 38. *fig.* 283. — P. bicolor Schum.

*Saell.* 2. *p.* 425. (*excluso synon.* BULL.). — P. PULCHELLA *γ. bicolor* PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 261. — P. BIFORMIS FL. DAN. *tab.* 1620. *fig. infra.*

Pulchella! Cupula firmula, junior fere globosa, mox applanata, margine tumido, involuto, extus densissime floccoso-villosa, lutescenti-olivacea, adulta olivaceo-umbrina. Stipes utplurimum aequalis, vix ½″ altus, interdum nullus.

Ad ligna deusta semel, sed copiosissime. Septemb.

66. ***P.*** *calyculaeformis Schum.* Gregaria confertaque, stipitata, cupula infundibuliformi, fusco-umbrina vegeta margine erecto, extus stipiteque brvissimo, crassiusculo villosis.

P. CALYCULAEFORMIS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 425. — FL. DAN. *tab.* 2032. *fig.* 2. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 94.

Apud nos constanter gregaria l. conferta, vix 1″ alta (rarius ultra), undique fusco-umbrina; exsiccata margine inflexo.

Ad ramos alneos dejectos bis legi. Autum.

67. ***P.*** *clandestina Bull.* Gregaria, stipitata; cupulis turbinatis, concavis, cervinis, integerrimis, extus furfuraceo-villosis; disco pallido.

P. CLANDESTINA BULL. *Champ. p.* 251. (*nec icon.*). — PERS. *mycol. europ.* 1. *p.* 262. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 326.

Ad ramulos dejectos *Rubi Idaei* prope Petropolim legit DR. BONGARD. (V. s. in herb. Acad. Petrop.).

Digitized by Google

68. ***P. caulicola* Fr. *var. b.*** Sparsa, minuta; cupula extus villosa, dilute-umbrina, intus dilutiori, elongato-clavata, margine involuto, albido; stipite brevi, cylindrico, firmo.

P. ALBO-MARGINATA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 436. — P. CAULICOLA b. FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 94. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 265.

Minuta, firmula, aegre distinguenda. Margo praecipue intumescens et pilis albis radiatim obsessus. Stipes cupulae concolor.

In caulibus Umbelliferarum rarior. Vere. Autum. serot.

*β. alba Weinm.* Gregaria, stipitata, alba; cupula infundibuliformi, extus cum stipite intricato-villosa.

Vix nudo oculo visibilis. Cupula primo clausa, dein aperta, margine involuta, sed non ciliata, extus pilis simplicibus cum aliis brevioribus intricatis undique obsessa. Stipes firmulus, cylindricus, infra cupulam vix incrassatus. Variat magnitudine.

*γ. carnea Bong.* Gregaria, minuta, stipitata; cupula globosa, carnea, extus villosa; stipite brevi, recto, firmulo. Bong.

Ad culmos arundinaceos in Rossia minore (DR. BONGARD.)

69. ***P. Cyathula* Pers.** Gregaria sparsaque, firmula; cupula subferruginea, infundibuliformi, extus tomentosa; stipite sursum incrassato, demum glabro.

P. CYATHULA PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 265. — P. CAULICOLA *β.*? CYATHULA FR. *Syst. mycol.* 2. *p.* 95.

Species pulchella! Cupula junior clausa, dein satis late aperta, intus parum dilutior, margine subintumescen-

te, subinvoluto. Stipes initio villosus, concolor, dein glaber, basi nigrescens.

Ad stipites dejectos plantarum in Rossia minore legit Dr. Bongard. (V. s. in herb. Acad. scien. Petrop.).

70. **P.** *armeniaca Pers.* Gregaria confertaque, substipitata; cupula globoso-turbinata, margine inflexo, extus cum stipite pubescenti-farinaceis, subcinnamomeis.

P. armeniaca Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 268. — Fr. *Syst mycol.* 2. *p.* 95.

Cupula junior globosa, albicans, adultior subfulva.

Ad ligna exsiccata prope Petropolim observavit Dr. Bongard. (V. s. in herbario Acad. scient. Petrop.).

71. **P.** *acuum Fr.* Gregaria, exigua, stipitata, candida, extus flocculoso-villosa; cupula plana, margine elevato; stipite brevi, pellucente.

P. acuum Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 95. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 8. — P. perpusilla Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 317.

Cupula humectata plana, sicca fere clausa, aquose-ceracea, extus dense flocculoso-villosa. Stipes nunc ¼″ longus, nunc papillaeformis.

In acubus putridis *Pini abietis.* Augusto. — In Rossia minore. (Dr. Bongard).

b. *Sessiles*, villosae; crusta nulla.

*Lignatiles l. corticolae in partibus plantarum perennibus.

72. **P.** *gracillima Weinm.* Gregaria, minuta, subsessilis; cupula globoso-turbinata, aquose-albida, extus pilis tenerrimis vestita.

Cupula regularis, excavata, margine semper involuto. Stipes fere papillaeformis.

In lignis carie consumtis post largas pluvias aestivales.

73. **P.** *albo-violascens Alb. et Schw.* Gregaria, subsessilis; cupula primo clausa, dein magis applanata, firma, extus villoso-hirta, candida, intus caesia l. violascente.

P. ALBO-VIOLASCENS ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 322. *tab.* 8. *fig.* 4. (*rudis*). — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 96. — P. FALLAX PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 266. — P. ALBO-VIOLASCENS LETELL. *Livrais.* 3. *tab.* 615. *fig.* 1.

Cupula junior semper clausa, dein plus minusve applanata, 1—2″ lat., subflexuosa, persistens. Proliferam non vidi.

In ramis emortuis *Sambuci racemosae*, *Lonicerae tataricae* et *Viburni Opuli* LINN. saepius legi. — In ramulis emortuis *Syringae vulgaris* in Rossia minore legit Cl. DR. BONGARD. Autum. serotino, vere.

74. **P.** *nigro-caesia Schum.* Gregaria, conferta, subsessilis; cupula applanata, firma, margine elevato, involuto, extus atra, villosiuscula, intus albido-caesia.

P. NIGRO-CAESIA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 435. — P. ALBO-VIOLASCENS *β.* NIGRO-CAESIA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 96. — FL. DAN. *tab.* 2082. *fig.* 2.

Junior exacte fuligineo-nigrescens, intus alba, adultior depressa-applanata, extus atra, villosa: pilis albis, brevibus intermixtis obsessa, intus pallens l. caesio-albida, $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{4}$″ lata, margine repanda flexuosave. — Fig. laud Fl. Dan. fungum nostrum optime sistit!

In lignis putridis. Aprili, Majo.

75. ***P. corticalis* Pers.** Gregaria sparsaque, sessilis; cupula subglobosa, humida aperta, firma, extus flocculoso-tomentosa, albido-grisea, disco subrufescente; sicca margine involuta, clausa.

P. CORTICALIS PERS. *Syn. Fung. p.* 651. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 267. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 96. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 80. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 322.

Supra cortices arborum vetustarum frondosarum, praeprimis *Betulae albae.* Per annum.

76. ***P. Gmelini* Weinm.** Sparsa confertaque, sessilis, exigua; cupula carnosula, pallide-straminea, extus tomento albo, brevissimo obducto, margine elevato, integro.

P. GMELINI WEINM. *in flora* 1832. *nro.* 29. *p.* 455.

Cupula primo exacte globosa, aperta, alba, mox pallide straminea, dein discus applanatus, dilutissime cinerascens.

Ad ligna decorticata *Alni incanae.* Augusto.

77. ***P. corvina* Pers.** Gregaria, minuta, sessilis, suberumpens; cupula carnoso-coriacea, primo punctiformis, dein applanata, margine involuto, extus pilosiuscula, utrinque atra.

P. CORVINA PERS. *Mycol europ.* 1. *p.* 248. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 97.

In lignis vetustis materia nigra obductis. Vere.

78. ***P. hispidula* Schrad.** Subgregaria, sessilis; cupula subcarnosa, nigra, extus setis nigris, nitentibus obsessa, disco concavo, albido.

Digitized by Google

P. HISPIDULA SCHRAD. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 98. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 247. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 25. P. STRIGOSA *β.* PERS. *Syn. Fung. p.* 648.

Cupula antecedente multo major, 1—1½″ lata.

Ad ligna vetusta in Rossia minore legit DR. BONGARD.

79. ***P.*** *barbata Kunze.* Gregaria confertaque, sessilis; cupula globoso-applanata, connivente, extus rugoso-tomentosa, ferruginea, margine involuto, disco pallido.

P. BARBATA KUNZE. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 99. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 9. — P. RUFO-OLIVACEA DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 25.

Cupula vegeta magis aperta, vix 1″ lata, exsiccata globosa, rugoso-crispa.

Ad ramos crassiores *Lonicerae tataricae* LINN. semel exemplaria completa legi. Perennis.

80. ***P.*** *rufo-olivacea Alb. et Schw.* Gregaria, sessilis; cupula primo orbiculari, dein magis applanata, extus villoso-pulverulenta, sordide rufo-ferruginea, disco virescente-olivaceo.

P. RUFO-OLIVACEA ALB. et SCHW. *Consp. fung. p.* 320. *tab.* 11. *fig.* 4. — FR. *Syst myc.* 2. *p.* 99.

Gregaria l. sparsa, junior et exsiccata exacte globularis, humectata magis applanata, disco aperto, vix 1″ lata.

In ramulis dejectis semel. Augusto.

81. ***P.*** *flavo-fuliginea Alb. et Schw.* Gregaria solitariaque, sessilis; cupula primo globosa, dein explanata, extus strigoso-hirta, vivide sulphurea, intus olivaceo-fuliginea.

Digitized by Google

P. FLAVO-FULIGINEA ALB. et SCHW. *Consp. Fung.* p. 319. *tab.* 11. *fig.* 7. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 100. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 251.

Cupula mollis, junior globosa, dein plus minus applanata, orbicularis, subinde flexuosa, 1—1½″ lata.

In lignis carie consumtis semel. Septembri.

82. ***P. variecolor Fr.*** Gregaria, sessilis; cupula hemisphaerica, orbicularis, humida aperta, disco excavato, albopallescente, sicca clausa, extus floccoso-villosa.

a. Cupula extus flava, intus albo-pallescente. — P. ALBO-LUTEA PERS. *Icon. et descript. Fung. fasc.* 2. *p.* 31. *tab.* 8. *fig.* 4. 5. — P. VARIECOLOR a. FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 100. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 9. — P. SULPHUREA *var.* PERS. *Syn. Fung. p.* 649. — P. SULPHUREO-CAESIA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 432.

b. disco incarnato.

Cupula globosa, ceracea, extus albido-flocculoso-villosa, disco excavato, dilute incarnato.

c. extus fusco-umbrina.

d. albo-pallens.

Gregaria, conferta, globosa, albido-pallescens, parva, margine involuto, extus flocculoso-villosa.

Ad ligna pinea, alnea putrida, frequens. Majo — Septemb.

83. ***P. hyalina Pers.*** Gregaria, minuta; cupula primo subglobosa, dein explanata, humida vitreo-pellucida, extus subpilosa.

P. HYALINA PERS. *Syn. Fung.* 655. — *Mycol. europ.* 1

*p.* 316. (*exclusa γ.*) — Alb. et Schw. *Consp. Fung.* *p.* 326.

b. *aquosa*. Gregaria, conferta, tota aquose albida l. pallida, sessilis, hyalina; cupula extus undique pilis longis, fasciculatis obsessa, vix $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$″ lata, primo globosa, dein magis explanata.

c. *exigua*. Sparsa gregariaque. Cupula punctiformis, exigua, exacte globosa, concava, extus pilis albis, fasciculatis dense obsessa.

Ad ligna putridissima in locis udis dejecta et in foliis dejectis ubique. Majo — Septemb.

** Caulicolae l. foliicolae, in partibus plantarum annuis.

84. *P. strigosa Fr.* Gregaria sparsaque, innato-sessilis; cupula primo globosa, demum applanata, concava, extus setis nigris, longis, erectis strigosa, disco pallido.

P. strigosa Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 103. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 9. — *Observ. mycol.* 2. *p.* 304. (*exclusis synon.* Pers. et Schrad.).

Cupula applanato-adnata, concava, 1—1$\frac{1}{4}$″ lata, exsiccata valde contrahitur.

a. *minor.* — Per plures menses in caldariis nostris ad tunicam vetustam emortuam *Crini latifolii* Andr. et *Crini bracteati* W. observavi. — Julio — Septemb.

b. *major.* — Hanc formam in caulibus emortuis *Urticae dioicae* Linn. legi. Vere.

85. *P. relicina Fr. a.* Gregaria, minor, sessilis; cupula obconica, badia, pilis erectis, confertis, strigosis. Fr.

Digitized by Google

P. relicina Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 103. — P. Atropae Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 320. — Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 249.

In tectis stramineis semiputridis semel. Septemb.

86. *P. Nidulus Schmidt et Kunz.* Gregaria l. sparsa, sessilis; cupula hemisphaerico-applanata, extus badia, strigoso-hirsuta, disco pallide flavescente.

P. Nidulus Schmidt et Kunze. *exs. nro.* 72.! — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 104. — Pers. *Mycol.* 1. *p.* 250.

Pulchella minutaque species! Cupula subtenax et in statu vetusto subglabra.

Ad caules siccos *Convallariae multiflorae* Linn. in Rossia minore legit Cl. Dr. Bongard.

87. *P. sulphurea Pers.* Gregaria, sessilis, subtenax; cupula primo subglobosa, dein magis applanata, margine elevato, extus strigoso-tomentosa, sulphurea, intus pallida.

P. sulphurea Pers. *Syn. Fung.* 649. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 250. (*ex parte*). — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 104. (*excluso synon. Decand.*).

b. *fuscescens Fr.* Gregaria sparsaque, sessilis; cupula primo globosa, sulphurea, dein virescens, mox fuscescens, applanata, extus sulphureo-tomentosa, intus grisea.

c. *leucophaea Pers.* Gregaria, extus strigoso-hirsuta, fuscescens, disco albido l. incarnato.

Ad caules plantarum majorum frequens. In Rossia minore (Dr. Bongard).

Digitized by Google

88. ***P. villosa* Pers.** Gregaria, sessilis, minuta; cupula globosa, villosa, alba, ore subconnivente. Fr.

P. villosa Pers. *Syn. Fung. p.* 566. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 104. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 325. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 26. — P. granuliformis Pers. *Syn. Fung. p.* 631. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 267.

b. intus carnea. — P. incarnata Pers. *Observ. myc.* 2. *p.* 84. — P. granuliformis Nees *Syst. tab.* 37. *fig.* 273.

Cupula sicca subclausa, humectata aperta, vix ½‴ lata.

Ad stipites, caules et folia (praeprimis ad stipites filicum) copiose. In Rossia minore (Dr. Bongard). Majo — Junio.

89. ***P. punctiformis* Fr.** Gregaria, sessilis, perexigua, punctiformis, subfugax, villosa, ore subconnivente. Fr.

P. punctiformis a. nivea Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 105.

Ad folia dejecta *Betulae albae.* Autum. Vere.

3. Tapesia. Cupula ceracea l. coriacea, crustae subtomentosae insidens. *Epiphytae.*

a. Stipitatae.

* Cupulis villosis.

90. ***P. anomala* Pers.** Crustaceo-glomerata, substipitata; cupulis villosis cervinis aut ferrugineis, disco urceolato, sordide albido, stipite brevi, glabro.

P. anomala Pers. *Syn. Fung. p.* 656. — Fr. *Syst. mycol.* 2. *p.* 106. — Fl. Dan. *tab.* 2082. *fig.* 3. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 326. — P. stipata Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 270.

Subiculum villosum, tenue, saepe nullum. Cupulae plerumque valde conglomeratae, sed etiam tantum gregariae, tenues et regulares.

b. erumpens, caespitosa.

Ad ramos dejectos exsiccatos vulgatissime. Per annum.

91. *P. annulata Holmsk.* Gregaria, stipitata; cupulis subglobosis, furfuraceis, obscure cinereis; stipite annulato; disco depresso, nigro. Fr.

P. ANNULATA HOLMSK. — FR. *Syst. mycol.* 2. *p.* 106.

Statum juniorem hujus speciei hucusque his in regionibus legi; sed in herbario Acad. scient. Petrop. exemplaria vidi completa, a Cl. DR. BONGARD in Rossia minore ad ligna putrida lecta.

92. *P. Messerschmidii Weinm.* Conferta, substipitata carnoso-ceracea, extus cum stipite aureo-fulva, granulosa, intus dilutiore, margine albida; stipite brevi.

P. MESSERSCHMIDII WEINM. *in Flora* 1832. *nro.* 29. *p.* 455.

Minuta, sed pulchella et distincta species. — Subiculum tenue, araneosum, primo aureo-fulvum, dein pallidius, irregulariter effusum. Cupulae regulares, primo subglobosae, mox obconicae, cum stipite confluentes. Tota primitus aureo-fulva, deinde margo albescit et discus dilutior evadit; adulta iterum tota aureo-fulva.

In acubus *Pini sylvestris*, exeunte Augusto.

93. *P. aurelia Fr. var. minor.* Gregaria sparsaque; cupula sessili, hemisphaerica, pallescente, extus aurantio-granulosa, ore involuto.

Minuta, vix ½‴ lata!, sed bella! Primo globosa, dein magis dilata: ore semper involuto. Tota pallens, extus tota granulis aurantio-fulvis pilisque sparsis intermixtis obsessa.

In lignis pineis carie consumtis exeunte Aprili.

94. ***P.** erratica **Fr.*** Gregaria, sessilis; cupula primo granuliformi, dein magis dilatata, alba, extus villosa, pilis longis liberis cincta, disco ceraceo atro. Fr.

P. ERRATICA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 108.

Ad ramum crassiorem dejectum in umbrosis horti nostri semel. Per annum.

95. ***P.** conspersa **Pers.*** Gregaria, conferta, sessilis; cupula urceolata, fusco-nigra, margine albo, disco obscuriore, extus tomentosa; subiculo concolori.

P. CONSPERSA PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 271. — FR. *Syst. mycol.* 2. *p.* 108. — P. PRUINATA *ib. p.* 109. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 10. — THELEBOLUS HIRSUTUS DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 272.

Subiculum tomentosum, tenue, irregulariter expansum, fusco-nigrum. Cupulae aut solitariae aut gregariae, imo confertae, profunde excavatae, primo pulvere albido conspersae, demum fusco-nigricantes, margine tantum albae, exsiccatae valde irregulares.

Semel tantum legi in ramo quodam crasso dejecto. Autum. — Inter rejectamenta putrida horti Imperialis Petropolitani, ad ramulos dejectos legit pulchra completaque specimina Cl. DR. BONGARD.

Digitized by Google

96. *P. Rosae Pers.* Gregaria sparsaque, sessilis; cupula suburceolata, spadicea, margine inflexo, extus subtomentosa; subiculo effuso, tomentoso, concolori.

P. ROSAE PERS. *Syn. Fung. p.* 656. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 272. — LETELL. *Fasc.* 3. *tab.* 615. *fig.* 2. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 109. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 18. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 327. — MART. *Fl. mosq. p.* 248. — MYROTHECIUM HISPIDUM TODE *Fung. Meckl.* 1. *p.* 27. *tab.* 5. *fig.* 41.

Subiculum tomentosum, ramos ambiens. Cupulae exsiccatae difformes.

In ramulis aridis, suberosis ad basin *Rosae alpinae* in horto nostro. Perennis.

** Cupulis glabris.

97. *P. fusca Pers.* Gregaria sparsaque, sessilis; cupula concava, fusca l. nigricante, demum applanata, cinerea, margine albidiore, subtus pilis subiculo lato tomentoso adhaerente.

P. FUSCA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 109.

a. Junior. — P. PRUNI AVIUM PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 273.

Subiculo lato, nigro; cupulis sparsis, concoloribus, ore subconnivente, albicante.

b. Subiculo albo.

Subiculum indeterminatum, late effusum, album, e villis valde intertextis constans, laxe adhaerens. Cupulae adultae convexae, margine crispato-lobatae, fuligineo-nigrae, solitariae, sparsae l. confertae. An species propria?

Digitized by Google

a. in trunco vetustissimo *Pruni Padi* LINN.; b. in lignis putridissimis *Alni incanae* WILLD. Autumno.

98. ***P. sanguinea Pers.*** Conferta!, sessilis; cupula concava, glabra, nigrescente, margine rubella, basi tomento brevi sanguineo cincta. Fr.

P. SANGUINEA PERS. *Syn. Fung. p.* 657. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 273. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 110. — NEES *Syst. tab.* 37. *fig.* 271.

Ad truncum dejectum decorticatum *Populi Tremulae*, semel. Perennis. In Rossia minore (DR. BONGARD).

99. ***P. luteola Fr.*** Gregaria, sessilis; cupula ceracea, concava, glabra, primo albida, dein luteola et applanata, basi tomento brevi albido insidente.

P. LUTEOLA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 110.

Cupulae juniores albidae l. aqueae, mox luteolae, granuliformes, sed dein magis apertae.

Ad lignum carie consumtum alneum bis legi. Septemb.

4. FIBRINA. Ceraceae l. coriaceae, pilis raris adpressis fibrosae l. striatae. *Epiphytae.*

a. Stipitatae.

100. ***P. Riederi Weinm.*** Gregaria! substipitata; cupula infundibuliformi, dilute-fuliginea, margine crenata, lobata integrave; stipite subcrasso in cupula sulcato-costato ramosoque.

P. RIEDERI WEINM. — FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 10.

Digitized by Google

Cupula ad 1¼′ lata, ore plus minus contracto, extus plus minusve cum stipite albo-farinacea. Stipes (quando praesens) 2—6″ altus, 2—4″ crassus.

Ad sylvarum margines ad terram muscosam memorabilem hanc speciem exeunte aestate, prope Slavienkam legi.

In memoriam dilectissimi alumni mei J. G. Rieder hanc speciem nominavi, qui per plures annos agrum Pawlowskiensem diligenter perlustrans multos pulchros rarissimosque fungos collegit.

101. ***P. bolaris Batsch.*** Gregaria sparsaque, firma; cupula infundibuliformi, margine crenato, fibrilloso-venosa, subochracea, disco badio, stipite brevi l. elongato.

P. BOLARIS BATSCH *Elench. Fung. p.* 221. *tab.* 28. *fig.* 155. (*bene!*). — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 112. — PERS. *Syn. Fung. p.* 658. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 279. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 330.

Cupula ceracea, 1½—2″ et ultra lata, exsiccata margine valde involuta.

Ad ramos exsiccatos dejectos *Coryli*? ad montem Duderhov parce. Autumno serotino.

*β. explanata Holmsk.* Subsolitaria, firma, cupulaeformis, dein disco explanata, margine suberecto, extus fusca venoso-subplicosa, intus obscuriori; stipes brevis l. nullus, aequalis.

P. EXPLANATA HOLMSK. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 278. P. BOLARIS *β.* FR. *l. c.*

Ad ramos dejectos quercinos in Rossia minore observavit Dr. Bongard. (V. s. in herb. Acad. Imperial. scient. Petrop.).

102. ***P. ceracella Fr.*** Gregaria l. caespitosa, sessilis; cupula ceraceo-membranacea, primo urceolata, dein disco applanato albido, extus pilis tenuissimis adpressis fuscescente.

P. ceracella Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 114.

Cupula humectata 1—2‴ lata, exsiccata valde contracta. In statu vegeto saepe etiam margine subrepanda.

In unico ramulo dejecto quercino exsiccato sero autumno in horto nostro legi. — In Rossia minore (Dr. Bongard).

**Ser. III. PHIALEA.** Ceraceae l. membranaceae, raro gelatinosae, glabrae, nudae. *Epiphytae.*

**A. Hymenoscyphae.** Cupula submembranacea, distincte stipitata. Hymenium distinctum, excipulo crassius. Asci ampli.

a. *Ciborioideae.* Infundibuliformes, dein dilatatae. Majores, *epiphytae.*

103. ***P. ciborioides Fr.*** Subgregaria, subtenax; cupula infundibuliformi, pallide rufescente, basi angustata, margine demum crenato; stipite flexuoso, capillari, spadiceo.

Cupula 2—3‴ lata. Stipes ½—1″ fere longus.

Ad ramulos tenerrimos in sylvis semel. Majo.

104. ***P. Urnula Weinm.*** Solitaria, firmula; cupula oblongiuscula, obscure-fusca, ore contracto, subrevoluto, extus stipiteque elongato pruinoso-villosiusculis.

P. Urnula Weinm. *in Flora* 1832. *nro.* 29. *p.* 455.

Cupula 1½—2″ alta, 1—1½″ lata. Margo primo erectus, dein subrevolutus, integer l. in statu vetusto lacinulatus. Stipes 1—1½′ longus, tenuis, aequalis, utplurimum inter sphagna humida latens. — An potius inter Geopyx. macropodes enumeranda?

Enascitur semper fructibus putrescentibus *Vaccinii Vitis Ideae* Linn., inter caespites humidos Sphagnorum. Primo vere.

105. ***P. fructigena Bull.*** Gregaria, firmula, cupula patellaeformi, margine intumescente, obtuso, pallida aut lutescente, glabra; stipite subflexuoso, deorsum attenuato, basi nigrescente.

a. P. fructigena Bull. *Champ. tab.* 228. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 118. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 11. — Pers *Syn. Fung. p.* 660. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 282. — Nees *Syst. tab.* 38. *fig.* 292. — P. calyculus et Carpini Batsch *Elench. Fung. tab.* 12. *fig.* 57 *et tab.* 27. *fig.* 150. (*minus bene!*). — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 420. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 331. — Helotium flavescens Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 346.

Cupula vegeta 1—2″ lata. Tota 1—1½″ alta.

b. virgultorum — Fl. Dan. *tab.* 1016. *fig.* 2. — Octospora fungoidaster Hedw. *Musc. frond.* 2. *p.* 53. *tab.* 19. *fig. A.* — Wahlenb. *Fl. succ. p.* 465.

Digitized by Google

*β*. Salicina. — Cupula tenui flexuosa, flava; stipite tenui, deorsum attenuato. — Fr. *l. c. p.* 119. — Pers. *Syn. Fung. p.* 663. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 277. (P. firma * flavescens).

Hab. a. in amentis *Alni incanae*; b. in ramulis dejectis ubique frequens; *β*. ad ramulos salicinos raro. Majo — Octob.

106. ***P. lutescens Fr.*** Lutescens, minor; cupula hypocrateriformi, orbiculari; stipite brevi, tenui, subcylindrico. Fr.

P. lutescens Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 120. — Fl. Dan. *tab.* 1440. *fig.* 1. — Wahlenb. *Fl. upsal. p.* 455. — Octospora lutescens Hedw. *Musc. frond.* 2. *p.* 30. *tab.* 9. *fig.* 3.

Ad ramos dejectos in Rossia minori (teste Cl. Dr. Bongard).

b. *Cyathoideae.* Ex urceolato-concavae. Minores, *caulicolae.*

107. ***P. coronata Bull.*** Subgregaria, sparsa, stipitata; cupula cyathiformi l. turbinata, albido-pallescente, glabra, margine dentibus erectis coronata; stipite subincurvo.

P. coronata Bull. *Champ. tab.* 416. *fig.* 4. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 120. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 83. — P. radiata Pers. *Syn. Fung. p.* 662. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 287. — Nees *Syst. tab.* 38. *fig.* 293. — P. subulata Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 418. — Fl. Dan. *tab.* 1380. *fig.* 1. — Pers. *l. c.* 286.

b. *lignatilis Fr.* Gregaria sparsaque, tota glabra, albida. Cupula primo subglobosa, dein aperta, planiuscula, denticulis marginatis rectis. Stipes aequalis, ½—1″

Digitized by Google

altus, subinde curvatus. — In statu sicco pallescenti-fuscescens, margine saepe irregulariter clausa.

P. CORONATA β. LIGNATILIS FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 120. — P. DENTICULATA FL. DAN. *tab.* 1016. *fig.* 1. — MART. *Fl. mosq. p.* 249.

c. *pallide-incarnata Weinm.* Cupula primo oblongiuscula, dentibus subulatis clausa, dilute incarnata, deinde excavato-applanata, pallescens, dentibus patulis.

Hab. a et c.: in caulibus plantarum dejectis; b. in lignis pineis vetustis alneisque passim. Aestate, autum.

108. ***P.*** *litorea* ***Fr.*** Gregaria l. sparsa, stipitata, firmula; albida; cupula subinfundibuliformi, disco subrubescente, margine involuto, lacerato-fimbriato.

P. LITOREA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 121.

Pulchella! Cupula $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}''$ lata, junior plus minus globosa, mox subinfundibuliformis, deinde disco planiusculo, margine inflexo. Stipes sursum in cupulam dilatatus, brevis.

In locis aquosis, ad caules plantarum dejectos, semel, sed copiose. Sept.

109. ***P. Personii Moug.*** Sparsa, minuta; cupula stipitata, urceolata, dilute aurantiaca, margine prominente, scarioso, albido; stipite brevi, cylindrico, roseo.

P. PERSONII MOUG. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 121. *tab.* 12. *fig.* 1. (*optime!*). — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 121. LYCOPERDON EQUISETI HOFFM. *Veg. crypt. fasc.* 2. *p.* 17. *tab.* 5. *fig.* 1.

Nitida species! Cupula exacte urceolata, 1″ fere alta. Stipes brevis, medio attenuatus.

In locis paludosis semel hanc speciem legit ante plures annos alumnus meus G. Rieder. Julio.

110. ***P.*** *pyriformis* ***Fr.*** ***a.*** Solitaria, stipitata, cupula globoso-turbinata, fuscescente, margine subtumido, involuto, pallidiore.

P. pyriformis Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 129. *a.* — Octospora pyriformis Hedw. *Musc. frond.* 2. *p.* 32. *tab.* 10. *fig. A.*

Cupula ½—1″ lata, carnosula, extus marginem versus obscure fuscescens, ad basin et intus dilutior. Margo hinc inde subcrenulatus. Stipes 1—2″ et ultra long., basin versus subattenuatus.

In terra humida turfosa ad frondes et radiculas *Marchantiae polymorphae* semel. Aprili.

111. ***P.*** *clavata* ***Pers.*** Subgregaria, firmula; cupula primo cylindrica, dein subinfundibuliformi, fuscescente, glabra; stipite crassiusculo cum cupula confluente.

P. clavata Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 285. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 122.

Ad caules dejectos Umbelliferarum semel in horto nostro botanico. Augusto.

112. ***P.*** *scutula* ***Pers.*** Solitaria, firmula, hypocrateriformis, laevis, luteo-testacea, margine integerrimo; stipite brevi, tenui, aequali. Fr.

P. scutula Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 284. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 123. — Letell. *fasc.* 3. *tab.* 615. *fig.* 4.

Digitized by Google

Ad caules plantarum rarissime. Majo.

113. ***P. Campanula Nees.*** Gregaria; cupula stipitata, campanulata, flava, laevi; stipite brevi, subflexuoso, aequali.

P. CAMPANULA NEES *Syst. tab.* 38. *fig.* 295. (*optime!*). — FR. *Syst. mycol.* 2. *p.* 123. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 284. — P. SULPHUREA BATSCH *Elench. Fung.* 2. *tab.* 27. *fig.* 146.

Cupula gracilis, pellucida, subinde difformis, 1—1¼″ alta. Stipes cum cupula confluens.

In stipulis putrescentibus aliquoties. Julio, Augusto.

114. ***P. Capula Holmsk.*** Gregaria l. sparsa, tenella, albida, demum cinereo-albida; cupula campanulata l. lacerata, obliqua; stipite brevi, deorsum attenuato, villosiusculo.

P. CAPULA HOLMSK. FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 123.

Ad culmos graminum pauca tantum exempla hucusque observavi. Aug.

115. ***P. cyathoidea Bull.*** Gregaria, tenuis, albida, pallida; cupula globoso-cyathiformi, dein explanata, integerrima; stipite filiformi, longiusculo. Fr.

P. CYATHOIDEA BULL. *Champ. p.* 250. *tab.* 416. *fig.* 3. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 124. — PERS. *Syn. Fung. p.* 662. *Mycol. europ.* 1. *p.* 284. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 333. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 82.

Cupulam albidam et dilute incarnatam vidi, quae demum planiuscula et vetusta obscurior, ½—1″ lata. Stipes 1—2½″ longus.

Digitized by Google

b. TENELLA BATSCH *Elench. Fung.* 2. *tab.* 27. *fig.* 151. — NEES *Syst. tab.* 38. *fig.* 294. (*optime!*). — MART. *Fl. mosq. p.* 248. — OCTOSPORA ALBIDULA HEDW. *Musc. frond.* 2 *p.* 30. *tab.* 9. *fig. B.*

Cupula minori, colore albido et stipite longiore ab a. praecipue differt.

Ad stipites et caules dejectos plantarum ubique. Majo — Octob. In Rossia minore (DR. BONGARD).

116. ***P. Perula Pers.*** Sparsa, tenera, majuscula; cupula submembranacea, elongata, infundibuliformi, albida (2‴ et ultra lata), ore late aperto; stipite brevi, nigrescente.

P. PERULA PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 280. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 125.

In umbrosis humidis ad terram sabulosam muscis tenue obductam atque carbonibus substratis semel. Exeunte Augusto.

117. ***P. strobilina Fr.*** Sparsa gregariaque, tenax; Cupula primo urcolata, dein magis dilatata, pallide rufescente, margine tumido (semi lineam lata); stipite brevi, nigro.

P. STROBILINA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 125.

Ad strobilos abiegnos semel, sed copiose. Augusto.

B. CALYCINAE. Cupula carnoso-ceracea, firma, obconica, substipita. Hymenium distinctum, excipulo tenuius. Asci tenues. *Lignatiles.*

1. *Calyculae.* Stipitatae, disco concavo.

118. ***P. Boltoniana Weinm.*** Gregaria l. sparsa; cupula turbinata, disco plano, flavo, extus albida, margine tumido; stipite elongato, gracili.

P. TUBA BOLT. *Fung. tab.* 106. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 128. (*non* FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 58). — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 278.

Cupula 2—3‴ lata, primo clavata. Stipes longitudine varius.

Ad ramulos dejectos in sylvis humidis semel, sed pulchra et completa exemplaria collegi. Ineunte Septemb.

119. ***P. Calyculus*** *Sowerb.* Gregaria l. conferta, firma; cupula lutescenti-brunea, concava, margine elevato; stipite brevi, crasso, albido-villoso.

P. CALYCULUS SOWERB. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 129. — PERS. *Syn. Fung. p.* 660.

Cupula 1—2‴ et parum ultra lata. Stipes 1‴ longus.

Ad ramulos quercinos dejectos in Rossia minore legit DR. BONGARD. (V. s. in herb. Acad. Imperial. scient. Petrop.).

120. ***P. Krascheninikowii*** *Weinm.* Solitaria; cupula carnoso-membranacea, turbinato-globosa, dilute-brunea, striatula, margine involuto, disco umbrino; stipite brevi, crassiusculo, nigrescente.

P. KRASCHENINIKOWII WEINM. *in Flora an.* 1832. *nro.* 29. *p.* 456.

Minuta, sed valde memorabilis et elegans. Cupula vix ¼‴ lata, initio magis turbinata, dein turbinato-globosa, humida obscure-, sicca dilute brunea: striis tenuibus, vagis, subelevatis ornata, margine semper involuto. Stipes ¼‴ et ultra longus, subteres, crassiusculus et sub lente subsulcatus.

In ramulo dejecto decorticato alneo semel. Autumno.

121. ***P. janthina Fr.*** Gregaria sparsaque; cupula ex urceolato concava, dilute violacea, glabra, marginata, integerrima; stipite breviusculo.

P. janthina Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 130. — Octospora violacea Hedw. *Musc. frond.* 2. *p.* 27. *tab.* 8. *fig. A.*

Species pulchella! Cupula initio cylindrica, postea subinfundibuliformis, tota 1—2″ alta. Exsiccata valde contrahitur.

Ad ligna vetusta salicina. Autumno.

122. ***P. aeruginosa Pers.*** Gregaria sparsaque, cupula carnoso-ceracea, aeruginosa, difformi, glabra; stipite brevi, deorsum attenuato.

P. aeruginosa Pers. *Syn. Fung. p.* 663. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 291. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 130. — Fl. Dan. *tab.* 1260. *fig.* 1. (*exacte!*). — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 430. — Helvella aeruginosa Fl. Dan. *tab.* 534. *fig.* 2. (*rudis!*).

Cupula ½—2″ et ultra lata, extus subinde albida, mox breve stipitata, mox sessilis, tota glabra. Lignum, ex quo enascitur, semper colore aeruginoso, subinde satis profunde, tinctum.

Ad ligna mucida, praeprimis *Betulae albae.* Aestate, autum.

123. ***P. versiformis Pers.*** Gregaria, substipitata, firmula; cupula carnoso-ceracea, difformi, flavo-olivacea, externe subpurpurascente, subvillosa; stipite confluente.

P. VERSIFORMIS PERS. *Icon. et descript. fasc.* 1. *p.* 25. *tab.* 7. *fig.* 7. — *Syn. Fung. p.* 647. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 243. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 130.

Cupula mox integra, mox varie formata lobataque, junior extus leviter villosa, adultior tota glabra, cum stipite confluens, 2 — 4″ lata.

b. *nigrescente-olivacea Weinm.* Gregaria, conferta, substipitata, nigrescente-olivascens; cupula carnosa, utplurimum plano-concava, 1—3″ làta, fere pellucens, margine elevato, junior laevis, adultior rugulosa. Stipes ½ — 1″ longus, deorsum attenuatus.

a. ad ligna putrescentia; b. in strobilis putrescentibus *Pini Abietis.* Vere.

124. ***P. Aspegrenii Fr.*** Gregaria, firmula; cupula carnosula, concava, margine elevato, subrepando, disco flavo, extus cum stipite glabris, albis.

P. ASPEGRENII FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 131. — P. BICOLOR FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 305. — P. CALYCIUM PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 282. (*nec* DECAND.).

Cupula tenuior ut in insequente, tota glabra. Discus late explanatus, tota 1 — 2″ lata, margine erecto, repanda. Stipes 1 — 2″ longus.

Ad lignum mucidum quercinum in Rossia minore observavit DR. BONGARD. (V. s. in herb. Acad. Imperial. scient. Petrop.).

125. ***P. citrina Batsch.*** Gregaria, valde conferta, saepe confluens, citrina; cupula carnoso-ceracea, crassiuscula,

plano-concava cum stipite brevi, crasso, pallidiore obconicis.

P. CITRINA BATSCH *Elench. Fung. Cent.* 2. *fig.* 218. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 131. — PERS. *Syn. Fung. p.* 663. *Mycol. europ.* 1. *p.* 293. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 430. FL DAN. *tab.* 1971, *fig.* 3. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 22. MART. *Fl. mosq. p.* 248. — P. CYATHOIDES LINN. *suec. nro.* 1273. — OCTOSPORA CITRINA HEDW. *Musc. frond.* 2. *p.* 28. *tab.* 8. *fig.* 2.

Cupula utplurimum regularis, junior fere obconica, mox dilatata, margine erecto, crassiusculo, 1—1½″ lata. Stipes nunc 1″ et parum ultra long., nunc tantum papillaeformis.

Abundat in truncis putridis et ad ramulos dejectos. In Rossia minore (DR. BONGARD). Prope Mosquam (MARTIUS). Julio — Septemb.

b. *filicina Fr.* Gregaria, substipitata; cupula excavata, aurantiaca, stipite firmo pallidiore. — Fr. Observ. mycol. 2. p. 306.

c. *albida* FR. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 334.

b. legi in stipitibus Filicum semel; c. in fructibus dejectis *Coryli Avellanae.*

126. ***P. pallescens Pers.*** Gregaria l. sparsa, minor; cupula concava, dilute flava l. sordide pallescente, glabra; stipite brevi, crassiusculo, pallido.

P. PALLESCENS PERS. *Syn. Fung. p.* 664. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 294. — FR. *Syst. mycol.* 2. *p.* 132. — ALB. et

Schw. *Consp. Fung. p.* 334. — P. lenticularis Hoffm. *Fl. germ. crypt. tab.* 13.

b. stipite elongato. — P. elongata Schum. *Fl. Saell* 2. *p.* 429.

c. *chionea* Fr. *Observ. mycol.* 2. *p.* 306.

Gregaria, stipitata, alba, pulchella; cupula subtenui, concava; stipite brevi, crassiusculo.

Omnes tres formas in lignis et ramis alneis, sed parce, legi. Vere et autumno.

127. ***P. nigripes Pers.*** Gregaria, carnoso-ceracea, sordide-pallens, glabra; cupula planiuscula, marginata; stipite aequali, basi nigrescente, flexuoso.

P. nigripes Pers. *Syn. Fung. p.* 661. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 332. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 132. *a. regularis.*

Cupula ½—1″ lata, primitus dilute pallens, plano-concaviuscula, mox sordide pallens et fere plana, margine dilutiori, vix elevato. Stipes utplurimum flexuosus, 1 — 3½″ longus, praesertim basin versus nigrescens,

Ad folia dejecta et amenta putrida *alnorum* perrara. Majo.

128. ***P. Friesii Weinm.*** Gregaria, tota argillacea; cupula plano-convexa, margine tumidula; stipite brevi, crassiusculo, obconico.

Substantia carnosa, crassiuscula. Cupula ¼—½″ lata, margine plano. Stipes interdum ½″ et paulo ultra long., et ad basin obscurior. Tota glabra.

Ad folia dejecta *Populi Tremulae* et *Betulae albae.* Exeunte Junio, Julio.

Digitized by Google

2. *Lenticulares.* Subsessiles, disco plano l. convexo.

129. *P. lenticularis Bull.* Gregaria, glabra, laete flava; cupula primo cava, dein convexa, adpressa; stipite papillaeformi, nigrescente.

P. LENTICULARIS BULL. *Champ. tab.* 500. *fig. A. C.* — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 133. — PERS. *Syn. Fung. p.* 664. MART. *Fl. mosq. p.* 249. — OCTOSPORA CITRINA FL. DAN. *tab.* 1294. *fig.* 1. — P. CITRINA LENTICULARIS PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 293. — HELOTIUM NIGRIPES PERS. *ib. p.* 344. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 412.

Cupula junior cava, dein convexa, ½—1″ lata, nitida.

Ad ligna vetusta exsiccata haud frequens. Prope Mosquam (MARTIUS). Autum.

130. *P. salicella Fr.* Subgregaria, erumpens, ochraceopallens, firma; cupula adpressa, utrinque plana, orbiculari; stipite brevissimo, pallido.

P. SALICELLA FR. *myc.* 2. *p.* 133.

Cupula crassiuscula, margine plano, 1″ et parum ultra lata.

Ad ramulos dejectos salicinos semel. Septemb.

131. *P. tricolor Sowerb.* Gregaria l. sparsa, carnosula; cupula primo subcava, dein applanata l. convexa, adpressa, demum plicatula, extus fuliginea, margine dilutiore, intus testaceo-flava; stipite brevissimo, albido.

P. TRICOLOR SOWERB. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 134.

Cupula erumpens, demum explanata, ½—1″ lata, primo obtutu sessilis, sed stipes brevissimus manifeste adest. Pulchella species.

Ad ramum crassiorem *Tiliae parvifoliae* HOFFM. semel. Augusto.

132. ***P. merdaria Fr.*** Conferta, subsessilis, carnosa, dilute badia, glaberrima; cupula primo excavata, dein ob situm confertum, margine elevato-undulata, nigrescente; stipite brevissimo, papillato.

P. MERDARIA FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 11.

Cupula in statu vegeto 1—1¼″ lata, centro depresso, minute umbilicato.

In merda humana semel. Julio post largas pluvias.

133. ***P. imberbis Bull.*** Valde conferta; cupula primo concava, dein plano-convexa, glabra, alba, integra l. ob mutuam compressionem margine undulato-flexuosa; stipite brevi aut papillaeformi.

P. IMBERBIS BULL. *Champ. p.* 245. *tab.* 467. *fig.* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 81. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 136. *a.*

Cupula subinde irregularis ½″ et paulo ultra lata.

Ad ramos vetustos *Sambuci racemosae* et ligna vetusta aliquoties. Septemb.

134. ***P. herbarum Pers.*** Sparsa l. subgregaria, carnoso-ceracea, glabra; cupula primo albida, dein pallescente, plano-convexa, adpressa, margine integerrimo; stipite brevissimo.

P. HERBARUM PERS. *Syn. Fung. p.* 664. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 295. — FR. *Syst. mycol.* 2. *p.* 136. — *Observ. myc.* 2. *p.* 305. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 339.

Cupula 1″ paulo latior.

Digitized by Google

Praeamat caules emortuos *Urticae dioicae.* Autum. serotino.

135. ***P.*** *epiphylla* ***Pers.*** Sparsa, subsessilis, glabra; cupula carnoso-ceracea, convexo-plana, marginata, ochraceo-pallida.

P. EPIPHYLLA PERS. *Syn. Fung. p.* 669. — *Mycol. europ.* 2. *p.* 295.

Cupula 1—1½″ lata, demum rufescens.

Ad folia dejecta putrescentia. Majo — August.

*Observ.* PEZIZA MINUTISSIMA BATSCH *Elench. Fung. p.* 205. *tab.* 27. *fig.* 143. *a beato* SOBOLEWSKIO *in Flora Petropolitana pag.* 316. *indicata a me nondum observata et valde dubia.*

C. MOLLISIA. Cupula ceraceo-mollis, aquosa, sessilis l. obconica. Hymenium confluens. Asci tenelli.

a. *Clavaeformes.* Obconico-stipitatae, crassiusculae, carnoso-tremellosae, plano-convexae, absque margine prominente, disco passim rimoso,

136. ***P.*** *Phascoides* ***Fr.*** Gregaria, substipitata, carnoso-ceracea, sordide flavescens; cupula turbinata, plano-convexa; stipite brevi, basi attenuato.

P. PHASCOIDES FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 138. — P. DUBIA BATSCH *Elench. Fung. tab.* 27. *fig.* 145. (*satis bene convenit*).

Cupula ¼—¾″ lata, margine integro. Stipes ¼—¾″ long., ecoloratus, pellucidus. Tota glabra. (Sic in schedulis meis adnotavi; nam exemplaria quae ante plures annos legi, non amplius ad manus sunt.)

Ad stipulas putridas in sylvis semel. Septemb.

136. ***P. abacina Fr.*** Gregaria, tremellosa-mollis, minuta aquose luteola; stipite brevi, crasso, fuscescente, glabro. Fr.

P. ABACINA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 139.

Cupula a prima infantia convexa, subtus umbilicata, 1‴ fere lata, stipes crassus, ¼″ et ultra longus, sursum parum attenuatus, basin versus fuscescens, ceterum albus. (Sub nomine *Helotii crassi* olim in schedulis meis adnotavi.)

In acubus *Pini sylvestris.* Septembri.

b. *Udae.* Sessiles, subtremellosae, crassiusculae.

137. ***P. chrysocoma Bull.*** Gregaria confertaque, sessilis, tremelloidea, glabra, luteo-fulva, junior sphaerica, dein applanata, margine subintumescente.

P. CHRYSOCOMA BULL. *Champ. p.* 254. *tab.* 376. *fig.* 2. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 140. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 78. — FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 11. — PERS. *Syn. Fung. p.* 635. *Mycol. europ.* 1. *p.* 304.

In statu juvenili corpuscula globosa, tremelloidea, punctiformia sistit, deinde applanata et centro parum depressa, ½—1½″ lata.

In ramis decorticatis et ad ligna pinea frequens. Majo — Octob.

138. ***P. vinosa Alb. et Schw.*** Gregaria l. sparsa, subtremellosa, minuta, sessilis; cupula planiuscula, orbiculari, glabra, integerrima, subimmarginata, incarnato-rubella

P. vinosa Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 308. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 141.

b. *fulva.* — Gregaria, sessilis, subgelatinosa, explanata, glabra, integerrima, ½—¾″ lata, subcrenata, olivascente-fulva.

Ambae var. in lignis et ramis putridis. Julio — Septemb.

139. ***P.*** ***rubella Pers.*** Gregaria, ceraceo-mollis, sessilis, glabra; cupula primo convexa, dein applanata, incarnato-rubra, margine sublaciniato.

P. rubella Pers. *Syn. Fung. p.* 635. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 304. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 141. — *Observ. myc.* 1. *p.* 163.

Cupula crassiuscula, dein applanata, 1—1½″ lata, pellucens. Margo veluti pilis lacinulatus, subflexuosus.

Ad cortices putridos aliquoties. Augusto, Septemb.

140. ***P.*** *olivacea Pers.* Conferta, sessilis, carnoso-ceracea, primo subglobosa, mox applanata, margine prominente, tumido, undique olivacea, glabra, demum nigrescente.

P. olivacea Pers. *Syn. Fung. p.* 666. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 306. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 142. — Batsch *Elench. Fung. tab.* 12. *fig.* 51.

Cupula 1—2″ et ultra lata, margine integerrimo.

*β. tepidariorum Weinm.* Gregaria sparsaque, sessilis, tota glabra, concava, flavo-virens, margine incrassato, integerrimo. — Substantia aquose-gelatinosa, subpellucida. Cupula ¼—1″ lata.

*γ. minor Weinm.* — Gregaria sparsaque minutissima et nudo oculo vix visibilis.

δ. *Strobilorum Weinm.* Gregaria, conferta, sessilis, carnoso-ceracea, glabra, obscure olivacea, initio subglobosa, deinde plana, margine intumescente, nigro. In statu totius evolutionis plano-convexa, margine revoluto, 1—2‴ lata.

ε. *viridans Bong.* Gregaria, sessilis, primo globosa, dein explanata, glabra, disco coerulescente, margine extusque viridante, prominente. Cupula ½—1‴ lata. Bong.

a. ad truncos dejectos betulignos; β. in ollis tepidariorum; γ. in acubus *Pini sylvestris*; δ. in strobilis putridis *Pini Abietis*; ε. in ramulis dejectis *Betulae albae* (Dr. Bongard). Majo — Septemb.

141. ***P.*** *uda Pers.* Sparsa, sessilis, ceraceo-aquosa, orbicularis, applanata, immarginata, laevis, livido-fuscescens. Fr.

P. uda Pers. *Syn. Fung. p.* 634. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 142. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 307.

Cupula carnosula, tota plana, 1—2‴ lata.

Ad ligna dejecta putrida, passim. Aestate, Autumno.

142. ***P.*** *cinerea Batsch.* Solitaria, gregaria, imo confluens, minuta, sessilis, carnoso-mollis, primo urceolata, dein plana, cinerea, margine integerrimo, albidiore.

P. cinerea Batsch. *Elench. Fung. tab.* 26. *fig.* 137. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 142. — Pers. *Syn. Fung. p.* 634. *Mycol. europ.* 1. *p.* 302. — Nees *Syst. tab.* 37. *fig.* 269. P. callosa Bull. *Champ. tab.* 416. *fig.* 1. — Fl. Dan. *tab.* 1490. *fig.* 2. — Schum. *Saell.* 2. *p.* 417. —

DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 76. — P. PLANA et ALNI SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 417. — P. OBCONICA *ib. p.* 428.

Cupula initio urceolata, dein tota plana, margine integerrimo, ½—1″ lata.

b. subcarneo-pallens ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 307.

c. extus hirta.

d. GRISEA BATSCH. *Elench. Fung. tab.* 12. *fig.* 55.

Ubique in lignis decorticatis, humidis. Majo — Sept.

143. ***P. Bongardi Weinm.*** Sparsa, sessilis, basi subcontracta, ceterum globosa, demum hemisphaerica, glabra, disco subexcavato, albido, margine dentato erecto, extus nigrescens.

P. GLOBOSA BONGARD *in Ms.* (*non* FR..)

Species pulchella! Cupula crassiuscula, firmula, satis elevata, punctiformis, exsiccata contracta et tota nigra evadit.

Ad caulem plantae aridae (*Melampyri nemorosi?*) in Rossia minore legit DR. BONGARD. (V. s. in herbario Acad. Imperial. scient. Petrop.).

144. ***P. sanguinolenta Alb. et Schw.*** Gregaria l. sparsa, glabra, sessilis, depresso-hemisphaerica, pallide-ochracea, ad tactum cruentata.

P. SANGUINOLENTA ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 336. *tab.* 8. *fig.* 7. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 145. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 300.

Ad ligna dejecta humida semel. Autum.

145. ***P. cruenta Bong.*** Gregaria, sessilis, glabra, atra, planiuscula, laesa succum sanguineum fundens. Bong.

Digitized by Google

Cupula applanato-sessilis, orbicularis, margine tumidulo, subelevato, vix 1″ lata.

Ad ligna dejecta nuda humida in Rossia minore legit Cl. Dr. Bongard. (V. s. in herbario Acad. Imperial. scient. Petrop.).

146. ***P.** umbonata **Pers.*** Gregaria, sessilis, glabra, albido-caesia, disco subgelatinoso, utplurimum umbonato. Pers.

P. umbonata Pers. *Icon et descript. Fung. p.* 35. *tab.* 9. *fig.* 5. — *Syn. Fung. p.* 669. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 315. Fr. *Syst. mycol.* 2. *p.* 145. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 339.

Junior exacte doliiformis, dein applanata, disco plus minus umbonato. Pers.

Ad ramos dejectos in Rossia minore legit Dr. Bongard. (V. s. in herb. Acad. scient. Petrop.)

c. *Ceracellae.* Sessiles, tenues, aquoso-ceraceae.

147. ***P.** xanthostigma **Fr.*** Gregaria, punctiformis, submembranacea, glabra, excavata, orbicularis, aurea, margine integerrimo.

P. xanthostigma Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 166. — *Syst. myc.* 2. *p.* 146.

In ramo quodam dejecto putrido semel. Sept. (In Polonia secundum Fr. l. c.).

148. ***P.** leucostigma **Fr.*** Gregaria l. sparsa, sessilis, submembranacea, minuta, glabra, planiuscula, albido-hyalina, disco subcinerascente, margine orbiculari, integro.

Digitized by Google

P. LEUCOSTIGMA FR. *Observ. myc.* 1. *p.* 165. — *Syst. myc.* 2. *p.* 146.

In ramis dejectis putridis parce mihi obvia. Majo — Augusto.

b. major, firmior, margine elevato, ½—1″ et ultra lata.

In ramis dejectis putridis legit DR. BONGARD.

149. ***P.*** *vulgaris* ***Fr.*** Subcaespitosa, gregaria sparsaque, sessilis, orbicularis; cupula membranacea, utrinque concolore, albido-pallescente, glabra, margine integro aut subflexuoso.

P. VULGARIS FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 146.

b. *incarnata Fr.* — Sparsa, roseo-expallens, orbicularis.

*β. diaphana Fr.* — Sparsa, ex urceolato-applanata, albido-hyalina.

Ad cortices, ramulos et ligna putrida. Autumno, vere. Prope Mosquam (DR. BONGARD).

150. ***P.*** *dentata* ***Pers.*** Sparsa, minutissima, sessilis, albido-pallens, cupula primo globosa, dein hemisphaerica, extus farinacea, margine dentato.

P. DENTATA PERS. *Icon. et descript. Fung. fasc.* 1. *p.* 5. *tab.* 1. *fig.* 6. 7. — *Syn. Fung. p.* 669. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 315. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 147.

In ligno carie consumto semel, sed sat copiose. Septemb.

151. ***P.*** *Stelleri* ***Weinm.*** Sparsa l. conferta, sessilis, carnoso-tremellosa, ochracea, applanata, extus tenerrime granulosa, margine nunc integro nunc repando.

P. STELLERI WEINM. *in Flora an.* 1832. *nro.* 29. *p.* 456.

Pusilla. Cupula primo globosa, margine involuto, granuloso, mox applanata, margine aut integro aut repando-crispato, et in hoc statu totius evolutionis vix ½‴ lata.

In lignis pineis mucidis semel. Aprili.

152. ***P.*** *dilutella* ***Fr.*** Gregaria l. confluens, sessilis, ceraceo-mollis, glabra, primo concava, dein explanata, margine integerrimo prominente, patulo, albidiore.

P. DILUTELLA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 147.

Semel ad caules plantarum exsiccatos pauca exempla legi. Majo.

153. ***P.*** *atrata* ***Pers.*** Gregaria, minuta, sessilis; cupula subglobosa, nigrescente, extus subrugulosa, ore connivente, albicante.

P. ATRATA PERS. *Syn. Fung. p.* 669. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 306. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 148. — NEES *Syst. tab.* 37. *fig.* 266.

Ad ramos vetustos decorticatos. Vere. In Rossia minore (DR. BONGARD).

D. PATELLEA. Cupula ceraceo-sicca, sessilis, basi applanata l. innata, marginata.

a. Lignatiles.

154. ***P.*** *Resinae* ***Fr.*** Gregaria, conferta, dura, ex urceolato-patellata, aurantiaca, margine primo tenui, pallidiori, demum evanescente.

P. RESINAE FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 149. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 13. — LECIDEA RESINAE FR. *Observ. myc.* 1. *p.* 180.

Digitized by Google

In resina *Pini Abietis* semel. Per annum.

155. ***P.*** *Abbotiana Sowerb.* Sparsa, sessilis, sicca; cupula hemisphaerica, dein patellata, glabra, extus caesia, disco luteo, plano.

P. ABBOTIANA SOWERB. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 149. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 14. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 311.

Ad ligna dejecta *Betulae albae?* semel. Octob.

156. ***P.*** *melaleuca Fr.* Gregaria, firmula, sessilis; cupula ceraceo-sicca, plano-patellata, extus rugulosa, nigrescente, distincte marginata, disco albicante. Fr.

P. MELALEUCA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 150. — P. LEUCOMELA ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 341.

Ad ligna decorticata quercina in Rossia minore (DR. BONGARD). (V. s. in herbario Acad. Imperial. scient. Petrop.).

157. ***P.*** *lignyota Fr.* Gregaria l. sparsa, sessilis, sicca, cornea; cupula e concavo-plana, fuligineo-nigrescente, margine tumido, humectata disco dilutiori.

P. LIGNYOTA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 150.

In lignis pineis cariosis, Octobri legi.

158. ***P.*** *connivens Fr.* Gregaria, sparsa, minuta, sessilis, innata, nigra; cupula disco rufescente, depressa, margine demum integro, exsiccata compressa.

P. CONNIVENS FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 151.

Ad ramos crassiores decorticatos *Fraxini excelsioris* bis legi. Perennis.

Digitized by Google

159. ***P. compressa* Alb. et Schw.** Gregaria et conferta, minima, innata, tenuis, nigrescens, disco atro, exsiccata compressa, conchiformis. Fr.

P. COMPRESSA ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 340. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 152. — PERS. *Mycol. europ.* 2. *p.* 307.

Ad ligna exsiccata *Betulae*, *Pini.* Perennis.

160. ***P. flexella* Fr.** Gregaria sparsaque, immersa, compressa, minima, subcoriacea, concava, varie flexuosa, nigra. Fr.

P. FLEXELLA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 152.

Ad truncum decorticatum *Salicis fragilis* semel mihi obvia. Perennis.

## b. Herbicolae.

161. ***P. cerastiorum* Wallr.** Gregaria l. conferta, carnosa, innato-sessilis, applanata, pallida, margine subelevato, subintumescente, fuscescente.

P. CERASTIORUM WALLR. *Fl. crypt. germ.* 2. *p.* 465. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 153.

Epi-l. hypophylla, junior albida, immarginata, tota applanata, dein disco plano, pallido, orbicularis l. ob statum valde confertum varie formata, ½—1‴ fere lata.

In foliis et caulibus adhuc viventibus *Cerastii trivialis* LINK. Ineunte Septembri.

## B. HELOTIUM Pers.

FUNGOIDASTRI *species* MICH. *gen. p.* 201. — HELVELLAE *species* AUCTOR. — HELOTII *species* PERS. *Syn. Fung.*



Digitized by Google

*p.* 677. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 343. — Spreng. *Syst. veg.* 4. 1. *p.* 487. (*ex parte*).

Fructificatio omnino Pezizae; sed hymenium semper apertum, nudum, plano-convexum. Receptaculum subtus demum excavatum, a stipite aequali sat discretum. Substantia ceracea.

162. ***P.*** (*Hel.*) *subtilis* ***Fr.*** Gregaria, minuta, candida, firmula; capitulo plano-convexo, subtus plano-concavo; stipite tenui, brevi, deorsum attenuato.

P. (Helotium) subtilis Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 157. — Helotium subtile Fr. *Observ. mycol.* 2. *p.* 310. — Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 343.

In acubus Pinorum. Autumno.

163. ***P.*** (*Hel.*) *alba* ***Fr.*** Gregaria, minuta, alba, tenuis; capitulo primo plano, demum hemisphaerico, margine acuto, subrepando; stipite brevi, crassiusculo, deorsum attenuato.

P. (Helotium) alba Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 157. — Helotium album Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 412. — Helotium subtile *β.* album Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 344.

In foliis putrescentibus et culmis graminum majorum. Sero autumno.

# XIX. ASCOBOLUS Pers.

Pezizae *Spec. Auctor.* — Ascobolus Pers. *Syn. Fung. p.* 676. — *Mycol. europ. I. p.* 340. — Nees *Syst. p.* 268. — Fr. *Syst. myc. II. p.* 161. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 85. — *Elench. Fung. p.* 16. — Spreng. *Syst. veg. IV.* 1. *p.* 378.

Receptaculum orbiculatum, planiusculum. Asci ampli, liberi, prominentes, demum elastice dissilientes. Fr.

a. Substipitati, lignatiles.

1. *A. denudatus Fr.* Gregarius, luteo-viridis, glaber; cupula juniori turbinata, dein plana marginata; stipite aequali aut sursum dilatato.

A. denudatus Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 162.

Cupula 1″ lata, primo ob magnam thecarum copiam in disco nigra. post earum ejectionem, pallida. Stipes brevis.

In ligno carie consumto pineo, ad terram dejecto, semel. Sero autumno.

b. Sessiles, fimicolae.

2. *A. furfuraceus Pers.* Gregarius confertusque; cupula carnosa, crassiuscula, subconcava, demum applanata, marginata, fusca l. virescente, extus furfuracea.

A. furfuraceus Pers. *Syn. Fung. p.* 676. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 340. — Mart. *Fl. mosq. p.* 249. — Fr.

*Syst. myc.* 2. *p.* 163. — PEZIZA STERCORARIA BULL. *Champ. tab.* 376. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 79. — PEZIZA FUSCA BOLT. *Fung. tab.* 109. *fig.* 2.

Initio exacte globosus, clausus, extus flocculoso-furfuraceus, dein aut subconoideus, aut magis excavatus atque marginatus, 1 — 2″ latus, utplurimum virescens. Sporidia nigra.

In fimo vaccino, equino, copiose. Aprili — Octobri. — Prope Mosquam (MARTIUS). In Rossia minore (DR. BONGARD).

3. *A. glaber Pers.* Confertus, superficialis, sessilis, difformis; cupula subconvexa, glabra, nitente, spadicea l. rubente, marginata.

A. GLABER PERS. *Syn. Fung. p.* 677. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 340. — FR. *Syst. mycol.* 2. *p.* 164. — NEES *Syst. tab.* 39. *fig.* 297. (*optime!*).

Junior teres l. conicus, dein depressus, ½—1″ fere latus, demum niger.

In fimo vaccino passim. Autumno.

## XX. BULGARIA Fr.

LYCOPERDI *spec.* LINN. — TREMELLAE, PEZIZAE *et* OCTOSPORAE *spec. Auctor.* — ASCOBOLUS NEES *Syst. p.* 268. — BULGARIA FR. *Syst. myc. II. p.* 166. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 85. — *Elench. Fung. II. p.* 16.

Digitized by Google

Receptaculum gelatinosum, orbiculatum, marginatum, intus glutinosum, extus subrugosum. Asci ampli, distincti, immersi, demum liberi, erumpentes, paraphysibus persistentibus immixtis. Fr.

1. *B. inquinans Fr.* Gregaria, turbinata, sessilis, firma, extus rugulosa, furfuracea, umbrino-fuliginea, disco planiusculo, atro-fuligineo-nitente, margine acuto.

B. INQUINANS FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 167. — PEZIZA INQUINANS PERS. *Syn. Fung. p.* 631. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 318. — MART. *Fl. mosq. p.* 247. — PEZIZA POLYMORPHA FL. DAN. *tab.* 464. — ELVELLA PULLA SCHAEFF. *tab.* 158. — PEZIZA BRUNEA BATSCH *tab.* 11. *fig.* 50. OCTOSPORA ELASTICA HEDW. *Musc. frund.* 2. *tab.* 6. *fig.* 5. — PEZIZA NIGRA BULL. *Champ. tab.* 460. *fig.* 1. ASCOBOLUS INQUINANS NEES *Syst. tab.* 39. *fig.* 296. — PEZIZA INFUNDIBULUM HOFFM. *veg. crypt. fasc.* 2. *p.* 22. *tab.* 6. *fig.* 2.

Junior clausa, obconica, dein discus dilatatus, planoconvexus, immarginata, magnitudine varia.

His in regionibus duo tantum specimina in trunco carie consumto *Betulae albae* Septemb. hucusque legi. Prope Mosquam (MARTIUS).

2. *B. pura Fr.* Gregaria, turbinata, mollissima, gelatinosa, laevis, dilute-carnea, margine subflexuoso.

B. PURA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 168. — PEZIZA PURA PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 320.

Initio regularis, obconica, pezizoidea, dein magis expansa et margine repanda.

Ad truncum abiegnum putrescentem semel. Autumno.

3. *B. sarcoides Fr.* Caespitosa, polymorpha, firmula, incarnato-rubra, extus subtomentosa, subvenosa, disco excavato. Fr.

B. SARCOIDES FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 168. — PEZIZA SARCOIDES PERS. *Syn. Fung. p.* 633. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 320. — HELVELLA SARCOIDES BOLT. *Fung. tab.* 101. *fig.* 2. — PEZIZA TREMELLOIDES BULL. *Champ. tab.* 410. *fig.* 1. — OCTOSPORA CARNEA HEDW. *frond.* 2. *p.* 26. *tab.* 7. *fig. B.* — PEZIZA PORPHYRIA BATSCH *tab.* 12. *fig.* 53.

Cupula 2—4″ lata, substipitata aut tota sessilis, margine plus minus repanda, nunc integra, nunc denticulata.

Ad truncos et ramos dejectos crassos cariosos, praeprimis *Betulae albae*, passim. Augusto — Octobri.

4. *B. nigrita Fr.* Sparsa, carnosa-gelatinosa, sessilis, junior orbicularis, umbrino-fusca, demum scutellato-applanata, atra, subtus umbrino-puberula.

B. NIGRITA FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 16.

Cupula 1 — 3″ lata, exacte sessilis, intus nitida, circa marginem substriata.

Hactenus tantum semel mihi obvia in trunco abietino carie consumto. Novembri.

Trib. III. CLAVICULARES. Receptaculum sublenticulare, numquam clausum. Hymenium marginatum.

## XXI. VIBRISSEA Fries.

Vibrissea Fries *Syst. mycol. I. p.* 31. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 86.

Receptaculum capitato-pileatum, margine stipiti adnatum, mox liberum. Asci erumpentes. Fr.

1. *P. vermicularis Weinm.* Simplex, capitulo suborbiculari, sublacunoso, aquose-pallido; stipite subtereti, fusco-nigrescente.

Gregaria, stipes arcte adhaerens, junior massa gelatinosa repletus, adultior subfistulosus, utplurimum cylindricus (rarissime basin versus attenuatus l. compressus), rectus l. curvatus, tenax, nigro-fuligineus, infra pileum dilutior. Pileus ½ — 2‴ latus, junior aquose-pallidus, dein dilutissime coerulescens.

Ad ligna madida putrida *Alni incanae?* exeunte Majo semel.

Digitized by Google

## XXII. SAREA Fr.

SAREA FR. *Syst. Orb. veg. I. p.* 86. — *Elench. Fung. II. p.* 14.

Receptaculum sublenticulare, supra subtusque hymenio tectum, ascigerum. Asci fixi, persistentes.

1. *S. difformis Fr.* Gregaria l. conferta, firma, sessilis, tota applanata, irregularis, atra, submarginata.

S. DIFFORMIS FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 14. — PEZIZA DIFFORMIS FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 151. — SCLER. *Suec. exsic. nro.* 37.

In resina *Pini abietis* una cum *Peziza Resinae* semel. Perennis.

## XXIII. DITIOLA Fr.

TUBERCULARIA TODE *Fung. Mecklenb. I. p.* 18. — PEZIZA, HELVELLA, TREMELLA, LEOTIA, HELOTIUM *Recentiorum.* — DITIOLA FR. *Syst. myc. II. p.* 169. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 86. — *Elench. Fung. II. p.* 17.

Receptaculum tuberculatum, suberosum, velatum. Hymenium demum plicatum, deliquescens. Fr.

Digitized by Google

2. *D. radicata Fr.* Gregaria, suberosa, coriacea, capitulo primo depresso, margine tumido, demum plano l. convexo, aureo, stipite crasso, basi confluente, albo-radicato.

D. radicata Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 169. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 17. — Buxb. *Comment: Petrop.* 4. *p.* 283. *tab.* 29. *fig.* 5. — Tubercularia Pini Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 183. — Helotium radicatum Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 348. *tab.* 8. *fig.* 6. — Nees *Syst. tab.* 18. *fig.* 161. — Leotia tuberculata Fl. Dan. *tab.* 1378. *fig.* 2. — Peziza turbo Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 321.

Erumpit e lignis pineis fabrefactis l. e lignis decorticatis in sylvis. Majo — Julio.

## XXIV. STICTIS Pers.

Stictis Pers. *Mycol. europ. I. p.* 336. — Fries *Syst. myc. II. p.* 191. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 86. *Elench. Fung. II. p.* 24.

Receptaculum obliteratum, proprie nullum. Hymenium laeve, matrici totum immersum. Fr.

A. Cortica. Hymenium subliberum, erumpens, gelatinosum, persistens.

1. *S. Lecanora Fr.* Gregaria l. sparsa, erumpens, carnoso-tremellosa, patellaeformis, fulva, margine sublacero, furfuraceo-albido. Fr.

St. Lecanora Fr. *Syst. Myc.* 2. *p.* 193. — Peziza Lecanora Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 313.

In ramis exsiccatis *Salicis Capreae* Linn. semel, sed sat copiose. Sept.

2. *S. Pupula Fr.* Gregaria l. sparsa, erumpens, ceraceo-submollis, patellaeformis, disco concavo, atro, margine crasso, tumido, farinoso-albicante. Fr.

St. Pupula Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 193. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 25. — St. mollis Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 337. — Agyrium atrovirens Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 232.

Ad truncos et ramos vetustos *Tiliae parvifoliae* Hoffm. frequens. Perennis.

3. *S. inclusa Fr.* Gregaria l. conferta, irregularis, erumpens, tenuis, elliptica, nigra, disco urceolato, subclauso, albido, margine subdenticulato. Fr.

St. inclusa Fr. *Elench. Fung.* 2. *p.* 14. (*in adnotatione*). Peziza inclusa Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 152.

In ramis crassioribus decorticatis exsiccatis *Salicis capreae* Linn. Perennis.

4. *S. sphaeralis Fr.* Gregaria, erumpens, hemisphaerica, fusco-atra, urceolata, ore contracto, integro, disco plano, nigro.

St. sphaeralis Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 194.

In ramulo quodam dejecto ad montem Duderhov. Septemb.

5. *S. radiata Pers.* Gregaria sparsaque, immersa, minuta, orbicularis, limbo niveo sublacero, pulverulento. Fr.

Digitized by Google

St. radiata Pers. *Syn. Fung.* p. 674. — *Mycol. europ.* 1. p. 336. — Peziza aecidioides Nees *Syst.* tab. 37. fig. 263. — Lycoperdon radiatum Linn. — Lichen excavatus Hoffm. *enum. Lich.* p. 47. tab. 7. fig. 4. Sphaerobolus rosaceus Tode *Fung. Mecklenb.* 1. p. 44. tab. 7. fig. 4.

Ad cortices *Salicum*, *Viburni Opuli*. Autumno.

6. *S. pallida Pers.* Gregaria, immersa, punctiformis, pallida, ore connivente, subelliptico, dehiscente. Fr.

St. pallida Fr. *Syst. myc.* 2. p. 196. — Pers. *Mycol. europ.* 1. p. 338. — Peziza punctiformis Pers. *Syn. Fung.* p. 674.

Ad lignum dejectum decorticatum semel. Perennis.

B. Xylographa. Hymenium ellipticum, deliquescens.

7. *S. parallela Fr.* Gregaria, longitudinaliter erumpens, primo clausa, dein aperta, disco marginem obliterante, rufescente, in siccis nigro. Fr.

St. parallela Fr. *Syst. myc.* 2. p. 197. — Hysterium abietinum Pers. *Syn. Fung.* p. 101. — Opegrapha parallela Ach. *Lich. univ.* p. 253. — *Meth. Lich.* p. 20.

In lignis decorticatis vetustis. Perennis.

C. Propolis. Hymenium variae figurae, in pulverem fatiscens.

8. *S. versicolor Pers. a.* Gregaria, immersa, suboblonga, plana, margine accessorio fatiscente, disco demum farinaceo. Fr.

St. versicolor Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 198. *a.* — Hysterium fagineum Pers. *Syn. Fung. p. XXVIII.* — Tremella saligna Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p* 303. *tab.* 9. *fig.* 7. — Stictis versicolor Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 337.

Semel legi in ligno dejecto, prope Oranienbaum. Perennis.

* Species adhuc dubia.

9. *S. fimetaria Fr.* Utplurimum gregaria, immersa, ovata l. spathulata, lutescenti-pallida, limbo primo tegente clauso, dein in alas duas obliquas dehiscente. Fr.

St. fimetaria Fr. *Elench. Fung.* 2. *p.* 27. (*in Observ.* 1.)

Primo ante 6 annos aestate pluviosa callidaque pluries in fimo vaccino legi; sed praeterlapsa aestate iterum non solum in fimo vaccino, sed etiam in merda humana copiosissime atque per 6—9 hebdomates acuratissime observavi et semper constantem inveni. — Ab initio formam ovatam l. spathulatam habet, deinde ob alas apertas valde regulares armariolum quodammodo figurat.

## XXV. SOLENIA Pers.

Solenia Pers. *Mycol. europ. I. p.* 334. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 200. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 87. — *Elench. Fung. II. p.* 27.

Digitized by Google

1. *S. fasciculata* **Pers.** Conferta l. subfasciculata, primo granuliformis, candida, demum elongato-cylindrica, sursum incrassata, pallida, ore connivente, extus subsericea.

S. FASCICULATA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 200. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 335. *tab.* 12. *fig.* 8. 9. (*optime!*).

Ad ligna pinea l. betuligna dejecta passim. Aug. Sept.

2. *S. candida* *Hoffm.* Gregaria, tubulis inter se distantibus, cylindrica, tenuissima, candida, glabra.

S. CANDIDA HOFFM. *Fl. Germ. crypt. tab.* 8. *fig.* 1. — FR. *Syst. mycol.* 2. *p.* 200. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 334.

Ad ligna putrida *Betulae albae* semel. Julio.

3. *S. ochracea Hoffm.* Gregaria, tubulis inter se distantibus, clavato-cylindrica, extus subtomentosa, ochracea, intus alba.

S. OCHRACEA HOFFM. *Fl. germ crypt. tab.* 8. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 201. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 334. — PEZIZA (SOLEN.) OCHRACEA PERS. *Syn. Fung. p.* 675.

Ad ligna praeprimis betuligna putrescentia passim. Aug. Sept.

4. *S. pallens* **Fr.** Gregaria, clavato-cylindrica, glabra, hyallino-pallens, ore contracto, subpruinoso, albicante. Fr.

P. PALLENS FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 28.

Ad truncum putrescentem *Pyri Aucupariae* semel. Augusto.

Digitized by Google

## Ordo III. CLAVATI.

Hymenium amphigenum, ascigerum.

Trib. I. PILEOLATI. Clavula confluens, effigurata. Asci breves.

### XXVI. SPARASSIS Fr.

Elvellae *spec.* Schaeff. — Clavariae *spec.* Wulf. Sparasis Fr. *Syst. mycol. I. p.* 464. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 88. — *Elench. Fung. I. p.* 227.

Ramosissima, complanata, e laminis duplicatis composita. Fr.

1. *Sp. crispa Fr.* Ramosissima, flavescens, fragilis; ramis planis, crispis, intricatis, scrobiculato-rugosis; ramulis apice zonatis, serratis; stipite brevi, crasso.

Sp. crispa Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 465. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 227. — Lenz *Abbild. p.* 97. *tab.* 13. *fig.* 56. — Elvella ramosa Schaeff. *tab.* 163. — Clavaria crispa Wulf. *in Jacq. Miscell.* 2. *p.* 100. *tab.* 14. *fig.* 1. — Alb. et Schw. *Conspect. Fung. p.* 285. — Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 970.

Truncus tuberosus, valde crassus. Rami numerosissimi, complanati, crispati, albidi, pallidi l. flavescentes, apice mox acute serrati, mox dentati aut integri. To-

Digitized by Google

tus fungus valde spectabilis, globosus, utplurimum magnitudine capitis infantis. (*Bongard in Ms.*).

In sylvis siccioribus aciifoliis et in collibus apertis *Rossiae minoris* copiose, teste Cl. Dr. Bongard. Sept. Octob.

Trib. II. MITRULINI. Hymenium discretum. Asci subelongati.

## XXVII. SPATHULEA Fries.

Clavariae *spec.* Linn. — Elvellae *spec.* Schaeff. — Helvellae *spec.* Bolt. — Spathularia Pers. *Syn. Fung p.* 110. — *Mycol. europ. I. p.* 179. — Nees *Syst. p.* 171. — Spathulea Fr. *Syst. Orb. veg. I. p.* 89. — Spathularia Fr. *Syst. myc. I. p.* 490.

Hymenium compressum, discretum, utrinque in stipitem decurrens. Fr.

1. *Sp. flavida Pers.* Fungus satis elegans, primo pallidus, dein luteus l. dilute ferrugineus, stipite semper albidiore.

a. *laevissima.* Clavula lata, ovata l. subrotunda, plana stipiteque laevissimis.

b. *undulata.* Clavula utplurimum obovata, margine undulato-crispata. Stipes laevis, seorsum attenuatus. Ambae var. 1—2½′ longae l. altae.

Digitized by Google

c. *minima.* Gregaria, 1′ alta, tota viscidula, farcta. Clavula utplurimum compressa, subinde costata, ovata, obtusa, dilute-alutacea, 1—4″ lata. Stipes aut teres aut compressus l. etiam costatus, versus basin incrassatus.

Spathularia flavida Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 491. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 234. — Pers *Syn. Fung. p.* 610. *Mycol. europ.* 1. *p.* 197. — Spathularia flavida *et* rufa Nees *Syst. tab.* 17. *fig. A. B.* — Elvella clavata Schaeff. *tab.* 149. — Clavaria spathulata Fl. Dan. *tab.* 658. — Helvella faritoria Bolt. *Fung. tab.* 97.

Hab. a. et b. in sylvis subhumidis ad terram muscosam passim; c. inter caespites *Hypni Schreberi* Willd. semel. Aug. Sept.

## XXVIII. GEOGLOSSUM Pers.

Geoglossum Pers. *Syn. Fung. p.* 607. — *Mycol. europ. I. p.* 195. — Fr. *Syst. myc. I. p.* 487. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 89. — Nees *Syst. p.* 172. — Fungi Ophioglossoides *Veter.*

Hymenium clavulam incrassatam ambiens, discretum, ascis eloogatis. Fr.

1. *G. hirsutum Pers.* Gregarium, imo caespitosum, nigrum. hirsutum; clavula compressa, ovata l. capitata, saepius torta et sulcata, stipite plus minus elongato.

Digitized by Google

G. HIRSUTUM PERS. *Syn. Fung. p.* 608. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 194. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 488. — NEES *Syst. tab.* 16. *fig.* 157. — MART. *Fl. mosq. p.* 246. — CLAVARIA OPHIOGLOSSOIDES SCHAEFF. *tab.* 327.

In sylvaticis graminosis et in graminosis muscosis paludosisque passim. Autumno. Prope Mosquam (MARTIUS).

2. *G. glabrum Pers.* Gregarium l. sparsum, nigricans, glabrum, siccum, tenax, clavula utplurimum oblonga, obtusa, reticulata; stipite subtereti, plus minus elongato, subsquamuloso.

G. GLABRUM PERS. *Syn. Fung. p.* 608. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 194. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 488. — CLAVARIA OPHIOGLOSSOIDES LINN. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 974. — BULL. *Champ. tab.* 372. — BOLT. *Fung. tab.* 111. *fig.* 2. — FL. DAN. *tab.* 1076. *fig.* 2. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 313. — VAILL. *par. tab.* 7. *fig.* 3. MICH. *gen. tab.* 87. *fig.* 4.

b. *majus.* Gregarium, 1½—2′ longum. Stipes utplurimum compressus, fere glaber, substriatus. Clavula late-ovata, canaliculata l. sulcata, tactu fere pinguis.

In pratis muscosis siccioribus passim. Prope Mosquam (DR. GOLDBACH in lit.). Autumno.

3. *G. glutinosum Pers.* Subcaespitosum; clavula oblongo-lanceolata, obtusa, compressa, disticha, subviscosa, nigra; stipite subaequali, villoso.

G. GLUTINOSUM PERS. *Syn. Fung. p.* 609. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 196. — FR. *Syst. mycol.* 1. *p.* 489.

In locis paludosis ad terram muscosam parce. Sero autum.

4. *G. olivaceum Pers.* Sparsum, siccum; clavula compressa, oblonga, acutiuscula, subplicata, olivaceo-fuliginea, distincta; stipite glabro, lutescenti-fusco, subincrassato, albido.

G. OLIVACEUM PERS. *Syn. Fung. p.* 610. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 196. — FR. *Syst. mycol.* 1. *p.* 489.

In sylvis ad terram pauca tantum exempla legi. Septemb.

5. *G. viride Pers.* Gregarium aut fasciculatum, gracile, siccum, olivaceo-viride; clavula oblonga, obtusa, compressa; stipite longiusculo, squamuloso.

G. VIRIDE PERS. *Syn. Fung. p.* 610. *a.* — *Mycol. europ.* 1. *p.* 195. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 490. — CLAVARIA VIRIDIS SCHRAD. — FL. DAN. *tab.* 1258. *fig.* 1.

In sylvis umbrosis ad terram, parce. Autum.

b. *atrovirens Fr.* Totum a 6—12‴ altum. Clavula valde variabilis, est nempe: teres, compressa, sulcata, recta, torta, inflexa. Stipes 2—3″ longus, squamosus.

In umbrosis ad terram sabulosam, tenuibus muscis obductam semel, sed sat copiose in horto Imperiali Pawlowskiensi. Septemb.

c. *gracile Fr.* Gregarium, viride, siccum; clavula oblonga, obtusa, cum stipite elongato, sublaevi contigua. NEES *Syst. tab.* 16. *fig.* 158. (*satis bene convenit*).

6. *G. atropurpureum Fr.* Gregarium; clavula oblonga, obtusiuscula, saepe fissa, atropurpurea, glabra; stipite subfibrilloso, distincto.

Digitized by Google

G. ATROPURPUREUM FR. *Syst, myc.* 1. *p.* 492. — PERS. *Syn. Fung. p.* 609. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 195. — CLAVARIA ATROPURPUREA BATSCH *Elench. Fung. tab.* 11. *fig.* 47. (*nostrum minus, gracilius*).

Ante plures annos hunc elegantem fungillum in graminosis humidiusculis prope Gatschinam semel legi. Septemb.

7. *G. cucullatum Fr.* Gregarium l. caespitosum, parvulum, tenax, cinnamomeo-ferrugineum; clavula obclavata, obtusa, laevi, expallente; stipite gracili, subflexuoso, basi tomentoso.

G. CUCULLATUM FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 233. — HEYDERIA ABIETIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 492. — MITRULA HEYDERI PERS. *disp* — FL. DAN. *tab.* 1670 *fig.* 2. — LEOTIA MITRULA PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 199. *a.* — ELVELLA CUCULLATA BATSCH *Elench. Fung. tab.* 26. *fig.* 132.

*β. pusillum Fr. l. c.* Subgregarium, minus, gracilius; clavula ovata, obtusissima; stipite glabro, flaccido.

HEYDERIA PUSILLA FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 493. — LEOTIA MITRULA PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 199. *β.* — LEOTIA PUSILLA NEES. *Syst. tab.* 17. *fig.* 160.

Hab. a. in acubus *Pini Abietis* copiose; *β.* in acubus *Pini sylvestris* rarissime. Autum.

Digitized by Google

Trib. III. CLAVULATI. Hymenium confluens. Asci breves. *Substantia carnosa.*

## XXIX. CLAVARIA Vaill.

CORALLOIDES et CLAVARIA VAILL. *par. p.* 39. — MICH. *gen. p.* 208. — LINN. *gen. plant. p.* 493. — CLAVARIA VENT. *Tabl. du Regn. vég. II. p.* 18. (*ex parte*). — PERS. *Syn. Fung. p.* 585. (*ex parte*). — *Mycol. europ. I. p.* 160. (*ex parte*). — FRIES *Syst. myc. I. p.* 465. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 60. — *Elench. Fung. p.* 228. — NEES *Syst. p.* 68.

Ramosa l. simplex, cylindrica, homogenea, hymenio totam superficiem occupante. Stipes vix ullus distinctus. Asci distincti. Fr.

Snbtrib. I. BOTRYOIDEAE NEES. Ramosissimae, caule crasso.

1. *C. formosa Pers.* Ramosissima; caule basi subdecumbente, crasso, albido; ramis elongatis, aurantio-roseis: ramulis subfastigiatis, flavescentibus, obtusis.

C. FORMOSA PERS. *Syn. Fung. p.* 585. — ICON. *et descript. Fung. fasc.* 1. *p.* 11. *tab.* 3. *fig.* 6. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 162. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 466. — C. FASTIGIATA

Batsch *Elench. Fung. tab.* 11. *fig.* 48. (*nostra parum gracilior*). — Merisma formosum Lenz *Abbild. p.* 95.

In sylvis mixtis pluries legi. Aestate. In Rossia minore (Dr. Bongard.)

2. *C. flava Schaeff.* Caule erecto, crasso, deorsum subattenuato, albo; ramis rectis, teretibus fasciculato-ramosissimis, fastigiatis, flavis: ramulis obtusis.

C. flava Schaeff. Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 467. — Pers. *Syn. Fung. p.* 586. — *Mycol. enrop.* 1. *p.* 162. — C. fastigiata Linn. *suec. nro.* 1269. — C. coralloides Bull. *Champ. tab.* 222. — Sobol. *Fl. pet. p.* 313. (*exclusa Schaeff. tab.* 177.). — C. flavescens Schaeff. *tab.* 285. *et* C. aurea *tab.* 287. — Merisma flavum Lenz *Abbild. p.* 94. *tab.* 13. *fig.* 54.

In sylvis mixtis, sed non quovis anno. Aestate. In Rossia minore. (Dr Bondard).

3. *C. coralloides Linn.* Caule erecto, elongato, glaberrimo, ramis dichotomis, rectiusculis, candidis, elongatis: ramulis acutis,

C. coralloides Linn. *suec. nro.* 1268. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 467. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 228. — S. Holmskioldiana Fr. *Observ. myc.* 2. *p.* 287. — C. alba Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 161.

Semel tantum legi in sylvis montosis ad Tosnam, aestate pluviosa an. 1832.

4. *C. grisea Pers.* Caule erecto, crasso, basi albicante; ramis subrugosis, sensim attenuatis, cinerascentibus: ramulis inaequalibus, obtusis.

P. GRISEA PERS. *Syn. Fung.* p. 587. — FR. *Syst. myc.* 1. p. 468.

In Rossia minore parce (DR. BONGARD).

Subtrib. II. RAMARIAE. Ramosae; caule tenui.

a. Colore subluteo.

5. *C. stricta Pers.* Caule adscendente, tenui, basi fibrilloso, ramosissimo, ramis ramulisque strictis, adpressis, fuscescente-spadiceis, acutis.

C. STRICTA PERS. *Syn. Fung.* p 588. — *Mycol. europ.* 1. p. 163. — FR. *Syst. myc.* 1. p. 468. — *Elench. Fung.* 1. p. 229. — C. PALLIDA SCHAEFF. *tab.* 286. — FL. DAN. *tab.* 1302.

Ad basin truncorum et in rejectamentis. Aestate, autum.

6. *C. suecica Fr.* Caule elongato, subdecumbente, tomentoso, ramosissimo; ramis subverticillato-ramosis, distantibus, angulatis, laevibus, alutaceo-pallidis; ramulis brevissimis, acutis.

C. SUECICA FR. *Syst. myc.* 1. p. 469. — *Observ. myc.* 1. p. 156. — PERS. *Mycol. europ.* 1. p. 163. — C. RUBELLA SCHAEFF. *tab.* 177?

In pinetis ad viam publicam Pawlowsky inter et Gatschinam, non procul ab Antelowa. Aliquoties aestate an. 1832.

7. *C. abietina Schum.* Caule elongato, tenui, subflexuoso, albo-tomentoso, basi incrassato, superne ramosissimo;

Digitized by Google

ramis teretibus, obscure ochraceis, sulcato-rugosis, confertis; ramulis strictis, acuminatis.

C. ABIETINA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 402. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 469. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 286. - FL. DAN. *tab.* 2030. *fig.* 2.

b. *minor*, contrita virens. — PERS. *Syn. Fung. p.* 588. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 164.

In pinetis passim. Aestate, autumno.

8. *C. apiculata Fr.* Caule crassiusculo, basi albido-fibrilloso, glabro, obscure-ochraceo, ramosissimo; ramis subverticillatis, repetito-furcatis: ramulis inaequalibus, attenuatis, strictis, acutissimis.

C. APICULATA FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 470. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 299. — *Observ. myc.* 2. *p.* 288. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 165.

Ad truncos abiegnos vetustos, sed non quovis anno. Aest. Autum.

9. *C. pyxidata Pers.* Caule brevi villosiusculo, glabro, ramosissimo; ramis ramulisque pallide-rufescentibus, subverticillatis, apice brevissime acuteque incisis.

C. PYXIDATA PERS. *Syn. Fung. p.* 589. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 165. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 470. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 229. — FL. DAN. *tab.* 1304. *fig.* 1.

Ad truncum vetustum pineum semel. Aestate an. 1832.

10. *C. crispula Fr.* Caule tenui, a basi ramosissimo, albido-villoso; ramis ramulisque dilute-ochraceis, confertis, flexuosis: ramulis divaricatis, acuminatis, incurvis.

Digitized by Google

C. CRISPULA FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 470. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 230. — C. MUSCIGENA PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 169. SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 400. — C. MUSCOIDES BULL. *Champ. tab.* 358. *a.* (*bene!*).

In vicinitate truncorum inter muscos rara. Aestate.

11. *C. pratensis Pers.* Caule brevi, tenui, ramoso; ramis geniculatis, inaequalibus, divaricatis, luteis: ramulis subfastigiatis, acutiusculis.

C. PRATENSIS PERS. *Syn. Fung. p.* 590. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 169. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 471. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 230. — C VITELLINA PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 170. C. MUSCOIDES FL. DAN. *tab.* 836. *fig.* 2. — C. FASTIGIATA BULL. *Champ. tab.* 358. *fig. D. E.* (*optime!*). VAILL. *par. tab.* 8. *fig.* 4.

In pratis inter muscos. Septemb.

12. *C. corniculata Schaeff.* Caule erecto, basi tomentoso, glaberrimo, ramoso; ramis bis terve furcato-divisis, luteis: ramulis lunulatis, acuminatis.

C. CORNICULATA SCHAEFF. *tab.* 173. — MART. *Fl. mosq. p.* 245. (*excluso synon.* FL. DAN. *tab.* 836. *fig.* 2.). — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 271. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 170. — *Syn. Fung. p.* 589. — NEES *Syst. tab.* 16. *fig.* 152. — C. MUSCOIDES FL. DAN. *tab.* 775. *fig.* 3. SOBOL. *Fl. pet. p.* 313.

In sylvis ad terram inter muscos rarior. Septemb. Octob. Prope Mosquam (MARTIUS).

Digitized by Google

b. Colore fuligineo, albo.

13. ***C. tenacella* Pers.** Subtenax, caule erecto, elongato, sursum fasciculato-ramoso, fuligineo-rufo; ramis elongatis, congestis, furcatis, obtusis.

C. TENACELLA PERS. *Syn. Fung. p.* 591. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 171. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 472.

In ericetis colliculosis ad terram prope Pawlowsk semel an. 1831. Aestate.

14. ***C. cristata* Pers.** Caule a basi ramoso, tenaci; ramis laevibus glabris, superne dilatatis, albis l. niveis, demum cinerascentibus, cristatis, acutis.

C. CRISTATA PERS. *Syn. Fung. p.* 591 — *Mycol europ.* 1. *p.* 166. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 475. — BUXB. *Cent.* 4. *p.* 39. *tab.* 66. *fig.* 1. — C. ALBIDA SCHAEFF *tab.* 170. C. FALLAX PERS. *Comment.* — FL. DAN. *tab.* 1304. *fig.* 2.

***β. fallax* Pers.** Subramosa; ramis elongatis, tenacibus, cinerascentibus, parum dilatatis, basin versus nigropunctatis. — Pers. l. c. — Fr. l. c.

***γ. fimbriata* Pers.** Caule elongato, superne ramoso; ramis dilatatis, elongatis, candidis: ramulis confertis, setaceo-spinulosis. — Pers. l. c. — Fr. l. c.

***δ. minima* Weinm.** Distorta, ramosa, candida, tota villosiuscula, apice subcompressa, eleganter fimbriata, 4—5″ alta.

Hab. *α — γ.* in sylvis ad terram et in ramulis dejectis putridis; *δ.* in lignis dejectis putridis. Augusto — Octobri.

15. *C. rugosa Bull.* Tenax, albida, simplex l. ramosa, incrassata, rugosa, deorsnm attenuata, ramis difformibus, obtusis.

C. RUGOSA BULL. *Champ. tab.* 448. *fig.* 2. — VAILL. *par. tab.* 8. *fig.* 2. — MICH. *gen. tab.* 88. *fig.* 5. (*hanc formam saepius legi!*). — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 475. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 173. — PERS. *Syn. Fung. p.* 594. FL. DAN. *tab.* 1301. — FR. *Observ. myc.* 1. *p.* 158. C. DIGITATA PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 169. — C. GROSSA *ib. p.* 168. — C. FULIGINEA *ib. p.* 173. — C. LACINIATA SCHAEFF. *tab.* 291. — C. ELEGANS BOLT. *Fung. tab.* 115.

b. *grisea Fr.* Caespitosa, fuliginea, adscendens; ramis difformibus, crassis, rugosis, subcristatis. Fr. l. c. et Observ. myc. 2. p. 289.

c. *elongata Weinm.* Candida, glabra, subfragilis; caule elongato, torto, subtereti v. compresso, ruguloso; ramis et ramulis compressis, arcuatis, obtusis, inaequalibus. Tota 1 — 2½′ longa.

d. *candida Fr.* Obconica; caule deorsum attenuato; ramis confertis, brevibus, turgidis, pruinosis, acutis l. obtusis. Fr. l. c.

In pinetis subhumidis ad terram et inter folia putrida. Aestate, autum.

16. *C. macropus Pers.* Subtenax, albida, glabra; caule tenui, elongato, bis terve furcellato-ramosis; ramis teretiusculis, subaequalibus, acuminatis.

Digitized by Google

C. MACROPUS PERS. *Syn. Fung. p.* 593. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 168. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 475.

Ad terram in sylvis in monte Duderhov, semel. Autum. an. 1831.

17. *C. subtilis Pers.* Subtenax, albido-pallens, gracilis, ramosa; ramis subarcuato-adscendentibus, aequalibus, furcatis, subfastigiatis.

C. SUBTILIS PERS. *Syn. Fung. p.* 592. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 169. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 475.

*β. delicata Fr.* Caule elongato, superne ramoso, gracili, basi villoso; ramis arcuato-adscendentibus, candidis, elongatis, acuminatis.

Ad terram in sylvis in monte Duderhov; *β.* ad ligna putrida, semel. Aug. Sept.

18. *C. byssiseda Pers.* Caule elongato, varie-ramuloso; ramis sursum attenuatis, strictis, simplicibus, acutis, junioribus villosis, albis, dein glabris, pallide rufescentibus; radiculis byssoideis.

C. BYSSISEDA PERS. *Syn. Fung. p.* 593. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 172. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 476. — *Observ. myc.* 1. *p.* 157. — SCHUM. *Saell.* 2. *p.* 400.

Ad ligna dejecta *Betulae* semel. Augusto.

19. *C. mucida Pers.* Subtenax, gracilis, albida, simplex ramosaque; ramis ramulisque tenuibus, aequalibus, apice lutescentibus.

C. MUCIDA PERS. *Syn. Fung. p.* 595. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 172. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 476. — ALB. et

SCHW. *Consp. Fung. p.* 288. — C. PALLIDA FL. DAN. *tab.* 1376.

Ad terram humosam et in lignis pinetis putridis crusta virescente obductis. Autum.

Subtrib. III. CORINOIDEAE. Simplices, solitariae l. gregariae, imo caespitosae, basi attenuatae.

20. *C. pistillaris Linn.* Subsolitaria, magna, glabra, obovata, obtusa, junior laevis, adulta plicato-rugosa, saepe difformis, flavo-rufescens.

C. PISTILLARIS LINN. *suec. nro.* 1266. — MICH. *gen. tab.* 87. *fig.* 1. (*junior*). *fig.* 2. (*vetusta*). — SCHAEFF. *tab.* 169 *et tab.* 270. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 477. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 230. — PERS. *Syn. Fung. p.* 597. *Mycol. europ.* 1. *p.* 174. *a.* — BATSCH *Elench. Fung. tab.* 11. *fig.* 46. — BULL. *Champ. tab.* 244. — FL. DAN. *tab.* 1255. (*optime!*). — MART. *Fl. mosq. p.* 246. SOBOL. *Fl. pet. p.* 312.

In pinetis; e. g. ad montem Duderhov, ad Tosnam, prope Koirowam, Oranienbaum. Aug. Sept.

21. *C. ligula Schaeff.* Subcaespitosa, minor, solida, aequalis l. oblongo-obclavata, obtusa, junior luteola, dein rufescenti-pallida, basi villosa.

a. *junior.* — MÜLLER *in* FL. DAN. *tab.* 837. *fig.* 1. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 477. — C. CAESPITOSA WULFF. *in Jacq. Miscell.* 2. *p.* 98. *tab.* 12. *fig.* 2. — C. LUTEOLA PERS. *Syn. Fung. p.* 598. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 179.

b. *vetusta* Fr. — C. ligula Schaeff. *tab.* 171. — Pers. *myc.* 1. *p.* 175. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 289. C. cochleariformis Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 404. (*hanc formam saepius vidi*).

In sylvis aciifoliis mixtisque passim. Autumno.

22. *C. fistulosa Wahl.* Subgregaria, stricta, longissima, teres, sursum leviter incrassata, fistulosa, glabra, pallide-rufescens, ad basin villoso-strigosa.

C. fistulosa Vahl *in* Fl. Dan. *tab.* 1256. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 479. — Pers. *Syn. Fung. p.* 599. — C. pilipes Vahl *in* Fl. Dan. *tab.* 1076. *fig.* 1. — C. strigosa Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 403. — Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 177.

Color in fungis collectis constanter pallide-rufescens. — Tota 6—10′ alta, semper apice obtusa.

Inter folia decidua et in ramulis stipulisque dejectis hinc inde. Autum.

23. *C. Ardenia Sowerb.* Subsolitaria, longissima, sursum sensim incrassata, obtusa, cava, glabra, rufescens l. spadicea, basi tomentosa.

C. Ardenia Sowerb. Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 478. — Pers. *Syn. Fung. p.* 599. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 178.

Pauca exemplaria hactenus tantum ad ramulos crassiores dejectos *Coryli Avellanae* in monte Duderhov, an. 1818 lecta, Sprengelio missi, qui ea pro specie indicata etiam agnovit!

24. *C. juncea Fr.* Gregaria, tenuis, debilis, pallida l. rufescens, cylindracea l. undique parum attenuata, obsolete fistulosa, glabra, basi repente fibrillosa.

Digitized by Google

C. juncea Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 479. — *Observ. myc.* 2. *p.* 291. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 231. — Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 176. (*exclusa β?. quae ad* C. fistulosam *pertinet*). — Mich. *gen. tab.* 87. *fig.* 7. — C. pilosa Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 177. *et* C. virgultorum *ib. p.* 186. — C. hirta Vahl *in* Fl. Dan. *tab.* 1257. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 404. — C. triuncialis Pers. *Syn. Fung. p.* 600. — C. triuncialis Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 289.

Color in nostris fungis pallidus l. rufescens. — Tota 3 — 5′ alta.

In sylvis mixtis inter folia decidua, rarior. Septemb. Octob.

b. Colore incarnato, luteo, roseo, argillaceo.

25. *C. incarnata Weinm.* Gregaria, simplicissima, obtusa, cylindrica, solida, extus incarnata, albido-pruinosa, intus purpurea.

Tota $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{4}$′ alta, basin versus attenuata, albida l. flavescens.

Ad terram nudam, humosam in monte Duderhov exeunte Septembri, semel.

26. *C. inaequalis Fr. γ. angustata Pers.* Caespitosa, elongata, subtenax, gracilis, teretiuscula, acutiuscula, lutea, deorsum flexuosa.

C. inaequalis *γ.* angustata Fr. *Elench. Fung. p.* 232. C. angustata Pers. *Syn. Fung. p.* 602. — Alb. et Schw. *Consp. Fung. p.* 290. — Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 481. — C. fragilis Fl. Dan. *tab.* 1783. *fig.* 2.

Digitized by Google

C. HELVOLA *γ.* ANGUSTATA PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 181.

*β. obtusa Fr.* Gregaria, deorsum paulo attenuata, lutea; clavula compressa, subcanaliculata, obtusa; stipite teretiusculo, recto.

C. ANGUSTATA *β.* OBTUSA FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 481. — MICH. *gen. tab.* 87. *fig.* 5.

a. ad terram muscosam in sylvaticis prope Koirowam *β.* in iisdem locis prope Teitz et in monte Duderhov. Aug. Sept.

*γ. aurantica Pers*, Gregaria, fragilis, subadscendens, subcompressa, rugosa, pulchre aurantiaca, deorsum villosa.

C. INAEQUALIS *δ.* AURANTIACA FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 232. — C. AURANTIACA PERS. *Syn. Fung. p.* 598. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 182. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 480. — BULL. *Champ. tab.* 463. (*nostra brevior*).

In sylvis ad montem Duderhov semel. Septemb.

27. *C. rosea Dalm.* Gregaria, teres, cylindrica l. compressa, laevis, glabra, rosea, apice lutescente, deorsum angustata, albido-nitida, solida.

C. ROSEA DALMAN. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 382. — *Observ. myc.* 2. *p.* 290. *tab.* 5. *fig.* 2. — PERS. *Mycol. europ.* 4. *p.* 185.

Utplurimum cylindrica, sed interdum compressa et subfurcata, recta l. curvata, 1—1½′ alta. Species valde elegans!

In sylvis ad terram muscosam prope Graffsky - Slavienkam semel. Augusto.

c. Colore nigro, cinereo, albo.

28. *C. striata Pers.* Subcaespitosa, fistulosa, utrinque attenuata, subfuliginea; clavulis flexuosis, subtorquatis, sparsim striatis, apice saepe incurvis.

C. STRIATA PERS. *Syn. Fung. p.* 602. — *Icon. et descript. fasc.* 1. *p.* 11. *tab.* 3. *fig.* 5. — C. FUMOSA *β?* STRIATA *Mycol. europ.* 1. *p.* 183. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 483.

In sylvis montosis ad Tosnam semel an. 1832. Aestate.

29. *C. fumosa Pers.* Caespitosa, dilute cinereo-fuliginea, substricta, compressa, subfarcta, fragilis.

C. FUMOSA PERS. *Syn. Fung. p.* 602. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 182. (*exclusa β.*). — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 483.

Valde caespitosa, in statu adulto tantum subcava, 3—5½′ longa, 1—3″ lata.

Ad terram graminosam in sylvis prope Moisinam. Augusto.

30. *C. fragilis Holmsk.* Gregaria, fragilis; clavulis undique attenuatis, primo albidis, dein fere lutescentibus, fistulosis; stipite pellucido, albo.

C. FRAGILIS HOLMSK. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 484. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 404. — C. EBURNEA PERS. *Syn. Fung. p.* 603.

a. *gracilis Bolt.* Gregaria, gracilis, elegans; clavulis glabris, subpellucidis, aquose albidis.

Digitized by Google

C. GRACILIS BOLT. *Fung. tab.* 111. *fig.* 1. — MICH. *gen. tab.* 87. *fig.* 13. — FL. DAN. *tab.* 775. *fig.* 2.

b. *cylindrica Bull.* Subgregaria, sursum paulo incrassata, obtusa.

C. CYLINDRICA BULL. *Champ. tab.* 463. *fig.* 1. — VAILL. *par. tab.* 7. *fig.* 5. (*nostra gracilior*). — MICH. *gen. tab.* 87. *fig.* 10. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 484.

c. *subsolitaria Fr.* Antecedente multo minor, gracilior; clavula sursum parum incrassata, obtusa.

FR. *l. c.* MICH. *gen. tab.* 87. *fig.* 6.

d. *minima Weinm.* Gregaria, valde fragilis, sursum incrassata, fistulosa, lutescens, basi alba, pilosiuscula ($\frac{1}{4}$ — $\frac{3}{4}$′ alta).

In sylvis et fructicetis ad terram graminosam muscosam et in ericetis haud frequens. Aestate, Autum.

31. *C. vermicularis Swartz.* Caespitosa, fragilis, candida, tota solida, cylindrica, flexuosa, subulata, (2—3′ alta).

C. VERMICULARIS SWARTZ. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 484. PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 184. — C. EBURNEA *γ.* SOLIDA PERS. *Syn. Fung. p.* 603. — MICH. *gen. tab.* 87. *fig.* 12.

In graminosis muscosis prope Moisinam semel. Aestate an. 1833.

32. *C. canaliculata Fr.* Solitaria, glaberrima, alba, subtenax; clavulis subcompressis, utrinque canaliculatis, obtusis, apice nigrescentibus; stipite aequali.

C. CANALICULATA FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 484. — FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 294.

Semel pauca exemplaria ad terram humidam prope Teitz exeunte Septemb. an. 1824 legi.

*β. ingrica Weinm.* Caespitosa, glaberrima, pallida, fragillima; clavulis compressis, utrinque canaliculatis, apice incurvis, obtusis, fistulosis.

C. INGRICA WEINM. *in flora an.* 1832 *nro.* 29. *p.* 454.

Tota 2½′ et parum ultra longa, 2 — 4″ crassa et interdum spiraliter torta.

In pratis muscosis subhumidis. Augusto, Septembri.

33. *C. candida Weinm.* Gregaria, candida, varie flexuosa, filiformis, acuminata, solida.

C. CANDIDA WEINM. *in flora an.* 1832. *nro.* 29. *p.* 455.

Aquose-ceracea, pellucida, simplicissima, 1—1¼′ longa et satis tenax. Stipes vix distinctus. Tota villosa.

In cortice caldariorum. Hyeme.

34. *C. falcata var. tenuissima Weinm.* Gregaria, falcata, obtusiuscula, candida; stipite contiguo, pellucido, pubescente.

C. FALCATA *var.* TENUISSIMA WEINM. *in Sylloge plant. nov.* 2. *p.* 107.

Stipes 1 — 2″ longus, aequalis, tenuissimus. Clavula 1 — 2″ longa.

Ad terram humosam. Augusto.

Digitized by Google

# XXX. TYPHULA Fries.

Clavariae *spec. Auct.* — Typhula Fries *Syst. myc. I. p.* 494. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 90. — *Observ. mycol. II. p.* 296.

Simplex l. ramosa, cylindrica; hymenio tenui, stipitem capillarem terminante Fr.

1. *T. gyrans Fr.* Gregaria l. solitaria, gracillima, simplex, alba; stipite pubescente, pellucente, basi tuberculo insidente.

T. gyrans Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 494. — *Observ. mycol.* 2. *p.* 297. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 236. — Clavaria gyrans Batsch *Elench. Fung. tab.* 28. *fig.* 164. — Pers. *Syn. Fung. p.* 607. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 191. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 292. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 29.

In foliis, ramulis dejectis et in terra nuda stercorata non rara. Autum.

*Observ.* Tuberculum ad stipitis basin saepe deest.

2. *T. phacorrhiza Fr.* Gregaria, flaccida, simplex, pallida, glabra; stipite fuscescente, obscuro, glabro, tuberculo innato l. nullo.

T. phacorrhiza Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 495. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 236. — *Observ. mycol.* 2. *p.* 298. — Clavaria phacorrhiza Pers. *Syn. Fung. p.* 607. — Clavaria phacorrhiza Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 192. Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 293.

Ad folia decidua in sylvis, passim. Autum.

3. *T. erythropus Fr.* Subgregaria, simplex, alba, glabra; stipite subpubescente, stricto, atrorubente, tuberculo subinde insidente.

T. ERYTHROPUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 495. — *Observ. myc.* 2. *p.* 297. — FL. DAN. *tab.* 2030. *fig.* 1. — C. ERYTHROPUS PERS. *Syn. Fung. p.* 606. *tab.* 3. *fig.* 14. *Mycol. europ.* 1. *p.* 191. — ALB *et* SCHW. *Consp. p.* 293. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 29. — CLAVARIA GYRANS BOLT. *Fung. tab.* 112. (*bene!*).

Ad folia et stipites parce. Autum.

Trib. IV. PISTILLARINI. Asci obliterati. Substantia *gelatinosa l. cornea ceraceave.*

## XXXI. CALOCERA Fries.

CLAVARIAE *species Auctor.* — CALOCERA FR. *Syst. Orb. veg.* 1. *p.* 233. — *Syst. myc.* 1. *p.* 458.

Simplex ramosave, corneo-gelatinosa, hymenio persistente totam superficiem occupante. Fr.

1. *C. viscosa Fr.* Caespitosa simplex ramosaque, tenax, viscosa, aureo-vitellina; ramis ramulisque furcatis, utplurimum compressis; stipite elongato, albo-villoso.

C. VISCOSA FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 485. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 233. — C. FLAMMEA *et* C. CORNUTA SCHAEFF. *tab.* 174 *et tab.* 289. — C. VISCOSA PERS. *Syn. Fung.*

*p.* 594. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 171. — Mart. *Fl. mosq. p.* 245. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 50.

b. *elongata Weinm.* Stipes valde elongatus, superne bis terve divisus, furcatus; ramis ramulisque subteretibus, valde viscosis, acuminatis.

Tota 2—2¾′ longa, tenax, antecedente paulo dilutior.

Ad truncos carie consumtos pineos, hinc inde. Autum.

2. *C. cornea Fr.* Caespitosa, simplex ramosaque, furcata, viscosa, primo lutea, adulta aurantica, acuta.

C. cornea Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 486. — Clavaria cornea Batsch *Elench. Fung. tab.* 28. *fig.* 161. — Nees *Syst. tab.* 16. *fig.* 153. — Fl. Dan. *tab.* 1305. *fig.* 2. Pers. *Syn. Fung. p.* 596.

b. major, gelatinosa, saepe medio coalita ramosaque. Fr. l. c.

a. in lignis emortuis *Pini abietis*, *Ulmi campestris*; b. erumpit e cortice emortuo *Betulae albae.* Autum.

3. *C. gracillima Weinm.* Solitaria, simplex l. apice incisa, tenax, acuta, alba, apice flavescens.

Vix 2—3″ alta, utplurimum simplex. Stipes nullus.

Ad ligna cariosa madida ad Tosnam in sylvis montosis. Julio.

## XXXII. CRINULA Fries.

Crinula Fr. *Syst. myc. I. p.* 493. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 91. — *Elench. Fung. I. p.* 235.

Simplex, cornea, hymenio deliquescente, capituliformi, discreto. Fr.

1. *C. caliciiformis Fr.* Gregaria, glaberrima, tenax; clavula ovata, obtusa, junior olivacea, dein albescente, glutinosa.

C. caliciiformis Fr. *Syst. myc.* 1. *p.* 493. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 235.

Stipes sursum attenuatus, teres, ater. Totus fungillus 2'' et paulo ultra altus.

Per octo annos in unico trunco semiputrido *Tiliae parvifoliae* Hoffm. quovis anno in horto Imperiali Pawlowskiensi observavi, ubi mense Augusto propullulat et versus autumni finem evanescit.

## XXXIII. PISTILLARIA Fries.

Clavariae *species Auctor.* — Pistillaria Fr. *Syst. myc. I. p.* 496. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 91. — *Elench. Fung. I. p.* 236.

Simplex, ceracea, hymenio ascis destituto, sporidiis consperso. Fr.

Digitized by Google

1. *P. ovata Fr.* Gregaria, parva, candida; clavula obovata, glaberrima; stipite brevi, pellucido.

P. OVATA FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 497. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 237. — CLAVARIA OVATA PERS. *Syn. Fung. p.* 605. *Mycol. europ.* 1. *p.* 189. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 292.

Ad folia decidua et in ramulis dejectis *Rubi Idaei.* Autum.

2. *P. quisquiliaris Fr.* Gregaria, parva, candida; clavula sursum incrassata, obtusa, cum stipite glaberrimo confluente.

P. QUISQUILIARIS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 497. — *Observ. myc.* 2. *p.* 294. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 237. — CLAVARIA OBTUSA SOWERB. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 190.

In caulibus dejectis aliquoties. Autumno.

3. *P. muscicola Fr.* Gregaria, minuta, subfiliformis, sursum leviter incrassata, alba, basi dilatata.

P. MUSCICOLA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 498. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 238. — CLAVARIA MUSCICOLA PERS. *Syn. Fung. p.* 606. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 188. — NEES *Syst. tab.* 16. *fig.* 154.

In surculis *Leskeae polyanthae* HEDW. saepius legi. Aug. — Octob.

4. *P. diaphana Fr.* Sparsa, minuta, sursum attenuata, candida, incurva, basi bulbilo flavescente, ovato, pellucido insidente.

P. DIAPHANA FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 498. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 238. — C. DIAPHANA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 405. PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 187.

Ad folia decidua *Betulae albae* semel. Octobri.

## Ordo IV. TREMELLINI.

Difformes, hymenium cum receptaculo confusum. Asci nulli. *Membranacei l. gelatinosi, contextu floccoso.* Fr.

Trib. I. PILEOLARES. Submembranacei, sicci, subtus fructificantes.

### XXXIV. CYPHELLA Fries.

PEZIZAE *species Auctor.* — CYPHELLA FR. *Syst. myc. II. p.* 201. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 92. — *Elench. Fung. II. p.* 28.

Receptaculum submembranaceum, pileato-pendulum, sessile l. postice in stipitem porrectum, subtus concavum, laeve, fructificans. Fr.

1. *C. Tuba Fr. in lit.* Gregaria, stipitata, submembranacea; cupula tubaeformi, obliqua, margine varie incisa, extus albida, striguloso-villosa, intus pallida, leviter rugulosa, farinulenta.

Digitized by Google

Longitudinaliter effusa, gracilis, ½ — 2″ alta, ½ — 1″ et paulo ultra lata, cum stipite contigua. Junior carnosula, dein submembranacea, mox rectiuscula, mox obliqua, exsiccata valde contracta et subinde torta. Lobuli marginales obtusi.

Ad caules dejectos semiputridos *Anethi dulcis* DC. Vere.

2. *C. lacera var. sulphurea Weinm.* Subgregaria solitariaque, membranacea; cupula irregulari, erectiuscula, extus intusque rugoso-venosa, demum fimbriato-lacera.

Tenuis, subtenax. Cupula minima, sed interdum 1″ et ultra lata, campanulata, auriformis, dimidiato-lacerata, laete sulphurea. Stipes ½″ et ultra longus, tenuis, aequalis.

Ad terram nudam, subhumidam in alnetis prope Pawlowsk. Junio, Julio.

3. *C. muscicola Fr.* Gregaria, fragilis, membranacea, subsessilis; cupula albido-pallescente, cernua, primo urceolata, dein dilatata et repando-sublacerata, intus laevi.

C. MUSCICOLA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 202.

In prima infantia urceolato-contracta, alba, postea magis dilatata, albido-pallescens, margine lato lacerata, 1—2″ lata.

Ad basin trunci vetusti, Leskia polyantha vestiti, *Betulae albae* semel. Octobri.

*β. inaequilatera Fr.* Subgregaria, minuta, subcyathiformis, margine subrepando, extus cinerea, intus albida.



Digitized by Google

C. MUSCICOLA β. INAEQUILATERA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 202. PEZIZA INAEQUILATERA SCHUM. *Saell.* 2. *p.* 421. — FL. DAN. *tab.* 2083. (*optime*!).

Semel in caulibus plantarum gracilibus dejectis pulchra exemplaria legi. Autum.

4. *C. griseo-pallida Weinm.* Gregaria, adnato-sessilis; cupula membranacea, tota griseo-pallida, extus flocculosa, intus glabra, laevi.

Primo granuliformis, globosa, clausa, mox aperta, campanulata l. hypocrateriformis, in statu seniori saepe dimidiata, ¼ — 1‴ lata, vix ¼‴ alta.

In terra humida et ad ligna pinea, terra tenuissime obducta primo inveni, deinde etiam in truncis vetustis rimosis *Lonicerae tataricae* LINN. per totum autum. an. 1833. observavi.

5. *C. Goldbachii Weinm.* Gregaria, sessilis; cupula membranacea, sicca, urceolato-concava, extus villosa, albida, intus pallida, laevi.

Gregaria, rarius solitaria, ¼ — ½‴ lata, humida aperta, ore subinflexo, sicca valde contracta, irregularis et parum incisa.

In culmis emortuis *Secalis Cerealis* semel. Julio.

In memoriam grati animi, Divo Dr. Goldbach, mosquensi, hanc speciem dicavi.

6. *C. vernalis Weinm.* Gregaria, membranacea; cupula campanulata, pendula, tota sulphurea, extus cum stipite brevi villosiuscula, intus laevi.

Digitized by Google

C. VERNALIS WEINM. *in flora anni* 1832. *nro.* 29. *p.* 457.

Cupula primo integra, campanulata, dein lacerata, ½″ et ultra lata, vix 1″ alta, extus cum stipite contigua, villosiuscula.

In ollis tepidariorum nostrorum bis observavi. Primo vere.

7. *C. eruciformis Fr.* Gregaria, conferta sparsaque; cupula firmula, subpendula, oblonga, extus dense hirsuta, nivea, intus albida, laevi, ore subconstricto, truncato.

C. ERUCIFORMIS FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 203. — FUNGOIDES MINIMUM, *vasi fusorii forma, niveum, externe hirsutum, pendulum* MICH. *gen. p.* 208. *tab.* 86. *fig.* 16. (*satis bene!*). — PEZIZA AURIFORMIS BATSCH *Elench. Fung. p.* 125.

Junior fere globosa, nivea, clausa, dein elongata, substipitata. Cupula in statu totius evolutionis ½ — 1″ longa, vix 1″ lata, mox erectiuscula, mox subpendula, a medio ad basin dilute fuscescens, superne nivea, ore semper contracto.

Ad ramos ad ramulos dejectos, decorticatos alneos bis legi. Aprili, Majo.

8. *C. Frisei Weinm.* Sparsa, cupula cartilagineo-gelatinosa, sessili, extus albido-pallida, villosiuscula, intus fuscescente, subcorrugata, margine elevato, involuto, subintegro.

CYPHELLA nova species Fr. in lit.

Pulchella species! Substantia Exidiis analoga. Cupula junior exacte orbicularis l. globosa, dein applanato-

sessilis, ½—2″ lata, margine semper elevato l. erecto-involuto; adultior mox regularis, mox varie formata, irregularis, margine subinde inciso. Discus in vetustis fere venosus evadit.

In lignis decorticatis alneis? dejectis, semel pulchella exemplaria Junio in sylvis legi.

## XXXV. GUEPINIA Fries.

GUEPINIA FRIES *Syst. Orb. veg. I. p.* 92. — *Elench. Fung. II. p.* 30. — TREMELLAE *species* DC. FR. *et* PERS.

Receptaculum cartilagineo-gelatinosum, pileatum, varie tortum, unde hymenium unilaterale, subinferum, laeve, persistens. Fr.

1. *G. Helvelloides Fr.*

GUEPINIA HELVELLOIDES FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 31. — TREMELLA HELVELLOIDES FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 211. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 93. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 100. T. RUFA *Jacq. Miscell. Aust.* 1. *p.* 143. *tab.* 14. (*exacte!*).

Totus fungus 2—2½′ altus, cartilagineo-gelatinosus, roseo-aurantiacus, adultior rufescens, basi albidus, villosiusculus, fere infundibuliformis, dimidiatus, ex-

Digitized by Google

tus lacunosus, margine lobulatus, ad basin teres l. compressus. Exsiccata valde contrahitur.

Ad terram humidam sylvarum prope Gatschinam, semel. Initio Augusti.

Trib. II. CUPULARES. Submarginati, supra fructicantes (resupinati), inaequabiles. Fr.

## XXXVI. EXIDIA Fries.

Tremellae *et* Pezizae *species Auctor.* — Auricu-lariae *spec. recentiorum* — Exidia Fries *Syst. myc. II. p.* 220. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 93. — *Elench. Fung. II. p.* 33.

Receptaculum subgelatinosum, homogeneum, hymenio supero, papilloso. Sporidia elastice ejicienda. Fr.

Trib. I. AURICULAE. Pezizoideae, effusae, plicatae, subtus villosae l. tomentosae, punctato-scabrae. Tubuli seminiferi sat distincti.

a. Magis expansae, tenuiores, subtus villosae l. tomentosae. Gregariae.

1. *E. Auricula Judae Fr.* Subcaespitosa, tenuis, sessilis, concava, flexuosa, nigrescens, utrinque venoso-plicata, subtus tomentosa, olivaceo-cinerea. Fr.

E. Auricula Judae Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 221. — Blackw. *herb. tom.* 4. *tab.* 334. — Mich. *gen. tab.* 66. *fig.* 1. — Tremella auricula Judae Linn. *Spec. plant.* 1625. — Pers. *Syn. Fung. p.* 624. — Linn. *suec. nro.* 1137. — Peziza Auricula Bolt. *Fung. tab.* 107. — Auricularia Judae Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 939. — Auricularia sambucina Mart. *Fl. Erlang. p.* 459. — Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 97. — Tremella Auricula Martius *Fl. mosq. p.* 247.

In trunco semiemortuo vetusto, decorticato *Sambuci nigrae* in horto Imperiali Pawlowskiensi bis legi. Octobri. Prope Mosquam (Martius).

b. rubescenti-fusca. — Bull. *Champ. p.* 241. *tab.* 427. *fig.* 2. — Tremella Caraganae Mart. *Fl. mosquens. p.* 247.

Ad caudices *Robiniae Caraganae*, prope Mosquam (Martius).

b. Minores, orbiculatae, tumidae, subtus punctulato-scabrae.

2. *E. recisa Fr.* Gregaria, substipitata, mollissima, turgida, truncato-plana, subrepanda, fusco-succina, subtus punctato-scabra; stipite brevissimo, excentrico, obliquo. Fr.

E. recisa Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 223. — Buxb. *Comment. Petrop.* 3. *p.* 273. *tab.* 14. *fig.* 3. — Tremella recisa Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 103. — Nees *Syst. tab.* 15. *fig.* 141. — Tremmella Salicum Pers. *l. c. p.* 102. Peziza gelatinosa Bull. *Champ. tab.* 460. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 89. — Auricularia Sagarum Wahlenb. *Fl. succ.* 2. *p.* 993.

Ad ramos putrescentes Salicum. Sero autum.

Trib. II. GLANDULOSAE. Subapplanatae, undulatae, subtus rugosae. Tubuli seminiferi, obsoleti. Fr.

3. *E. glandulosa Fr.* Variabilis, effusa, subadplanata, crassa, undulata, primo albido-glauca, dein membranacea et nigricans, papillis conicis spiculosa, subtus cinerea, subtomentosa. Fr.

E. GLANDULOSA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 224. — DILL. *Musc. tab.* 10. *fig.* 15. — TREMELLA ATRA FL. DAN. *tab.* 884. — TREMELLA ARBOREA HOFFM. *veg. crypt. fasc.* 1. *p.* 37. *tab.* 8. *fig.* 1. (*excluso synon.* BUXB.). — SOBOL. *Fl. pet. p.* 314. — TREMELLA GLANDULOSA BULL. *Champ. tab.* 420. *fig.* 1. — TREMELLA SPICULOSA PERS. *Syn. Fung. p.* 624. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 102. — MART. *Fl. Mosq. p.* 247. — AURICULARIA GLANDULOSA WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 494.

Ad truncos et ramos ubique. Autumno serotino. Prope Mosquam (MARTIUS). In Rossia minore (BONGARD).

4. *E. saccharina Fr.* Erumpens, basi dilatata, tuberculosa, gyroso-undulata, crassa, fulvo-cinnamomea, papillis raris adspersa.

E. SACCHARINA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 225. — TREMELLA SPICULOSA γ. ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 302.

Ad truncum crassum dejectum *Pini Abietis* semel. Sero Autumno.

5. *E. repanda Fr.* Gregaria, adpressa, subrotunda, crassa, laevis, carneo-cinnamomea, margine crenulato-crispo. Fr.

Digitized by Google

E. REPANDA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 225.

Ad ramum betulignum semel. Septembri.

6. *E. pithya Fr.* Subgregaria, crassiuscula, effusa, plana, integra, nigra, subtus rugoso-subplicata, laete olivacea. Fr.

D. PITHYA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 226. — TREMELLA AURICULA *γ.* ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 302.

Ad ramos pineos rara. Sept. Octob.

Trib. III. TREMELLEI. Gelatinosi. Hymenium amphigenum, nudum. Fr.

## XXXVII. TREMELLA Dill.

NOSTOC VAILL. *par. p.* 144. — TREMELLA LINK. — NEES *Syst. p.* 156. — FRIES *Syst. mycol. II. p.* 210. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 93. — PERS. *Mycol. europ. I. p.* 98.

Receptaculum gelatinosum, homogeneum, undique fructificans, absque papillis. Fr.

Trib. I. MESENTERIFORMES. Caespitosae, foliaceo-expansae, flavidae, nudae. Fr.

1. *T. fimbriata Pers.* Caespitosa, erecta, nigrescens l. olivascens, corrugata, lobato-partita: lobis flavidis, margine undulato-incisis, fimbriatis.

Digitized by Google

T. FIMBRIATA PERS. *Syn. Fung. p.* 626. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 103. — T. VERTICALIS BULL. *Champ. tab.* 272. (*nostra parum minor*).

b. *tinctoria Pers.* Caespitosa, erecta, vinoso - violacea.

PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 101. — T. MESENTERIFORMIS BULL. *Champ. tab.* 499. *fig.* 6.

In locis humidis, ad ramos praeprimis alneos perrara. Septembri.

2. *T. foliacea Pers.* Caespitosa, decumbenti-erecta, laevis, rufo-cinnamomea, diaphana, basi plicata, undulato-lobata: lobis integerrimis.

T. FOLIACEA PERS. *Syn. Fung. p.* 626. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 101. — T. MESENTERIFORMIS BULL. *Champ. tab.* 406. *fig. A. a.*

β. *violascens Alb. et Schw.* Minor, crassior, purpureo-violascens, margine albido.

ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 303.

Ad truncos abiegnos, betulignos, rarissime. Autum.

3. *T. lutescens Pers.* Caespitosa, minor, mollissima, pallide-flava, undulato-gyrosa, lobata; lobis confertis, integris, nudis.

T. LUTESCENS PERS. *Syn. Fung. p.* 622. — *Icon. et descript. Fung. fasc.* 2. *p.* 33. *tab.* 8. *fig.* 9. — T. LUTESCENS FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 213. — T. MESENTERIFORMIS β. LUTESCENS PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 100. — T. MESENTERICA BULL. *Champ. tab.* 406. *fig. B. D. et tab.* 499. *fig.* 6. *U. V.* — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 301.

Ad ramos dejectos crassiores *Alni incanae* WILLD. semel tantum an. 1824. Majo.

4. *T. aurantica Schwein.* Subcaespitosa, minor, firma, gyroso-plicata, obtuse lobata, aurantia.

T. AURANTIA SCHWEIN. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 213.

Ad truncum vetustum *Betulae albae* semel. Autumno serotino.

Trib. II. CEREBRINAE. Pulposo-gelatinosae, turgidae, primo subcompactae, e sporidiis pruinosae.

5. *T. mesenterica Retz.* Applanato-effusa l. longitudinaliter expansa, adscendens, gyrosa, l. plicato-undulata, subtenax, aurantiaca, nitens.

T. MESENTERICA RETZ. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 214. — JACQ. *Miscell. Aust.* 1. *p.* 142. *tab.* 13. — PERS. *Syn. Fung. p.* 622. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 99. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 438. — NEES *Syst. tab.* 15. *fig.* 142. MART. *Fl. mosq. p.* 247. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 314. — NOSTOC LUTEUM *etc.* VAILL. *par. tab.* 14. *fig.* 4. (*nostra minor*). — MICH. *gen. p.* 124. *nro.* 3. 4. — TREMELLA SAGARUM FL. DAN. *tab.* 885. *fig.* 3. — ELVELLA MESENTERICA SCHAEFF. *tab.* 168. — T. CHRYSOCOMA BULL. *Champ. tab.* 174. — T. AURIFORMIS HOFFM. *veg. crypt. fasc.* 1. *p.* 31. *tab.* 6. *fig.* 4.

Ad ramos dejectos crassiores arborum frondosarum haud frequens. Vere, autum.

6. *T. albida Huds.* Irregulariter expansa, difformis, tenax, undulato-gyrosa, albida, superficie demum pruinosa.

Digitized by Google

T. ALBIDA HUDSON. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 225. *a.* T. CEREBRINA ALBA BULL. *Champ. tab.* 386. *fig. A.* — DC. *Fl. fr. p.* 91. — T. CANDIDA PERS. *Syn. Fung. p.* 624. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 100.

Ad ramos dejectos varios. Vere, autumno serotino.

7. *T. intumescens Eng. Bot.* Subcaespitosa, rotundata l. conglomerata, sessilis, mollis, brunea, exsiccata bruneo-nigrescens, nitens, obsolete punctata, tortuoso-sublobata.

T. INTUMESCENS ENG. BOT. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 215.

In trunco vetusto semiputrido *Betulae albae*; perrara. Aestate.

B. CORYNE. Carnoso-gelatinosae, subclavatae.

ACROSPERMI *species* TODE *Fung. Meckl.* 1. *p.* 8. — TREMEL. ACROSP. PERS. *Syn. Fung. p.* 629. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 108. — HELOTII *species* PERS. *Syn. Fung. p.* 678. — CORYNE NEES *Syst. p.* 137. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 106.

8. *T. C. Sarcoides Fr.* Variabilis, caespitosa, substipitata, mollis, viscosa, carneo-pallida, primo clavaeformis, dein compressa, lobata plicataque, basi obscuriori, rugosa.

T. C. SARCOIDES FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 217. — ELVELLA PURPUREA SCHAEFF. *tab.* 323. *fig.* 1. 3—6. — T. AMETHYSTEA BULL. *Champ. tab.* 499. *fig.* 5. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 91. — HELVELLA SARCOIDES DICKS. — BOLT. *tab.* 101. *fig.* 2. — T. DUBIA PERS. *Syn. Fung. p.* 630. CORYNE ACROSPERMUM NEES *Syst. p.* 137. *tab.* 15. *fig.* 143. — MART. *Fl. Erlang. p.* 395. — T. CERASI SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 217.

Digitized by Google

*β.* galeata: minor; capitulo subrotundo, albicante; stipite distincto, firmo, e fuligineo purpurascente.

FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 213. — ACROSPERMUM UNGUINOSUM TODE. — FL. DAN. *tab.* 1076. *fig.* 3. — HELOTIUM GALEATUM PERS. *Syn. Fung. p.* 678. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 350. — T. CYLINDRICA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 441. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 108. — ACROSPERMUM CYLINDRICUM FL. DAN. *tab.* 1076. *fig.* 4.

Ad truncos et ramos dejectos sat frequens; *β.* rarior. Prope Mosquam (MARTIUS). Augusto — Octobri.

## XXXVIII. NAEMATELIA Fries.

TREMELLAE *species* SCHUM. — PERS. *Mycol. europ.* — NEES. — NAEMATELIA FRIES *Observ. myc. II. p.* 370. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 93. — *Elench. Fung. II. p.* 35.

Receptaculum gelatinosum, nucleum compactum heterogeneum cingens. Fr.

1. *N. encephala Fr.* Solitaria l. caespitosa, pulvinato-difformis, subsessilis, plicato-rugosa, carneo-pallida, demum fuscescens. Fr.

N. ENCEPHALA FR. *Observ. myc.* 2. *p.* 370. — *Syst. myc.* 2. *p.* 227. — TREMELLA ENCEPHALA WILLD. *in*

Digitized by Google

*Bot. Mag.* — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 301. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 438. — PERS. *Mycol. europ.* 1. *p.* 98.

Ad truncos dejectos pineos perrara. Autumno.

2. *N. rubiformis Fr.* Sparsa aut gregaria, substipitata, orbiculata, subdepressa, gyroso-tuberculosa, lutea.

N. RUBIFORMIS FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 228. — *Observ. myc.* 2. *p.* 370. — TREMELLA ENCEPHALOIDES *et* ALUTACEA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 438.

Ad ramos dejectos parce. Vere, autumno serotino.

## XXXIV. DACRYMYCES Nees.

TREMELLAE *species Auctor.* — DACRYMYCES NEES *Syst. p.* 89. — FR. *Syst. mycol. II. p.* 228. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 94. — *Elench. Fung. II. p.* 35.

Receptaculum homogeneum, floccis assurgentibus sporidiisque instratis intus refertum. Fr.

1. *D. violaceus Fr.* Gregarius, erumpens, compactus, subcompressus, gyrosus, humidus violaceus, siccus nigrescens.

D. VIOLACEUS FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 229. — TREMELLA VIOLACEA RELH. — PERS. *Syn. Fung. p.* 625. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 101.

Ad truncum *Pyri communis* in horto Imperiali Gatschinensi ante quindecim annos semel autumno serotino legi.

2. *D. caesius Sommerf.* Gregarius, imo confertus, rotundatus, pezizaeformis, dein subirregularis, centro depressus, sordide lacteus, subhyalinus.

D. CAESIUS SOMMERF. — FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 36.

In sepimentis vetustis pineis prope Pergolam, Augusto legi.

3. *D. tortus Fr.* Subgregarius, sparsus, subrotundus, radicatus, convexus, disco depresso, immarginatus, laevis, lutescens, demum tortus, luteo-fuscus, hyalinus. Fr.

D. TORTUS FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 36. — TREMELLA TORTA WILLD. — D. LACRIMALIS SOMMERF. *ex* FR. *l. c.*

Ad ligna pinea vetusta. Hyeme leni et primo vere.

4. *D. stillatus Nees.* Gregarius aut subconfluens, sessilis l. stipitatus, rotundatus, convexus, demum plicatus, e luteo aurantiacus.

D. STILLATUS NEES. FR. *Syst. tab.* 7. *fig.* 90. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 104. — TREMELLA ABIETINA PERS. *Syn. Fung. p.* 627. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 104. — T. DELIQUESCENS BULL. *Champ. tab.* 454. *fig.* 3.

Ad ligna vetusta pinea passim. Vere, Autumno serotino.

Digitized by Google

*β.* lutescens, nitidus, siccus, fuscescens. Fr. l. c.

TREMELLA LACRIMALIS PERS. *Syn. Fung. p.* 628. — *Mycol. europ.* 1. *p.* 104.

Ad ligna quercina raro. Autumno, vere.

Trib. IV. HYMENULI. Coriaceo-l. ceraceo-gelatinosi. Sporidia obsoleta. Fr.

## XL. AGYRIUM Fr.

AGYRIUM FR. *Syst. myc. II. p.* 231. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 94. — *Elench. Fung. II. p.* 37.

Receptaculum subceraceum, sphaericum, demum fatiscens. Fr.

1. *A. nigricans Fr.* Gregarium l. confluens, adnatum, subrotundum, convexum, demum rugosum, fuligineo-nigricans. Fr.

A. NIGRICANS FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 232.

Ad truncum decorticatum *Quercus.* Autumno.

Digitized by Google

Digitized by Google

# GASTEROMYCETES GENUINI

SEU

# TRICHOSPERMI.

---

AUCTORE

I. A. WEINMANN,

HORTI BOTANICI IMPERIALIS PAWLOWSKIENSIS INSPECTORE.



Digitized by Google

Digitized by Google

# GASTEROMYCETES GENUINI

SEU

# TRICHOSPERMI.

Lycoperdon Linn. et Linneanis (*maxima pars, additis* Clathris *et* Mucoribus *quibusdam*). — Dermatocarpi Trichospermi etc. Pers. *Syn. Fung. p. XV — XVII.* — Gasteromyci Nees *Syst. p.* 92 — 138 (*ex maxima parte*). — Gasteromyceti *seu* Trichospermi Fries *Syst. myc. I. p. XLIX.* — *Syst. mycol. III. p.* 1. — Gasteromycetes Fries *Syst. Orb. veg. I. p.* 125. — Myxomycetes Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 333.

*Char.* Peridium (h. e. uterus receptaculum constituens) genuinum, contiguum, passim duplex, adultum dehiscens et sporidia copiosa, nuda, *pulverulenta* effundens. Sporidia majuscula, subglobosa, in centro coacervata, laxa, floccis plus minus effiguratis intertexta aut discreta. — Contextus subvesiculosus. — Gleba peridio inclusa ante maturitatem sporidiorum pulposa; saepe totus fungus junior mucilaginosus. Fries *Syst. mycol. III. p.* 1.

Digitized by Google

## GASTEROMYCETES GENUINI.

*Char.* Peridium (h. e. fungus contextus, primo clausus, intus sporidia libera absque ascis colligens). Contextus vesiculosus. Fr.

Ordo I. ANGIOGASTRES. *Char.* Sporidia in receptaculis propriis, a peridio communi discretis nidulantia. Sporidia numquam pulverulenta (excepta Batarrea abnormi). Fr.

Trib. I. PHALLOIDEI. Peridio rupto receptaculum discretum, apertum pronascitur. Sporidia in strato mucoso diffluente. Fr.

### I. PHALLUS Mich.

PHALLUS MICH. *gen. p.* 201. — DILL. *nov. gen. p.* 74. — LINN. *Gen. plant. p.* 493. — PERS. *Syn. Fung. p.* 242. — FR. *Syst. myc.* 2 *p.* 281. — *Syst. Orb. veg.* 1. *p.* 128. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 214. — WALLR. *Fl. germ.* 4. p. 556.

Receptaculum stipitatum, capituliforme, integrum, superne strato mucoso sporidifero tectum. Fr.

1. *Ph. impudicus Linn.* Volvatus; capitulo libero, conico, reticulato, pervio, inferne nudo; stipite longo, albo.

PH. IMPUDICUS LINN. *suec. nro.* 1261. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 997. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 283. — FL.

Digitized by Google

Dan. *tab.* 175. — Schaeff. *tab.* 196—198. — Bull. *Champ. p.* 276. *tab.* 182. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 214. — Bolt. *Fung. tab.* 92. — Nees *Syst. tab.* 36. *fig.* 259. — Mart. *Fl. mosq. p.* 235. — Grind. *Fl. Liv. p.* 334. — Pers. *Syn. Fung. p.* 242. — Ph. vulgaris Mich. *gen. p.* 202. *tab.* 83. — Phallus foetidus *Grev. Fl. scot. cryp. tab.* 213 *et* 214. *eximie!*

Odorem fere cadaverosum longe lateque spargit. Radix longa, chordaeformis. Fungus volva nondum rupta ovum gallinaceum et colore et magnitudine refert, e quo dein subito surgit stipes spithameus, pollice crassior, pileo denique bis unciam alto, mucorem virescentem ſoeditissimum dispergente. *Wahlenb. l. c.*

In sylvis umbrosis prope Mosquam (Martius). — In Livonia (Grindel). His in regionibus mihi non obvius; nec in Rossia minore a Dr. Bongard observatus. (Vidi icon.).

## II. BATARREA Pers.

Batarrea Pers *Syn. Fung. p.* 129. — Nees *Syst. p.* 249. — Fries *Syst. Orb. veg. I. p.* 128. — *Syst. myc. III. p.* 6. — Dendromyces Liboschitz.

Receptaculum e volva pronascens, stipitatum, pileatum, superne villoso-pulverulentum. Fr.

Digitized by Google

1. *B. Stevenii Fr.* Stipite crasso, ventricoso, squamoso, cavo; pileo coriaceo, subplano, medio elevato; sporidiis luteo-bruneis.

B. Stevenii Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 7. — Dendromyces Stevenii Liboschitz *Monogr. Wien* 1814. *fig.* 1. 2.

Stipes 14′ longus, ½′ crassus, tota superficie squamis obtectus, interne cavus. Pileus tenuis, inferne albus, laevis, superne cellularis, paleaceus, luteo-bruneus, pulveraceus, sporidiis copiosissimis, sub microscopio diaphanis. *Libosch. l. c.*

In arenosis ad Wolgam (Steven). (Vidi icon.).

## III. CLATHRUS Mich.

Clathrus Mich. *gen. p.* 214. — Bull. *Champ. p.* 270. Nees *Syst. p.* 253. — Pers. *Syn. Fung. p.* 241. — Fries *Syst. myc. II. p.* 287. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 129. — DC. *Fl. fr. II. p.* 215. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 860.

Receptaculum sessile, e ramis pluribus conjunctis cancellatum. Fr.

1. *C. cancellatus Linn.* Volvatus, volva laciniata, pallida; receptaculo sessili, obovato, e ramis oblique anastomosantibus cancellato.

Digitized by Google

C. CANCELLATUS LINN. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 288. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 215. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 851. C. RUBER MICH. *gen. p.* 214. *tab.* 93. — PERS. *Syn. Fung. p.* 241. — NEES *Syst. tab.* 36. *b. fig.* 261. — GRIND. *Fl. Liv. p.* 336. — C. VOLVACEUS BULL. *Champ. tab.* 441.

In Livonia (GRINDEL). — In sylvis ad Caucasum et ad portum Enzelli (GÜLDENSTAET in Ms. in museo Acad. Imperial. Petrop. servat.). (Gelatinoso - viscidus, quare Russis ibi habitantibus „Semlänoje Maslo" (землянoе масло) audit. (GÜLDENSTAET l. c.). (Vidi icon.).

Trib. II. TUBERACEI. Sporangia membranacea, peridio (intus saepe hymenio venoso-cancellato) inclusa. Sporidia sporangiis inclusa. Fr.

## IV. TUBER Mich.

LYCOPERDI *species* LINN. — TUBERIS *species* BULL. — PERS. *Syn. Fung.* — NEES *Syst.* — TUBER MICH. *gen. p.* 221. — FRIES *Syst. myc. II. p.* 289. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 129. — DC. *Fl. fr. II. p.* 278. ASCHION *Wallr. Fl. germ. IV. p.* 865.

Receptaculum semper clausum, intus venoso-marmoratum. Sporangia pedicellata, venis inspersa, obsoleta. Subterranea, arrhiza. Fr.

Digitized by Google

1. *T. cibarium Sibth.* Tuberibus rotundis l. oblongis, undique verrucis exasperatis, inaequalibus, arrhizis, nigrescentibus.

T. cibarium Sibth. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 290. — Bull. *Champ. tab.* 356. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 278. — Nees *Syst. tab.* 15. *fig.* 148. — Pers. *Syn. Fung. p.* 126. Mart. *Fl. mosq. p.* 218. — Tuber gulosorum Scop. Sobol. *Fl. pet. p.* 323. — Grind. *Fl. Liv. p.* 336. — Tuber brumale *etc.* Mich. *gen. p.* 221. *tab.* 102. — Lycoperdon Tuber Linn.

In vicinitate quercuum annosarum sub terra, prope Mosquam (Martius). — In Livonia (Grindel). — In Ingria (Sobolewski). (Vidi icon. et sic.).

## V. RHIZOPOGON Fries.

Lycoperdi *et* Tuberis *spec. Auctor.* — Rhizopogon Fries *Syst. myc. II. p.* 293. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 129. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 868.

Receptaculum irregulariter rumpens, intus venis anastomosantibus. Sporidia sessilia, distincta. — Emersi, barba fibrillosa radicati. Fr.

1. *Rh. albus Fr.* Subrotundus l. oblongus, extus rugulosus, albo-rufescens, intus albus, basi leviter fibrillosus.

Rh. albus Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 293. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 868. — Tuber album Bull. *Champ. p.* 80.

*tab.* 404. — Pers. *Syn. Fung. p.* 228. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 279. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 77.

Totus fungus 1—2′ crassus, junior totus albus, dein fere incarnatus, postea sordide albo-rufescens, dissectus mox intus rufescit.

Semiemersus in declivibus arenosis, ericetosis, post largas pluvias aestivales prope Pawlowsk semel.

---

Trib. III. NIDULARIACEI. Sporangia libera, peridio inclusa. Fr.

## VI. NIDULARIA Bull.

Cyathoides Mich. *gen. p.* 222. — Cyathus Hall. — Pers. *Syn. Fung. p.* 236. — DC. *Fl. fr. II. p.* 269. (*ex parte*). — Nees *Syst. p.* 139. — Wallr. *Fl. germ. p.* 870. — Nidularia Bull. *Champ. tab.* 69. Fries *Syst. myc. II. p.* 297. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 131.

Peridium commune simplex. Sporangia lenticularia, carnosa, sporidiis in medio coacervatis. Fr.

Subtrib. I. CYATHIA. Cyathiformes, epiphragmate orbiculari tectae.

1. *N. striata Bull.* Gregaria, obconica, extus nigrescens, bruneo-strigoso-hirsuta, interne sulcato-striata, plumbea, nitida; sporangiis pallidis, nitidis.

N. STRIATA BULL. *Champ. tab.* 40. *fig.* 1. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 298. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 998. — CYATHUS STRIATUS PERS. *Syn. Fung. p.* 237. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 269. — HOFFM. *Veg. Crypt.* 2. *p.* 33. *tab.* 8. *fig.* 3. — NEES *Syst. tab.* 13. *fig.* 132. — MART. *Fl. mosq. p.* 234. — SOBOL. *Fl. pet.* 317. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 871. — SCHMIDT *et* KUNZE *exsic. fasc.* 4. *nro.* 95. — PEZIZA STRIATA SCHAEFF. *tab.* 178. BOLT. *Fung. tab.* 102. *fig.* 2. — N. STRIATA KLZ. *tab.* 6. *fig.* 3.

Ad terram et in truncis putridis. Julio—Octobri. Prope Mosquam (MARTIUS).

2. *N. campanulata Sibth.* Conferta, extus cinerea, ad basin fusca, primo clavato-cylindrica, dein campanulata, extus griseo-tomentosa, intus laevis, plumbeo-nitida; sporangiis laevibus, demum spadiceis.

N. CAMPANULATA SIBTH. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 298. — VAILL. *par. tab.* II. *fig.* 6. 7. — MICH. *gen. tab.* 102. *fig.* 1. — BUXB. *in Comm. Petrop.* 4. *tab.* 29. *fig. supra.* N. VERNICOSA BULL. *Champ. tab.* 488. *fig.* 1 *et tab.* 40. *fig.* 2. — PEZIZA LENTIFERA LINN. *suec. nro.* 1271. — FL. DAN. *tab.* 780. *fig.* 1. — GORT. *Fl. ing. p.* 186. P. SERICEA SCHAEFF. *tab.* 180. — CYATHUS LAEVIS HOFFM. *Veg. crypt. p.* 31. *tab.* 8. *fig.* 2. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 871. — CYATHUS OLLA PERS. *Syn. Fung. p.* 237. — NEES *Syst. tab.* 13. *fig.* 133. — CYATHUS LAEVIS SOBOL. *Fl. pet. p.* 317. — CYATH. LENTIFERUS MART. *Fl. mosq. p.* 234.

b. *agrestis*; minor, hemisphaerica, margine erecto *Fr. l. c.*

Hab. a. ad ligna pinea semiputrida et in ollis tepidariorum abunde. — Prope Mosquam (MARTIUS). — In Livonia (GRINDEL). — b. in solo argillaceo, humido. — Julio—Octobri.

3. *N. Crucibulum Fr.* Conferta, campanulato-cylindracea utrinque truncata, margine erecto, integerrimo, primo ochracea, subtomentosa, demum laete ferruginea, subglabra, interne laevis, luteo-pallens; sporangiis dein pallescentibus.

N. CRUCIBULUM FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 299. — MICH. *gen. tab.* 102. *fig.* 3. — PEZIZA LENTIFERA POLL. — FL. DAN. *tab.* 105 *et tab.* 1490. *fig.* 1. — P. CRUCIBULIFORMIS SCHAEFF. *tab.* 179. — NID. LAEVIS BULL. *Champ. tab.* 40 *et* NID. GLABRA *ib. tab.* 488. *fig.* 2. — CYATH. CRUCIBULUM PERS. *Syn. Fung. p.* 238. — HOFFM. *Veg. crypt. p.* 29. *tab.* 8. *fig.* 1. — NEES *Syst. tab.* 13. *fig.* 133. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 871. — CYATHUS CRUCIBULIFORMIS SOBOL. *Fl. pet. p.* 317. — GREV. *Fl. scot. crypt. tab.* 32 *eximie!*

In lignis pineis vetustis et in acervis putrescentibus assularum copiose. Aestate, Autumno.

Subtrib. II. NIDULARIA. Subrotundae, epiphragmate destitutae.

4. *N. farcta Fr.* Sparsa, conferta aut confluens, subrotunda, villosiuscula, dilute grisea, irregulariter rumpens; sporangiis glabris, orbiculatis, compressis, corrugatis, bruneis.

Digitized by Google

N. FARCTA FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 301. — CYATHUS FARCTUS ROTH. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 870.

Semel legi in tabulis vetustis pineis madidis. Augusto.

## VII. MYRIOCOCCUM Fries.

MYRIOCOCCUM FRIES *exsic. Dec. VII.* — *Syst. myc. II. p.* 304. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 131. — *Elench. Fung. II. p.* 49.

Peridium simplex, furfuraceo-floccosum, evanescens. Sporangia globosa, sporidiis conglobatis. Fr.

1. *M. praecox Fr.*

MYRIOCOCCUM PRAECOX FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 304.

Fungus primo obtutu sphaeriam compositam, albam, ostiolis prominentibus refert. Tubercula superficilia, difformia confluunt et radiculis byssoideis, albis insident. Sporangia globosa, carnosa, e coccineo fusca. Fr.

Semel ante plures annos ad terram in umbrosis prope Gatschinam primo vere legi.

Digitized by Google

# VIII. POLYANGIUM Link.

Polyangium Link. — Fries *Syst. myc. II. p.* 304. *Syst. Orb. veg. I. p.* 231. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 869.

Peridium simplex, membranaceum. Sporangia oblonga, massa grumosa. Fr.

1. ***P.** vitellinum Link.*

P. vitellinum Link. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 505. — Nees *Syst. tab.* 13. *fig.* 131. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 869.

Subgregarium, rotundatum l. oblongum, vitellinum, magnitudine grani sabuli majoris (nostrum paulo minus). Sporangia 4 — 6, oblongo-ovata, laevia, saturatius colorata. Fr. l. c.

In cortice vetusto coriario perrarum. Autumno.

Digitized by Google

Trib. IV. CARPOBOLI. Sporangium solitarium, discretum, a peridio elastice protrusum. Fr.

## IX. SPHAEROBOLUS Tode.

CARPOBOLUS MICH. *gen. p.* 221. — LYCOPERDI *spec.* LINN. — SPHAEROBOLUS TODE *Fung. Meckl. I. p.* 43. — NEES *Syst. p.* 129. — FRIES. *Syst. myc. II. p.* 309 — *Syst. Orb. veg. I. p.* 132. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 764.

Peridium duplex, utrumque stellatum, interius membranaceum, invertendo elastice ejiciens sporangium globosum sporidiis refertum. Fr.

1. *Sph. stellatus Tode.* Gregarius l. valde confertus, globosus, flavo-pallescens, ore regulari, stellato-dentato.

SPH. STELLATUS TODE *Fung. Meckl.* 1. *p.* 43. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 309. — PERS. *Syn. Fung. p.* 155. — MART. *Fl. mosq. p.* 216. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 765. — CARPOBOLUS MICH. *gen. p.* 221. *tab.* 101. *fig.* 1. — LYCOPERDON CARPOBOLUS LINN. — FL. DAN. *tab.* 865. — SPH. STELLAT. GREV. *Fl. scot. crypt. tab.* 158. *eximie!*

Individua nondum explicata basi albescentia, versus apicem lutescentia, interne aurantio-flava sunt. Peridium semper quinquedentatum: dentibus patentibus.

Digitized by Google

In lignis putridis et in acervis acuum atque in cortice caldariorum. A primo vere in serum autumnum. — Prope Mosquam (MARTIUS). — In Rossia minore (BONGARD).

## X. THELEBOLUS Tode.

THELEBOLUS TODE *Fung. Meckl. I. p.* 41. — NEES *Syst. p.* 319. — FR. *Syst. myc. II. p.* 306. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 132. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 764.

Peridium sessile, urceolato-ventricosum, ore integro. Sporangium papillaeforme, sporidiis mucosis. Fr.

1. *Th. stercoreus Tode.* Gregarius l. confertus, subglobosus, croceus; subiculo nullo. Fr.

TH. STERCOREUS TODE *Fung. Meckl.* 1. *p.* 41. *tab.* 7. *fig.* 56. — PERS. *Syn. Fung. p.* 116. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 70. — NEES *Syst. p.* 321. *tab.* 44. *fig.* 363. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 307. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 764. — LIBOSCHITZ *in Mém. de la sociét. des Nat. de Moscou p.* 80.

In Ruthenia (Libosch. l. c.). (Vidi icon.).

Digitized by Google

# XI. PILOBOLUS Tode.

Pilobolus Tode *Fung. Meckl. I. p.* 41. — Pers. *Syn. Fung. p.* 117. — Nees *Syst. p.* 85. — Fries *Syst. myc. II. p.* 308. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 132. Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 318. — DC. *Fl. fr. II. p.* 271.

Peridium simplex, membranaceum, in stipitem productum explodens sporangium globosum, sporidiis refertum. Fr.

1. *P. crystallinus Tode.* Peridio obovato, flavescente, demum diaphano, deorsum stipitiformi; vesicula supra convexa, subtus subexcavata, orbiculari, nigra.

P. crystallinus Tode. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 308. — Pers. *Syn. Fung. p.* 117. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 188. — Fl. Dan. *tab.* 1080. — Alb. *et.* Schw. *Consp. Fung. p.* 72. — Nees *Syst. tab.* 6. *fig.* 81. — Mart. *Fl. mosq. p.* 177. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 318. — Kunze *et* Schmidt *mycol. Heft. fasc.* 2. *p.* 69. (*observ. optima a Cl.* Dr. Ehrenberg *data*). — Mucor urceolatus Bull. *Champ. tab.* 480. *fig.* 1. (*optime!*). — Bolt. *Fung. tab.* 133.

In fimo equino, vaccino, autumno passim; uberrime autem in fimo recenti equino verno tempore caldariorum nostrorum. — Prope Mosquam (Martius). In Rossia minore (Bongard).

Digitized by Google

2. *P. roridus Pers.* Peridio globoso, diaphano, superne lutescente; stipite capillaceo, pellucido, elongato; vesicula convexa nigra, subtus cava.

P. RORIDUS PERS. *Syn. Fung. p.* 118. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 309. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 188. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 72. — MUCOR RORIDUS BOLT. *tab.* 132. *fig.* 4.!

In fimo equino bis tantum observavi. Exeunte Julio an. 1832.

Ordo II. TRICHOSPERMI. Peridium distinctum, continuum, figurae determinatae; sporidiis intra peridium nudis, floccis inspersis, pulverulentis. Fr.

Subordo I. SCLERODERMEI. Sporidium suberosum l. coriaceo-corneum, persistens, duplex, exterius plerumque in corticem arcte connatum abiens. Flocci varie conjuncti, sporangiola spuria formantes l. fulcrantes. Sporidia saepius (nempe in quatuor generibus centralibus evidenter) hinc inde congregata Fr. — Sporangiolis spuriis, numquam carnosis, floccis liberis et sporidiis pulverulentis ab Angiogastribus recedunt. Fr.



Digitized by Google

## XI. ELAPHOMYCES Nees.

Tuber Nees *Syst. p.* 161. — Lycoperdastri *et* Scleródermatis *spec.* Mich. *gen. p.* 219. — Elaphomyces Nees. — Fries *Syst. myc. III. p.* 57. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 57. — Ceraunium Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 405.

Peridium suberosum, corticatum, verrucoso-muricatum, semper clausum, floccis in venas intersecantes junctis. Sporidia conglutinata. — Subterranei, sessiles, arrhizi. Fr.

1. *E. granulatus Fr.* Rotundatus l. oblongus, inaequabilis, granulis rotundis, obtusis, papillaeformibus exasperatus; sporidiis atris.

E. granulatus Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 58. — Weinm. *Phytan. tab.* 524. *fig. d.* — Lycoperdastrum *etc.* Mich. *gen. p.* 220. *nro.* 10. *tab.* 99. *fig.* 4. — Lycoperdon cervinum Linn. *gen. plant.* 2. — Scleroderma cervinum Pers. *Syn. Fung. p.* 156. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 102. — Mart. *Fl. mosq. p.* 219. — Tuber cervinum Nees *Syst. tab.* 15. *fig.* 147. — Ceraunium granulatum Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 406.

Fungus 1 — 2′, extus sordide ochraceus, demum fuscescens, junior mollis, adultus rigidus, subfragilis. Odor inamoenus.

In pinetis sub terra arenosa raro. Aestate.

2. *E. muricatus Fr.* Globosus, aculeis subtetragonis stipatis muricatus; sporidiis nigricantibus. Fr.

Digitized by Google

E. muricatus Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 59. — Tuber Linn. *suec. nro.* 1281. — Ceraunium muricatum Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 407.

In pinetis sub terra aliquoties. Aestate.

*Observ.* Est mater *Sphaeriae ophioglossoidis!* — Fungus 1 — 1½′, extus fulvus, demum fuscus, fere lignosus.

## XII. POLYSACCUM Desp. — DC.

Lycoperdoides Mich. *gen. p.* 219. — Polysaccum Desp. — Fries *Syst. myc. III. p.* 51. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 135. — Pisolithus Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 82. — Pisocarpium Link. — Nees *Syst. p.* 137. — Polysaccum Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 872.

Peridium suberosum, radicans, demum vertice exesum includens peridiola aggregata, interne floccis obducta et sporidiis referta. Fr.

1. *P. herculeum Fr.* Radicatum, stipitatum, album; capitulo nutante truncato; sporidiis fulvo-ferrugineis. Fr.

P. herculeum Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 52. — Scleroderma herculeum Pers. *Syn. Fung. p.* 151. — Lycoperdon herculeum Pall. *Russ. Reis.* 1. *p.* 553.

In ripa salsa lacus inderiensis, in arenoso Kirgisorum deserto (PALLAS).

2. *P. turgidum Fr.* Lobato-radicatum, stipitatum; capitulo vulgo rotundato, fusco-nigro; peridiolis albis; sporidiis umbrino-fuscis. Fr.

P. TURGIDUM FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 53. — LYCOPERDON *magnum, globosum, pulpa granulata; radice crassa* BUXB. *Cent.* 1. *p.* 37. *tab.* 58. — *An* LYCOPERDON CAPITATUM SOBOL. *Fl. pet. p.* 318? (*excluso synon.* MICH.).

In sabuletis versus mare caspium. — In scrobibus arenosis ad *Astrachan* et in regione wolgensi inferiori. Octobri. — Ni fallor, hunc memorabilem fungum etiam his in regionibus vidi, nempe in arenosis maritimis prope Strelnam an. 1818 primo vere, sed valde destructum. (Vidi icon.).

## XIII. SCLERODERMA Pers.

LYCOPERDON MICH. *gen. p.* 219. — SCLERODERMATIS *spec.* PERS. *Syn. Fung. p.* 159. — NEES *Syst. myc. III. p.* 132. — FR. *Syst. mycol. p.* 44. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 136. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 403.

Peridium suberosum, corticato-verrucosum, radians, irregulariter rumpens. Sporidia in glomerulos coacervata, floccis inspersa. Fr.

Digitized by Google

1. *S. vulgare Fr.* Sessile; peridio globoso, subdifformi, vertice areolato-verrucoso; pulpa atro-purpurea; floccis albo-griseis, sporidiis fuligineis.

Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 46. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 403. — Fl. Dan. *tab.* 1969. (*bene!*). — Vaill. *par. p.* 122. *tab.* 16. *fig.* 8. — Lycoperdon cervinum Bolt. *Fung. tab.* 116. — Lycoperdon aurantiacum Bull. *Champ. tab.* 270 — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 226. — Lycoperdon tessulatum Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 191. — Sclerod. aurantiacum Pers. *Syn. Fung. p.* 153. (*excluso syn.* Linn.). S. citrinum. Pers. *ib.*

b. minus, reniforme, subspadiceum.

Vaill. *par p.* 123. *nro.* 13. *tab.* 16. *fig.* 5. 6. — S. Cepa Pers. *l. c. p.* 155. — S. spadiceum *ib.* (*excluso syn.*).

In locis arenosis muscosis et ad margines areolarum in horto Imperiali Pawlowsk. copiose, sed non quovis anno. Julio — Octobri. b. In Rossia (Liboschitz. l.c.).

1. *S. verrucosum Pers.* Substipitatum; peridio rotundato, subverrucoso, sursum tenui, fragili; pulpa atropurpurea; floccis sporidiisve fuscis. Fr.

S. verrucosum Pers. *Syn. Fung. p.* 154. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 49. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 404. — Vaill. *par. p.* 122. *tab.* 16. *fig.* 7. — Mich. *gen. p.* 219. 220. *nro.* 3. 4. *tab.* 99. *fig.* 3. — Lycoperdon verrucosum Bull. *Champ. tab.* 24. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 265. — *Diction. des scienc. naturell. Cah.* 37. — Liboschitz *in Mém. de la sociét. des Natural. de Moscou Tom.* 5. *p.* 82.

In Imperio ruthenico (Liboschitz. l. c.). (Vidi icon.).

Subordo II. LYCOPERDINEI. Peridium primo carnoso-molle, dein firmum, coriaceo-membranaceum, persistens, rumpens, semper duplex, sed exterius passim in corticem squamosum, verrucosum l. pulverulentum abit. Flocci copiosi in stratum fomentarium contexti. Sporidia aequaliter aggregata (nec hinc inde congregata), floccis imposita. Fr.

## XIV. GEASTER Mich.

Geaster Mich. *gen. p.* 220. — Fries *Syst. myc. III. p.* 8. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 399. — Geastrum Nees *Syst. p.* 135. — Fries *Syst. Orb. veg. I. p.* 138. — Pers. *Syn. Fung. p.* 131. — DC. *Fl. fr. II. p.* 266.

Peridium duplex; exterius discretum, coriaceum, radiatim rumpens, reflexum, interius membranaceum, ostiolatum. Sporidia floccis imposita. Fr.

a. Ore pectinato-striato (plicato-sulcato), elongato, conico.

1. *G. fornicatus Fr.* Peridio exteriori cortice dehiscente, subquadrifido, laciniis subaequalibus, fornicatis, interiori breve pedicellato, ore prominente, conico-striato; sporidiis fuscis.

G. fornicatus Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 12. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 400. — Buxb. *Cent.* 5. *p.* 14. *tab.* 28. *fig.* 1. 2. — Geastrum quadrifidum DC. *Fl. fr.* 2.

Digitized by Google

*p.* 267. — PERS. *Syn. Fung. p.* 133. — NEES *Syst. tab.* 12. *fig.* 128. — LYCOPERDON CORONATUM SCHAEFF. *tab.* 183. — L. FENESTRATUM BATSCH *Elench. Fung. tab.* 29 *fig.* 168. — LYCOP. VESICARIUM *etc.* GORT. *Fl. ing. p.* 188. (*majus et minus*).

β. *multifidus Fr. l. c.* Peridio exteriori papyraceo, multifido, albido, interiori longius pedicellato; ore prominente, conico-striato; sporidiis fuscis.

GEASTRUM PECTINATUN PERS. *Syn. Fung. p.* 132. (*tam definitio, quam descriptio satis bene convenit*).

Hab. a. in sylvis in acervis acuum rarissime; β. in iisdem locis passim. Aestate, autumno.

b. Ore ciliato-fimbriato (non plicato-sulcato) depresso (plano aut late conico) canescente.

2. *G. limbatus Fr.* Peridio exteriori crassiusculo, rigido, explanato, multifido; laciniis inaequalibus, interiori pedicellato, griseo-umbrino; ore brevi, fimbriato-piloso, depresso, subacuto; sporidiis umbrino-fuscis.

G. LIMBATUS FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 15. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 401. — BUXB. *Cent.* 5. *p.* 15. *tab.* 29. *fig.* 1. — GEASTRUM CORONATUM PERS. *Syn. Fung. p.* 132. — G. MULTIFIDUM DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 267. — LYCOPERDON VESICARIUM *etc.* GORT. *Fl. ing. p.* 188.

b. minor, gracilior; peridio exteriori 5 — 8-fido, laciniis angustis, inaequalibus, interiore breve pedicellato, cinereo.

Ad terram inter frutices passim. Autumno.

Digitized by Google

c. Ore dentato (ciliis haud distinctis) determinato.

3. *G. rufescens* *Fr.* Peridio exteriore papyraceo, multifido, laciniis utplurimum triangularibus, subaequalibus, rufescentibus; interiori sessili, nudo, ore dentato.

G. rufescens Pers. *Syn. Fung. p* 134. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 402. — Buxb. *Cent.* 2. *p.* 45. *tab.* 49. *fig.* 3. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 18 — Fl. Dan. *tab.* 1433. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 79. — Lycoperdon stellatum Linn. *suec nro.* 1277. — Schaeff. *tab.* 182. (*optime!*). — Bull. *Champ. tab.* 471. *fig.* 1. (*figurae inferiores bene quadrant!*). — Pall. *Russ. Reis.* 2. *p.* 635.

In pinetis ad terram aliquoties prope Gatschinam. — Prope Barnaul (Pallas). Septemb.

d. Ore lacero, substellatim fisso, glabro, haud prominente. Peridium indurescens, sublignosum.

4. *G. hygrometricus* *Pers.* Peridio exteriore multipartito, crasso, rigescente, inflexo, interiori sessili, subreticulato, irregulariter dehiscente. Fr.

G. hygrometricus Pers. *Syn. Fung. p.* 135. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 19. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 403. — Mich. *gen. tab.* 100. *fig.* 4. 6. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 268. Nees *Syst. tab.* 12. *fig.* 127. — Lycoperdon stellatum Bull. *Champ. tab.* 238. *fig. a. b. c. d.* — Sobol. *Fl. pet. p.* 319? (*excluso synon.* Fl. Dan.).

In pinetis sabulosis prope Mosquam (Martius). (Vidi icon.).

## XV. BOVISTA Dill. *ex emend.*

BOVISTA DILL. — PERS. *Syn. Fung. p.* 136. — NEES *Syst. p.* 132. — FRIES *Syst. myc. III. p.* 138. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 21. — (MICH. *gen. tab.* 97. *fig. o.*). — WALLR. *Fl. germ. IV p.* 391.

Peridium duplex, exterius adnatum, squamoso-ruptum, secedens, interius membranaceum, irregulariter rumpens. Sporidia pedicellata, floccis infixa. Fr.

a. Peridio tenui, papyraceo.

1. *B. clavata Fr.* Obconico-clavata; peridio papyraceo, tenaci, fuscescente, lacero-dehiscente; capillitio compacto sporidiisque fuscis. Fr.

B. CLAVATA FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 23. (*noster fungus paulo minor, ceterum cum descriptione a Cl.* FRISIO *data, satis bene convenit*).

Semel tantum legi an. 1829 in locis elevatis fruticetosis prope Koirowam. Exeunte Septemb.

2. *B. nigrescens Pers.* Subglobosa; peridio papyraceo, tenaci, demum nigrescente-umbrino, cortice laevi toto evanescente; capillitio denso sporidiisque purpureo-fuscis. Fr.

B. NIGRESCENS PERS. *Syn. Fung. p.* 136. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 23. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 392. — LYCOPERDON GLOBOSUM BOLT. *Fung. tab.* 118. — LYCOPERDON ARRHIZON BATSCH *Elench. Fung. tab* 29. *fig.* 166.



Digitized by Google

In campis apricis muscosis hinc inde. Aug. — Octob.

3. *B. plumbea Pers.* Globosa; peridio papyraceo-flexili, plumbeo-caesio, cortice basi subpersistente, ore angustato; capillitio sporidiisque fuscis. Fr.

B. PLUMBEA *a.* FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 24. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 393. — KLOTSCH *Fung. exsic. fasc.* 1. *nro.* 57. — LYCOPERDON SPHAERICUM *etc.* MICH. *gen. p.* 218. *tab.* 97. *fig.* 6. — LYCOPERDON FURFURACEUM BATSCH *Elench. Fung. p.* 145. — BOVISTA FURFURACEA PERS. *Syn. Fung. p.* 138.

*b.* B. PLUMBEA PERS. *Syn. Fung. p.* 137. — FR. *l. c.* — LYCOPERDON ARDESIACUM BULL. *Champ tab.* 192. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 262. — LIBOSCHITZ *in Mém. de la société des Natural. de Moscou Tom.* 5. *p.* 81.

In pratis, locis graminosis montosis, umbrosis. — Prope Mosquam (MARTIUS). — In campis depressis, attamen apricis siccis ad urbem BIELGOROD d. 5. Octob. an. 1774 legit beat. GÜLDENSTAEDT (Herb. Acad. Imperial. Petrop.) — In nonnullis provinciis Imperii Ruthenici (LIBOSCH. l. c.). — Autumno.

## XVI. LYCOPERDON Mich.

LYCOPERDON MICH. *gen. p.* 217. — PERS. *Syn. Fung. p.* 140. — NEES *Syst. p.* 132. — FRIES *Syst. myc. III. p.* 26. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 138. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 393. — LYCOPERD. BOVISTA LINN. *suec. nro.* 1280.

Digitized by Google

Peridium duplex, exterius connatum, furfuraceum, saepe in verrucas abiens, interius membranaceum, irregulariter rumpens. Sporidia floccis inspersa. Fr.

Trib. I. BOVISTOIDES. Cortex superne discretus, mollis, flocculosus. Capillitium inaequale, rarum, fugax. Fr.

1. *L. Bovista Linn.* Peridio superne fragillimo, obtusissimo, areolatim dehiscente, evanescente, latissime aperto, cortice floccoso, subdiscreto; capillitio raro cum sporidiis olivaceo-fuligineis evanescente. Fr.

L. Bovista Linn. *suec. nro.* 1280. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 29. — Bull. *Champ. tab.* 447. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 190. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 594. — Lycoperdon vulgare Vaill. *par. p.* 122. — L. maximum Schaeff. *tab.* 191. — L. giganteum Batsch *Elench. Fung. tab.* 29. *fig.* 165. — Pers. *Syn. Fung. p.* 140. — Mart. *Fl. mosq. p.* 219. — Sobol. *Fl. pet. p.* 319. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 264. — Fl. Dan. *tab.* 1920 — Bovista gigantea Nees *Syst. tab.* 11. *fig.* 124. *C.* — L. Bovista Gort. *Fl. ing. p.* 188. — Grind. *Fl. Livon. p.* 336. — Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 336.

In campis inter gramina et muscos his in regionibus haud frequens. Prope Mosquam (Martius). — In Livonia (Grindel). Autumno.

2. *L. caelatum Bull.* Peridio superne flaccido, collabescente, obtuso, apice dehiscente, demum cupulari, aperto,

strato sterili, celluloso; peridio interno discreto a capillitio rariori sublibero collabescente; sporidiis fuligineo-lutescentibus. Fr.

L. caelatum Bull. *Champ. p.* 340, — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 264. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 32. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 394. — Vaill. *par. tab.* 16. *fig.* 4. — L. echinatum Schaeff. *tab.* 186. — L. gemmatum *ib. tab.* 190. — L. papillatum Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 191. — L. Bovista Pers. *Syn. Fung. p.* 141. — Nees *Syst. tab.* 12. *fig.* 125. — L. circumscissum Sobol. *Fl. pet. p.* 318. (*exclusa tab.* Schaeff. 91.).

In pascuis siccioribus raro. Autumno.

3. *L. pusillum* Fr. Peridio toto flaccido, persistente, obtuso, ore semper angustato, dehiscente; cortice laevigato, dein rimoso, adpresse-squamoso, strato sessili obsoleto cum capillitio contiguo; sporidiis olivaceis. Fr.

L. pusillum Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 33. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 395. — Mich. *gen. p.* 218. *tab.* 97. *fig.* 3. (*bene!*) — Vaill. *par. p.* 122. — L. furfuraceum Schaeff. *tab.* 294. (*nostrum minus!*). — L. cepaeforme Bull. *Champ. tab.* 435. *fig.* 2. (*praeprimis figurae superiores*). — L. Bovista Bolt. *Fung. tab.* 117. *fig. C.* — L. pratense Pers. *Syn. Fung. p.* 142. (*excluso synon.* Schaeff.). — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 193. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 80. — Bovista pusilla Pers. *Syn. Fung. p.* 138.

In terra nuda arenosa in agris post messem. Aug. — Octob.

Trib. II. PROTEOIDES. Cortex undique adnatus, haud diffluens, farinaceus, granulis immixtis. Capillitium densum, persistens. Fr.

4. *L. saccatum Vahl.* Peridio lentiformi-rotundo, scarioso, obtuso, areolatim dehiscente, fugaci corticeque adnato tenuissimis; capillitio compacto, contiguo, persistente; sporidiis umbrino-ferrugineis. Fr.

L. SACCATUM VAHL. *in* FL. DAN. *tab.* 1139. (*optime!*). — L. SACCAT. FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 35. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 396.

In fruticetis elevatis aliquoties prope Paeselowam et Slavienkam. Aug. Sept.

5 *L. gemmatum Batsch.* Peridio membranaceo, persistente, basi angustato, ore umbonato, aperto, cortice farinaceo adnato verrucisque subspinulosis tecto; floccis medio in columellam secedentibus, persistentibus; sporidiis luteo-virescentibus. Fr.

L. GEMMATUM BATSCH. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 36. — L. PROTEUS BULL. *Champ. p.* 134. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 265. — L. BOVISTA BOLT. *Fung. tab.* 117. (*exclusis fig. a. c.*). — L. VERRUCOSUM RUPP. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 397.

*α. excipuliforme Scop.* Peridio subrotundo, verrucis subspinulosis, sparsis; stipite elongato, basi subplicato. Fr.

L. GEMMATUM *a excipuliforme* FR. *l. c.* — WALLR. *l. c.* VAILL. *par. tab.* 12. *fig.* 15. (*exactissime!*) — MICH. *gen. tab.* 97. *fig.* 1. (*Sphulae in nostris minores*). — SCHAEFF. *tab.* 87. (*quoad formam*). — NEES *Syst. tab.* 12.

*fig.* 126. — L. PROTEUS SOB. *Fl. pet. p.* 318. (*excluso syn.* BULL.).

*β. perlatum Pers.* Peridio rotundato, depresso, verrucis compactis in mucronem solidiorem porrectis, deciduis; stipite tereti, subscabro. Fr.

L. PERLATUM PERS. *Syn. Fung. p.* 148. — FR. *l. c.* — WALLR. *l. c. p.* 397. — MICH. *gen. tab.* 97. *fig.* 1. — VAILL. *par. tab.* 12. *fig.* 16. — L. GEMMATUM BATSCH. FL. DAN. *tab.* 1140. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 190. L. HIRTUM BULL. *Champ. tab.* 475. *fig. B.* — *E. et tab.* 340. — KLOTSCH *Fung. exsic. fasc.* 1. *nro.* 58.

*γ. echinatum Pers.* Peridio turbinato, substipitato, verrucis spinosis, validis, subdistantibus. Fr.

L. ECHINATUM PERS. *Syn. p.* 147. — WALLR. *l. c. p.* 398. FR *l. c.* — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 190. — L. CANDIDUM PERS. *Icon. et descript. fasc.* 2. *p.* 53. *tab.* 13. *fig.* 4. — L. MURICATUM SOBOL *Fl. pet. p.* 319. (*excluso syn.* MICH.).

*δ. hirtum Mart.* Turbinatum, subsessile, verrucis mollibus, tenuibus (nigrescentibus plerumque) hirtum. Fr.

L. HIRTUM MART. *Fl. Erlang. p.* 386. — WALLR. *l. c. p.* 397. L. UMBRINUM *a et β, d.* QUERCINUM PERS. *Syn. Fung. p.* 147. 148.

*ε. furfuraceum Fr.* Turbinatum, raro spinulosum, verrucis subfatiscentibus furfuraceum. Fr.

L. MOLLE PERS. *Syn. Fung. p.* 150.

*ζ. papillatum Schaeff.* Subrotundum, sessile, papillosum, furfuraceo - pulverulentum. Fr.

Digitized by Google

L. PAPILLATUM SCHAEFF. *tab* 184. — WALLR. *l. c. p.* 397. — L. PRATENSE PERS. *Syn. Fung. p.* 192. (*ex parte*). — MART. *Fl. mosq. p.* 219. (*excluso syn.* BULL.).

Omnes enumeratae varr. sat frequentes in locis graminosis, sylvis, fruticetis, campis. Augusto — Octobri.

6. *L. pyriforme Schaeff.* Peridio membranaceo, persistente, subpyriformi, umbonato-aperto, cortice innato squamulisque tenuissimis fugacibus tecto, floccorum columella conica sporidiisque virescente-luteis. Fr.

L. PYRIFORME RUPP. — SCHAEFF. *tab.* 185. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 38. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 396. — BULL. *Champ. tab.* 32. — MART. *Fl. mosq. p.* 219. — PERS. *Syn. Fung. p.* 148. — SCHUM. *Fl. Saell.* 1. *p.* 190. GREV. *Fl. scot. crypt. tab.* 304. — L. OVOIDEUM BULL. *Champ. tab.* 435. *fig.* 3.

In campis, locis graminosis pinguioribus et in truncis putrescentibus uberrime. Augusto — Novembri.

*Observ.* LYCOPERDON NITIDULUM SOBOL. *Fl. pet. p.* 320. *est:* AETHALIUM SEPTICUM *a flavum* FR. *et* L. GREGARIUM *ibid. est* CALYCIUM LENTICULARE FR. (*secundum synonyma citata*).

Digitized by Google

## XVII. TULOSTOMA Pers. *ex emend.*

Lycoperdon Mich. *gen. p.* 218. (*Observ.*). — Tulostoma Pers. *Syn. Fung. p.* 139. — Nees *Syst. p.* 137. — Fr. *Syst. myc.* III. *p.* 41. — *Syst. Orb. veg.* I. *p.* 139. — Tulostoma Spreng. — Wallr. *Fl. germ.* IV. *p.* 398.

Peridium duplex, exterius connatum, in pulverem secedens, interius membranaceum, ostiolo marginato dehiscens. Sporidia floccis inspersa. Fr.

1. *T. mammosum Fr.* Stipite sursum attenuato, subsquamoso, sulcato, fistuloso; peridio globoso, albicante, ore prominente, mammoso, integro.

T. mammosum Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 42. — T. brumale DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 269. — Nees *Syst. tab.* 12. *fig.* 130. Fl. Dan. *tab.* 1740. *fig.* 1. (*minus bene*). — Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 340. — Tulostoma mammosum Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 399. — Lycoperdon mammosum *etc.* Mich. *gen. p.* 217. *nro.* 10. — L. pedunculatum Linn. *suec. nro.* 1276. — Bull. *Champ. tab.* 294. *et tab.* 471. *fig.* 2. (*bene!*).

En descriptionem speciminum, quae in Museo Acad. Imper. Petrop., a beato Güldenstaedt lecta, vidi. — Stipes 1½′ longus, infra peridium 2″, ad basin 3—4″ crassus, subsquamosus l. totus nudus, exacte fistulosus et fere striato-sulcatus. Peridium globosum, 4 — 6″ crassum, sordide albescens, pulveraceum. Os mi-

nutum, haud fimbriatum. Sporidia laete ferruginea. Filum centrale in stipitis cavitate etiam vidi.

In campis siccis depressis ad fluvium Donez prope urbem *Bielgorod* legit 5. Octob. an. 1774. beat. Güldenstaedt.

*Genus inquirendum.*

*Char.* Peridium discretum, nudum, basi dehiscens. Sporidia floccis nullis intertexta. Stipes (subinde bifidus), elongatus, fibrosus. Fr. *Syst. myc. III. p.* 65.

1. Mucor decumanus Pall. *Russ. Reis.* 1. *p.* 540. *tab. H. fig.* 2.

„Solitarius, erectus. Stipes bipollicaris et ultra, rarius bifidus, albus, pubescens, basi saepe pennae minoris crassitie, extremus attenuatus, laeviusculus, maturitate contorquendus. Substantia stipitis intus fibrosa, tenacissima. Capitula (passim gemina) ovata, acutiuscula, mole seminis Lithospermi, livida, matura circa stipitem dehiscentia" Pallas l. c.

In nemoribus suffocatis et specuum subterraneorum humo vegetabili (Pallas).

Denique exacte inquirendus est memorabilis ille fungus, de quo mentionem fecit Pallasius sub nomine: Agaricus radicosus (Pall. *Russ. Reis.* 2. *p.* 744. *tab.* 4. *fig.* 3. — „Stipes longissimus, ad ⅔ in arena latens, scariosus, substantiae spongiosae, tenerae. Pilei discus tenuis, planus, subtus lamellis plane destitutus,

quae margine enascuntur et radii instar sparguntur, in sicco nigrae, quum reliqua substantia cinerascenti-albida". PALLAS *l. c.* (Simillimus *Batarreae*; sed potius *Ascroës* analogon. FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 8.).

In pinetis sabulosis ad Irtim (PALLAS).

Subtrib. III. PHYSAREI. Peridium primo pulposum, dein papyraceum l. crustosum, persistens, rumpens. Sporidia coacervata, floccis paucis vage intertexta. Fr.

## XVIII. LYCOGALA Mich.

LYCOGALACTIS *spec.* MICH. *gen. p.* 216. — MUCORIS *spec.* SCHAEFF. — LYCOPERDON BULL. *Champ. p.* 145. — LYCOGALA (*et* LICEAE) *spec.* PERS. *Syn. Fung. p.* 157. 159. — LYCOGALA FR. *Syst. myc. III. p.* 79. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 140. — DC. *Fl. fr. II. p.* 261. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 389.

Peridium determinatum, e duplici membrana compositum, papyraceum, persistens, apice determinate dehiscens, extus subverrucosum. Flocci peridio undique adnati, teneri, vagi. — Sessilia, regularia, rotundata, sporidiis coloratis (non fuliginosis). Fr.

Digitized by Google

a. Verrucis persistentibus scabra.

1. *L epidendrum Fr.* Sparsum, globosum l. confertum et varie formatum, e sanguineo fuscescens, punctato-scabrum, ore irregulariter lacerato; sporidiis expallentibus.

Lycogala epidendrum Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 80. — Lycoperdon epidendron Linn. *suec.* *nro.* 1279. — Fl. Dan. *tab.* 720. — Bull. *Champ. p.* 145. *tab.* 503. Buxb. *Cent.* 5. *p.* 15. *tab.* 29. *fig.* 2. — Sobol. *Fl. pet. p.* 319. — Lycogala globosum *etc.* Mich. *gen. p.* 216. *tab.* 95. *fig.* 5. — Lycoperdon pisiforme Linn. *Syst. veg.* — Jacq. *Miscell. aust.* 1. *p.* 137. *tab.* 7. *fig. infra.* — Mucor. fragiformis Schaeff. *tab.* 193. — Lycogola miniatum Pers. *Syn. Fung. p.* 158. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 390. — Nees *Syst. tab.* 8. *fig..* 97 *et* L. punctatum *ib. fig.* 96. — *Diction. des scienc. naturell. Cah.* 39. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 261. — Mart. *Fl. mosq. p.* 219. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 192. *et* L. ferruginea *ib.* — Fl. Dan. *tab.* 2086. *fig.* 2. — Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 38.

In lignis variis carie consumtis atque saepe muscis obductis, frequens. Prope Mosquam (Martius). In Rossia minore (Bongard). Julio — Septemb.

2. *L. parietinum Fr.* Hemisphaericum punctatum, coerulescenti-nigrum, lacero-dehiscens; sporidiis flavis, Fr.

L. parietinum Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 83. — Licea bicolor Pers. *Syn. Fung. p.* 195. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 107. — Libosch. *in Mém. de la société des Natural. de Moscou Tom.* 5. *p.* 83. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 391.

Digitized by Google

In nonnullis Imperii Ruthenici provinciis (Libosch.).

b. Verrucis fugacibus aut nullis. Desciscentia.

3. *L. terrestre Fr.* Aggregatum l. solitarium, rotundatum, laeve, nitens, carneum l. fuscescens, irregulariter dehiscens; sporidiis carneis.

L. terrestre Fr. *myc.* 3. *p.* 83. — Mich. *gen. p.* 216. *tab.* 95. *fig.* 5.

Utplurimum dense aggregatum, sed etiam solitarium vidi. Peridia, quae valde approximata, saepe varie formata sunt.

Semel, sed pulchra et completa exemplaria legi an. 1832 in locis arenosis subhumidis. Augusto.

## *XIX. DIDYMIUM Schrad. *ex emend.*

Physari *species* Pers. *Syn. Fung. p.* 168. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 90. — Reticulariae *spec.* Bull. *Champ.* — Didymium Fr. *Syst. myc. III. p.* 113. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 140. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 364.

Peridium membranaceum, tenue, irregulariter dehiscens aut fatiscens, tectum cortice (peridio externo non discreto) adnato, in squamulas furfuraceas aut villum farinosum mox fatiscente. Flocci vagi, peridio adnati

inter sporidia serpentes. — Subdeterminata, colore albo-cinerascente, sporidiis fuligineo-atris. Columella saepius praesens. Fr.

Trib. I. STIPITATA. Peridium stipite distincto, erecto, firmulo suffultum. Columella saepissime praesens. Fr.

a. Claviformes; peridiis hemisphaericis aut lentiformibus subtus explanatis excavatisque.

1. *D. melanopus Fr.* Gregarium; peridio orbiculari, depresso, erecto, tenue farinaceo, subtus plano-umbilicato, griseo; stipite firmo, laevi, subulato columellaque nigris; sporidiis fusco-fuliginosis.

D. MELANOPUS FR. *Syst.* 5. *p.* 114. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 369.

*β. Clavus Alb. et Schw.* Peridio orbiculari depresso, erecto, cinereo-pulverulento, subtus concavo, nigro; stipite firmulo, substriato, nigro.

Hab. a. in quisquiliis in sylvis prope Pawlowsk, semel; *β.* in ramulo quodam dejecto. Julio, Augusto.

2. *D. hemisphaericum Fr.* Gregarium l. sparsum; peridio hemisphaerico, depresso, erecto, albido-velato, subtus plano-umbilicato; stipite brevi, albo, substriato, basi incrassato; columella obsoleta; sporidiis nigro-fuligineis.

D. HEMISPHAERICUM FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 115. — RETICULARIA HEMISPHAERICA BULL. *Champ. p.* 93. *tab.* 446. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 258. — PHYSARUM DE-

Digitized by Google

PRESSUM SCHUM. *Saell.* 2. *p.* 202. — FL. DAN. *tab.* 1972. *fig.* 2. (*bene!*). — D. HEMISPHAERICUM WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 369.

Ad folia dejecta *Betulae albae* et ad stipulas aliquoties. Julio, Augusto.

3. *D. terrestre Fr.* Gregarium; peridio hemisphaerico l. lenticulari, erecto, albido-cinerascente, subtus plano-umbilicato; stipite gracili, sursum parum attenuato, albido, glabro; columella nulla; sporidiis fusco-fuliginosis.

D. TERRESTRE FR. *in lit.*

Stipes junior albus, dein albido-fuscescens, tenuis, exsiccatus subsulcatus, 1″ et parum ultra longus. Peridium demum subcernuum, subtiliter squamulosum. Flocci fusci, nitiduli. Columellam videre non contegit.

Ad terram nudam in declivibus alnetorum prope Paeselowam semel. Augusto.

4. *D. furfuraceum Fr.* Gregarium; peridio globoso-depresso, cernuo, albido, villoso-flocculoso, subtus umbilicato; stipite aequali, laevi, gracili, albido; sporidiis nigricantibus.

D. FURFURACEUM FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 116. — FL. DAN. *tab.* 2092. *fig.* 2. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 369. — PHYSARUM FURFURACEUM SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 369.

In lignis putridis aliquoties. Aug. Sept.

5. *D. tigrinum Schrad.* Gregarium; peridio lenticulari, demum nigrescente, subtus umbilicato, erecto, squamu-

Digitized by Google

lis furfuraceis nitentibus, flavo-virentibus ornato; stipite sursum parum attenuato, crassiusculo, lutescente; columella fusca; sporidiis nigro-fuliginosis.

D. TIGRINUM SCHRAD. — FR. *Syst. myc.* 4. *p.* 117. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 369. — FL. DAN. *tab.* 1434. *fig.* 2. (*cum nostro satis bene convenit*). — PHYSARUM TIGRINUM PERS. *Syn. Fung. p.* 174. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 96.

Membranula ad stipitum basin late expansa et exacte eorum coloris est.

Ad ligna pinea exesa; semel. Septembri.

6. ***D.*** *squamulosum* ***Fr.*** Gregarium, peridio globoso-depresso, dense cinereo-squamuloso, subtus umbilicato, cinereo, stipite brevi, laevi, albo l. nullo; columella crassiuscula floccisque candidis; sporidiis fusco-nigris.

D. SQUAMULOSUS FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 218. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 368. — DIDERMA SQUAMULOSUM ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 88. *tab.* 4. *fig.* 5.

Ad partes plantarum tam viventium quam emortuarum, raro. Aestate.

b. Peridiis subrotundis.

* Stipite leviter striato sursum attenuato, fusco-nigrescente.

7. ***D.*** *farinaceum* ***Schrad.*** Gregarium sparsumque, firmulum; peridio subrotundo l. depresso, tenuissimo, nigrescente-cinereo, flocculoso-farinaceo; stipite brevi sporidiisque fusco-nigris.

D. FARINACEUM *a*. FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 119. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 367. — FL. DAN. *tab.* 2094. — PHYSARUM FARINACEUM PERS. *Syn. Fung. p.* 174. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 96. — PHYSARUM GLOBOSUM SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 200.

In foliis, stipulis, lignis putridis, conis dejectis, muscis, passim. Julio — Septemb.

** stipite longiore, subulato, laevi, nigro. Fr. l. c.

8. *D. nigripes Fr.* Subgregarium; peridio globoso, subtus leviter umbilicato, e pruina tenui griseo; stipite longiusculo, tenui, gracili, laevi, nigro; columella obsoleta; floccis sporidiisque fuliginosis.

D. NIGRIPES FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 119. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 367. — PHYSARUM NIGRIPES LINK *diss.* 1. *p.* 27. (*ex* FR. *et* WALLR. *l. c.*).

Ad. ramulos dejectos pineos graciliores et in muscis emortuis, raro. Aug. Septemb.

9. *D. herbarum Fr.* Gregarium l. confluens, gracile; peridio subgloboso, griseo, albido-pruinoso; stipite aequali l. basi dilatato, candido; columella alba; floccis latentibus; sporidiis nigricantibus.

D. HERBARUM FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 121. — WALLR. *Fl germ.* 4. *p.* 366. — LICEA STIPITATA DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 161. (*excluso synon.*).

Ad surculos vivos *Hypni cuspidati* LINN. per raro. Aestate.

**19.** *D. leucopus Fr.* Gregarium l. sparsum; peridio globoso, dense subsquamuloso-farinaceo, albo; stipite brevi, aequali, candido, subintrante, intus massa grumosa, atra referto.

D. LEUCOPUS FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 121. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 366. — PHYSARUM LEUCOPUS LINK *diss.* 1. *p.* 27. (*ex* FR. *et* WALLR. *l. c.*).

Minuta, sed eximie pulchella species! Capitulum exacte observatum infra parum umbilicatum. Stipes vix ½″ (rarius ultra) longus, strictus, firmulus.

Primo in foliis atque ramulis dejectis, dein in terra nigra, subarenosa legi. Aestate.

c. Peridio subturbinato.

**11.** *D. nanum Fr.* Gregarium l. sparsum; peridio globoso l. turbinato, firmulo, dense albo-floccoso-farinaceo, papilla centrali l. laterali, nigra; stipite brevi l. nullo, aequali, nigro; floccis albis; sporidiis fusco-nigricantibus.

D. NANUM FR. *in lit.*

Gregarium, interdum 3—4′ individua confluunt. Totus fungillus vix ½″ l. parum ultra altus, breve stipitatus l. totus fere sessilis. Columellam non vidi.

In foliis et ramulis dejectis provenit haec pulchella species. Aestate.

**12.** *D. Weinmanni Fr.* Gregarium l. seriatim nascens; peridio turbinato, fragillimo, cinereo-farinaceo; stipite



Digitized by Google

brevi, laevi, luteo; columella nulla; sporidiis nigricantibus. Fr.

D. Weinmanni Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 121.

Supra caules vivos herbarum. Julio. (Exemplaria, quae ante aliquot annos legi, nescio quo fato, perdidi; quare definitionem Cl. Friesii tantum citavi).

Trib. II. BOTRYOSA. Columella nulla. Stipites spurii, submembranacei, parum evoluti, coalescentes.

13. *D. spumarioides Fr.* Congestum, stipitibus complanatis, membranaceis, botryoso-ramosis, hyalinis; peridiis rotundatis, difformibus lobatisque albo-pulverulentis, sporidiis atris. Fr.

D. spumarioides Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 121.

Ad ramulos et folia dejecta pluries legi. Julio, Augusto.

14. *D. fulvipes Fr.* Gregarium; stipitibus subconfluentibus, complanatis, sulcato-rugosis, inaequalibus, miniato-fulvis; peridiis globosis, nigricantibus, griseo-villosis; columella nulla, floccis fuscis; sporidiis fuliginosis.

D. fulvipes Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 122.

Ad corticem dejectum *Betulae albae* semel. Augusto.

Trib. III. SESSILIA. Columella praesens. Stipes obsoletus aut nullus.

15. *D. lobatum Nees.* Gregarium l. confluens; peridio subrotundo varíove, sublobato, nigro, albido-furfuraceo;

Digitized by Google

columella depressa l. varia; floccis sporidiisque nigrofuscis.

D. LOBATUM NEES *Syst. p.* 112. *tab.* 9. *fig.* 104. — FR. *Syst. myc.* 3. 123. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 366. — PHYSARUM CINEREUM *γ. obovatum* ALB. *et* SCHW. *Consp. fung. p.* 92. — PHYSARUM CINERASCENS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 199. — RETICULARIA NIGRA BULL. *Champ. p.* 9. *tab.* 446. *fig.* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p,* 259.

Ad caules vivos et emortuos *Polytrichorum* raro. Augusto.

16. *D. crustaceum Fr.* Crustaceo-confluens, longe lateque effusum, sessile; peridiis membranaceis, albido-cinereis, furfuraceis; columella cylindrica obsoletave; floccis sporidiisque fuliginoso-atris.

D. CRUSTACEUM FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 124. — SPUMARIA PHYSAROIDES DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 101. (*exclusis synon.*).

Ad ramos et ramulos foliaque decidua aliquoties. Aestate.

17. *D. effusum Fr.* Confluente-effusum l. rotundatum, applanato-sessile; peridiis tenuibus, membranaceis, cinereo-glaucis, flocculoso-pruinosis; columella floccisque albis: sporidiis fuligineo-atris.

D. EFFUSUM FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 124. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 365. — DIDERMA EFFUSUM LINK *diss.* 2. *p.* 42. (*ex* FR. *et* WALLR. *l. l. c. c.*).

Ad folia dejecta betuligna raro. Augusto, Septemb.

18. *D. complanatum Schrad.* Gregarium, varium; peridiis tenuibus, membranaceis, applanato-sessilibus, coerulescenti-cinereis; columella depressa, rufescente-ochracea; floccis adnatis; sporidiis fuliginoso-atris.

Digitized by Google

D. COMPLANATUM SCHRAD. *nov. gen. p.* 24. *tab.* 5. *fig.* 5. (*ex* FR. *et* WALLR. *l. l. c. c.*). — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 125. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p* 365. — DIDERMA COMPLANATUM PERS. *Syn. Fung. p.* 168.

Ad folia delapsa betuligna semel tantum pauca specimina inveni. Septemb.

Trib. IV. ADNATA. Columella nulla. Peridia adnata, basi applanata.

19. ***D. physaroides* Fr.** Confertum; peridiis subrotundo-irregularibus, nigris, albido-pulveraceis; columella nulla; sporidiis conglobatis, nigrescentibus.

D. PHYSAROIDES FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 125. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 365. — SPUMARIA PHYSAROIDES PERS. *Syn. Fung. p.* 163. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 87.

Ad truncos putridos *Populi Tremulae*, conos, folia dejecta et muscos frequens. Julio — Septemb.

20. ***D. cinereum* Fr.** Gregarium adnatum; peridiis subglobosis l. varie curvatis, tenerrimis, albidis, furfure caesio-cinereo obductis; floccis undique adnatis, albis, reticulatis; sporidiis atris.

D. CINEREUM FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 126. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 364. — PHYSARUM CINEREUM PERS. *Syn. Fung. p.* 170. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 72. (*exclusa var.* γ.) — NEES *Syst. tab.* 9. *fig.* 107. — HOLL *et* SCHMIDT *Fung. exsic. fasc.* 2. *nro.* 38. — LYCOPERDON CINEREUM BATSCH *Elench. Fung. p.* 129. *tab.* 29. *fig.* 169.

Digitized by Google

b. peridiis diffuso-applanatis.

Fr. *l. c.* — Batsch *l. c. fig.* 170.

c. epiphyllum; minus, gracilius.

Hab. a et b. ad ligna et cortices putrescentes; c. in foliis tam viventibus, quam emortuis atque in muscis. Aestate, Autumno.

21. *D. serpula Fr.* Subconfertum, applanatum, flexuosum; peridiis plumbeis, albido-furfuraceis; sporidiis compactis, atris.

D. Serpula Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 126. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 364.

Pauca exempla tantum observavi in cortice putrescente *Populi Tremulae* ad montem Duderhov. Initio Octob. an. 1832.

## XX. PHYSARUM Pers. *ex emend.*

Sphaerocarpi *species* Bull. — Physari *species* Pers. Nees *Syst. p.* 113. — Fries *Syst. myc. III. p.* 127. *Syst. Orb. veg. I. p.* 140. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 348.

Peridium simplex, membranaceum, tenerrimum, nudum, glaberrimum, irregulariter dehiscens. Columella nulla. Sporidia laxa, floccis peridio adnatis intertexta. De-

Digitized by Google

terminata, subregularia, varie colorata, sporidiis nigris, fuliginosis. Fr.

Trib. I. STIPITATA. Peridium stipite subdiscreto a basi erecto suffultum. Flocci basin versus praecipue adnati.

1. *Ph. nutans Pers.* Peridio lenticulari, subtus (plane-) umbilicato, laevi, demum subsquamuloso, cernuo; stipite subulato, laevi, albido-fuscescente; floccis tenerrimis, albidis; sporidiis fuliginoso-nigris. Fr.

a. cinereum; peridiis albido-cinerascentibus.

Ph. nutans Pers. *Syn. Fung. p.* 203. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 93. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 128. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 356. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 203. — Fl. Dan. *tab.* 2096. *fig.* 1. — Sphaerocarpus albus Bull. *Champ. p.* 137. *tab.* 407. *fig.* 3. Trichia alba DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 252. — Mucor albus Sobol. *Fl. pet. p.* 324.

In lignis carie-consumtis, foliis dejectis et in muscis emortuis; copiose. Aestate, Autumno.

2. *Ph. aureum Pers.* Peridio globoso, subtus umbilicato, cernuo, aureo, demum frustulatim rupto; stipite firmiori, sursum paulo attenuato, striato; floccis chalybeis; sporidiis atro-fuscis.

Ph. aureum Pers. *Syn. Fung. p.* 173. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 356. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 94. Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 129. — Fl. Dan. *tab.* 2096.

Digitized by Google

*fig.* 2. — Ph. nutans γ. *aureum* Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 129. — Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 124.

In truncis exesis bis legi ad montem Duderhov. Augusto.

3. *Ph. albipes Fr.* Gregarium: peridio subgloboso, subtus planiusculo, verruculoso, griseo, subcernuo; stipite attenuato, laevi, albido, subconfluente; floccis fuscis; sporidiis nigro-fuliginosis. Fr.

Ph. albipes Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 130. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 356.

In cortice vetusto *Populi Tremulae* semel. Septemb.

4. *Ph. compressum Alb. et Schw.* Gregarium; peridio circulari, compresso, subumbilicato, bivalvi, cinereo; stipite basi dilatato, sursum attenuato, firmo, fusco; floccis albis; sporidiis fusco-nigricantibus.

Ph. compressum Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 97. (*in observat. ad* Ph. Clavum *ejusdem Auct.*). — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 130. (*in adnotat. ad* Ph. cernuum).

Ad stipulas *Coryphae minoris* Jacq. et in frondibus *Pteridis serrulatae* Linn. in caldariis nostris semel pulchra exempla observavi. Augusto.

5. *Ph. striatum c. aurantiacum Pers.* Gregarium; peridio globoso, depresso, subtus umbilicato, aurantiaco, subnitente; stipite firmulo, stricto l. flexuoso, substriato, sursum parum attenuato, fusco; floccis sporidiisque fusconigris.

Ph. striatum *c. aurantiacum* Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 131. — Ph. aurantiacum Pers. *Syn. Fung. p.* 173. — Sphae-

ROCARPUS AURANTIACUS BULL. *Champ. tab.* 484. *fig.* 2.
TRICHIA AURANTIACA DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 233.

Ad ligna dejecta putrescentia semel. Augusto.

b. Peridio sphaerico, haud umbilicato.

6. ***Ph. ramentaceum Fr.*** Gregarium l. confluens; peridio globoso l. obovato, erecto, verruculoso, caesio-cinereo; stipite simplici l. basi confluente-ramuloso, crassiusculo, albo, floccis albis; sporidiis conglobatis, atris.

PH. RAMENTACEUM FR. *in lit.*

Hypothalus albus, crassiusculus, utplurimum cum stipitibus confluens. Peridium tenue, membranaceum, ad basin frustulatim persistens, junius candidum, dein caesio-cinereum, globosum l. potius obovatum, in stipitem fere desinens. Stipes variabilis; est nempe: aequalis aut sursum parum attenuatus, mox teres, mox subcompressus, subsulcato-reticulatus, ceterum brevis et firmus. Columellam non vidi.

Ad corticem vetustum rimosum apprime *Populi Tremulae* et *Salicis Capreae* haud infrequens. Augusto, Septembri.

7. ***Ph. subulatum Schum.*** Gregarium l. sparsum; peridio sphaerico, primo rubro, dein atrofusco, demum caesio, subcernuo, minutissime squamuloso; stipite gracili, subulato, basi fuscescente, apice flavescente; floccis sporidiisque fusco-atris.

PH. SUBULATUM SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 201. — FL. DAN. *tab.* 2095. *fig.* 1. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 133. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 354.

Ad ramum dejectum *Alni incanae* Willd. semel tantum. Autumno.

8. *Ph. psittacinum β. chloranthum Fr.* Gregarium; peridio globoso, erecto, flavo-viridi; stipite sursum paulo attenuato, gracili, fulvo; sporidiis fusco-atris.

Ph. psittacinum *β. chloranthum* Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 134.

Ad lignum decorticatum putridum dejectum semel an. 1832. in sylvis umbrosis legi. Septembri.

9. *Ph. sulphureum Alb. et Schw.* Subgregarium; peridio sphaerico, subsquamuloso, rugoso, viride-sulphureo, erecto; stipite brevi, firmo, conico, albo; floccis flavis; sporidiis fusco-nigris.

Ph. sulphureum Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 93. *tab.* 6. *fig.* 1. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 134. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 353.

Ad stipulas dejectas in sylvis perraro. Augusto.

10. *Ph. columbinum Pers.* Gregarium, elegans, firmulum; peridio globoso, subtiliter ruguloso, violaceo-chalybeo, nitente, aequali, nigro; sporidiis atropurpureis.

P. columbinum Pers. *Syn. Fung. p.* 173. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 136. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 353.

Ad surculos *Hypnorum* aliquoties hanc pulchellam speciem aestate legi.



Digitized by Google

Trib. II. BOTRYOIDEA. Stipes ab hypothallo non semper explicatus, quare nunc sessilia sunt, nunc stipite flaccido, tenerrimo, submembranaceo, subdecumbente suffulta. Peridia tenerrima, simplicissima, laevia, intus floccis undique adnatis subreticulata. Fr.

11. *Ph. hyalinum Pers.* Fasciculatum, gracile; peridio globoso, tenerrimo, albido, subpellucente; stipitibus fascicularibus, flaccidis, adscendentibus, rufescentibus; floccis albis, sporidiis atris.

Ph. hyalinum Pers. *Syn. Fung. p.* 170. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 204. — Fl. Dan. *tab.* 2093. *fig.* 1.

Primo in cortice vetusto *Populi Tremulae*, deinde in virgultis putrescentibus pulchra atque completa exemplaria legi. Julio, Augusto.

12. *Ph. utriculare Fr.* Congestum, gracile, perelegans; peridio oblongo l. obovato, inflato, gracillimo, violaceo-lilacino, evacuato candicante; stipitibus decumbentibus, subadnatis, flaccidis, flavescentibus; floccis albis; sporidiis nigris.

Ph. urticulare Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 139. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 351. — Ph. hyalinum *β. chalybeum* Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 92. — Sphaerocarpus utricularis Bull. *Champ. tab.* 417. *fig.* 1. (*nostrum est pulchrius coloratum et stipites longiores sunt*).

In cortice vetusto *Betulae albae* raro. Majo.

Trib. III. SESSILIA. Peridia prorsus sessilia, globosa aut rotundata, regularia, eumorpha, saepius stipata conglomerataque, sed plura numquam confluendo in unum abeunt, licet substantia tenerrima. Fr.

13. *Ph. thejoteum Fr.* Confertum minimum, flavum; peridiis ovato-globosis l. suboblongis, squamulosis; floccis flavis; sporidiis purpureo-fuscis.

Ph. thejoteum Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 142. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 351.

Semel tantum in foliis dejectis *Betulae albae.* Augusto.

14. *Ph. conglobatum Dittm.* Confertum l. gregarium; peridiis sessilibus, globosis, parvis, griseis; floccis sporidiisque fuliginosis.

Ph. conglobatum Dittm. *in Sturm Fl. germ.* 3. *tab.* 140 (*ex* Fr. *et* Wall.). — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 142. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 350.

In ligno dejecto exeso in sylvis ad Tosnam semel. Exeunte Septembri.

15. *Ph. fulvum Fr.* Gregarium, perpulchrum: peridiis globosis, sessilibus, costato-rugosis, rubiginoso-fulvis, squamuloso-dehiscentibus; floccis sublatentibus; sporidiisque compactis, nigricantibus.

Ph. fulvum Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 143.

Ad surculos *Hypnorum* majorum adhuc viventium aliquoties. Aestate.

Digitized by Google

16. *Ph. Licea Fr.* Gregarium; peridio sessili, rotundato-hemisphaerico, castaneo, nitido; floccis nullis; sporidiis fusco-atris. Fr.

Ph. Licea Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 143. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 350. — Licea pusilla Schrad. *nov. gen. p.* 19. *tab.* 6. *fig.* 4. (*ex* Fr. Pers. *et* Wallr.). — Pers. *Syn. Fung. p.* 196. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 108. — Liboschitz *in Mém. de la sociét. des naturall. de Moscou, Tom.* 5, *p.* 83.

In nonnullis Imperii ruthenici provinciis (Libosch. l. c.).

Trib. IV. ADNATA. Peridia subeffusa variave, basi applanata, adnata, irregularia, facillime confluentia. Fr.

17. *Ph. sinuosum Fr.* Peridiis compressis, elongato-flexuosis l. denticulatim conjunctis, candidis, demum albo-cinerascentibus, membranaceis, venuloso-rugulosis, labiatim dehiscentibus; floccis capillaribus albis, reticulatis; sporidiis atrofuscis.

Ph. sinuosum Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 145. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 349. — Ph. bivalve Pers. *Syn. Fung. p.* 169. — Reticularia sinuosa Bull. *Champ. p.* 94. *tab.* 446. *fig.* 2. (*optime*). — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 259. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 92. — Angioridium sinuosum Grev. *Fl. scot. crypt tab.* 310. (*eximie!*).

Provenit haec memorabilis atque pulchra spec. in foliis et ramis humi jacentibus, in muscis viventibus et in lignis decorticatis pineis frequens. Julio, Augusto.

Digitized by Google

18. *Ph. confluens Pers.* Gregarium; peridiis rotundatis, oblongis l. varie confluentibus, subdepressis, rigidulis, cinereo-albis; capillitio fasciculato cum sporidiis compactis fusco.

Ph. confluens Pers. *Syn. Fung. p.* 169. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 146. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 349.

Ad folia dejecta *Populi Tremulae* et in acubus *Pini sylvestris* semel. Augusto.

## XXI. DIDERMA Pers. *ex emend.*

Reticulariae *et* Sphaerocarpi *spec.* Bull. — Spumariae *et* Physari *spec.* Pers. *Syn. Fung.* — Diderma, Didymium, Leangium, Leocarpus Link *Diss. II.* (*ex* Fries). — Leangium Fr. *Syst. Orb. veg. I. p.* 141. — Diderma Fries *Syst. myc. III. p.* 96. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 370.

Peridium duplex, exterius crustaceum, discretum, glabrum, fragile, dehiscens, interius tenerrimum, membranaceum, evanescens. Flocci vagi, versus basin adnati aut saepius columellae, inter sporidia compacta serpentes; raro latentes. Fr.

### Trib. I. LEANGIUM Link. Nees. *Stipitata.*

Peridium stipite vero firmo distincto suffultum. Columella magna.

a. Peridiis lenticularibus, subtus umbilicatis.

1. *D. stellare Pers.* Gregarium, pulchellum, fusco-expallens; peridio lenticulari, subtus umbilicato, stellatim fisso, reflexo, columella subrotunda, alba l. rufescente; sporidiis nigris; stipite brevissimo, compresso, deorsum attenuato.

D. STELLARE PERS. *Syn. Fung. p.* 164. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 99. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 88. WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 377. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 1028. — LYCOPERDON RADIATUM LINN. *Spec. plant. ed.* 2. — LEANGIUM STELLARE LINK. — NEES *Syst. tab.* 9. *fig.* 109.

Ad cortices et ligna varia putrida passim. Ad surculos adhuc viventes *Hypnorum* majorum perpulchra exempla semel legi. Majo — Octob.

Trib. II. BOTRYOSA. Columella subnulla. Stipites spurii, laxi, parum evoluti, coalescentes. Fr.

2. *D. vernicosum Pers.* Gregarium l. confertum, pulchrum; peridio externo obovato, badio, nitido, fragillimo, interno luteo; columella nulla; floccis albidis; sporidiis nigricantibus; stipite capillari, laxo, varie colorato.

D. VERNICOSUM PERS. *Syn. Fung. p.* 165. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 102. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 374. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 89. — FL. DAN. *tab.* 1312. *fig.* 2. — PHYSARUM VERNICOSUM SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 206. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 1028. LEOCARPUS VERNICOSUS LINK. — NEES *Syst. tab.* 9. *fig.* 110. — GREV. *Fl. scot. crypt. tab.* 111.

Digitized by Google

Ad folia, gramina, muscos ramulosque tam viventes quam emortuos interdum uberrime. Majo, Septemb.

Trib. III. SESSILIA. Stipes nullus. Columella genuina.

3. *D. Trevelyani Fr.* Gregarium l. sparsum, fuscescens, sessile; peridio ovato, globoso, exteriori in lacinias plurimas, regulares, subreflexas dehiscente, interno obsoleto; sporidiis nigris; columella minuta, alba.

D. Trevelyani Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 105. — Leangium? Trevelyani Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 132. *optime!*

Ad ligna dejecta exesa semel. Septemb.

4. *D. globosum Pers.* Gregarium l. valde congestum, sessile; peridio exteriori candido, globoso, crustaceo, fragili; interiore cinereo; columella alba, globosa; sporidiis fuliginoso-nigris.

D. globosum Pers. *Syn. Fung. p.* 167. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 106. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 89. — Wallr. *Fl. germ. p.* 378. — Mich. *gen. tab.* 96. *fig.* 6. Reticularia sphaeroidalis *a.* Bull. *Champ. p.* 94, *tab.* 446. *fig.* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 459. — D. globosum Grev. *Fl. scot. crypt.* 122.

Ad ramulos et folia delapsa raro. Julio — Septemb.

5. *D. testaceum Pers.* Irregulariter gregarium, applanato-sessile, subrotundo-hemisphaericum; peridio exteriori primo albo, dein rufescente-carneo, interiore fuscescente-violaceo, tenuissimo; columella peridio exteriori concolori; floccis sporidiisque fuliginoso-nigris.

D. TESTACEUM PERS. *Syn. Fung.* p. 167. — FR. *Syst. myc.* 3. p. 107. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung.* p. 89. WALLR. *Fl. germ.* 4. p. 373. — RETICULARIA SPHAEROIDALIS β. BULL. *Champ.* p. 94. — DC. *Fl. fr.* 2. p. 259.

Ad folia delapsa in sylvis humidis parce. Septemb.

6. *D. chalybeum Weinm.* Sparsum, applanato-sessile, globoso-hemisphaericum l. oblongum, peridio exteriori albo, crustaceo, interiore chalybeo; columella nulla; sporidiis fuliginoso-nigris.

Sparsum, rarius gregarium, minutum, utplurimum globoso-hemisphaericum. Peridium exterius fere ut in *D. globoso*, irregulariter dehiscens, fragile, basi persistens, demum intus rufescens, interius pulchrum, nitidum, firmulum. Columella certe nulla.

Ad folia putrescentia humi jacentia *Salicis phylicaefoliae* LINN. Septemb.

Trib. III. ADNATA. Stipes nullus. Columella spuria aut nulla.

7. *D. cyanescens Fr.* Sparsum l. seriato-gregarium, sessile-adnatum, rotundatum l. varie formatum; peridio exteriori calcareo-crustaceo, interiori caesio; columella nulla; floccis sporidiisque nigro-fuscis.

D. CYANESCENS FR. *Syst. myc.* 3. p. 109. — D. DIFFORME ALB. et SCHW. *Consp. Fung.* p. 90.

Ad caules vivos *Solani tuberosi L.* et in petiolis *Dauci Carotae L.* interdum copiose. Augusto — Octobri.

Digitized by Google

8. *D. deplanatum Fr.* Gregarium l. sparsum, sessile, rotundatum, deplanatum, subinde centro depressum; peridio exteriori candido, crustaceo, interiori tenuissimo, hyalino; columella floccisque nullis, sporidiis atrofuscis.

D. DEPLANATUM FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 110. *a. Iarve.*

Ad ramulos dejectos putrescentes *Alni incanae* WILLD. semel. Aug.

9. *D. granulatum Fr.* Confertum, sessile, minutum, laeve; peridio exteriore flavo, apice dehiscente, interiori tenui, pallido, demum albido; columella nulla; sporidiis compactis, atris.

D. GRANULATUM FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 110. — FL. DAN. *tab.* 1979. *fig.* 2. — SPUMARIA GRANULATA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 196.

Ad surculos emortuos *Stellariae Holosteae L.* semel Septemb.

10. *D. flavum Fr.* Subconfertum l. sparsum, sessile, minutum; peridio exteriore globoso, ruguloso, sordide flavo, interiore tenuissimo, livido; columella nulla; floccis albis; sporidiis atris.

D. FLAVUM FR. *in lit.*

Affinis haec pulchella species *D. granulato* et *minuto*; sed differt praecipue ab antecedente: peridio non laevi, sed ruguloso, sordide flavo et interiori numquam pallido, sed semper livido et floccis albis; a *minuto*: peridio exacte globoso, non conglomerato et peridio interno.

Ad muscos supra ligna mucida repentes semel. Augusto.

11. *D. conglomeratum Fr.* Confertum, sessile, subrotundum, minutum; peridio exteriori luteo, subcrustaceo, interiori tenui, dilutiori; columella floccisque albis; sporidiis nigricantibus.

D. CONGLOMERATUM FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 111. — LYCOPERDON LUTEUM JACQ. *Miscell. aust.* 1. *p.* 138. *tab.* 8. (*nostrum tantum minus; ceterum bene congruit*).

Ad folia delapsa et ramulos tenellos *Pini abietis L.* rarissime. Augusto.

12. *D. rugulosum Weinm.* Minus congestum, sessile; peridio externo subrotundo l. oblongo, ruguloso, pallide citrino, interne firmulo, ruguloso, cinereo; columella nulla; floccis paucis albis; sporidiis atris.

Irregulariter effusus, plus minus congestum. Peridium mox globosum, mox subrotundum l. ob mutuam compressionem elongatum, junius albidum, mox pallide citrinum. Mycelium concolor, crassiusculum et saepe valde elevatum, ut peridia fere stipitata evadant.

Ad corticem vetustum *Betulae* nostrae semel. Initio Septembri.

Digitized by Google

# XXII. CRATERIUM Trentep.

ARCYRIAE *spec.* PERS. *Syn. Fung. p.* 183. — CRATERIUM TRENTEP. — NEES *Syst. p.* 125. — FR. *Syst. myc. III. p.* 148. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 141. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 357.

Peridium simplex, papyraceum, rigidum, persistens, operculo deciduo clausum. Capillitium e floccis congestum (variis) subloculosum, demum cum sporidiis erectis. Fr.

*I. Operculo e peridio circumscisso.*

1. *Cr. minutum Fr.* Gregarium, peridio erecto, pyriformi operculoque firmo, convexo, rufescente-flavo; stipite brevi, aequali, laevi, purpurascente; floccis albis; sporidiis atris.

CR. MINUTUM FR. *Syst myc.* 3. *p.* 151. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 358. — FUNGOIDES *etc. nro.* 10. MICH. *gen. tab.* 86. *fig.* 13. — SPHAEROCARPUS TURBINATUS BULL. *Champ. p.* 132. *tab.* 484. *fig.* 1. — TRICHIA TURBINATA DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 252. — ARCYRIA LEUCOCEPHALA ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 100.

Ad folia ramulosque dejectos non rarum. Julio — Septemb.

Digitized by Google

β. *aureum Fr.* Gregarium, minus; peridio erecto, campanulato stipiteque breviori aureis; operculo convexo, firmo; floccis albis; sporidiis atris.

Pauca exempla tantum in squamis strobili *Pini sylvestris* legi. Augusto.

## *II. Operculo tenuissimo, evanescente.*

2. *Cr. leucocephalum Dittm.* Gregarium pulchellum, peridio turbinato, primo badio, dein expallente lutescente, albo-pruinato; operculo semigloboso, tenuissimo, evanescente; stipite brevi, badio; floccis albis, adscendentibus; sporidiis atris.

Cr. leucocephalum Dittm. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 153. Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 337. — Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 65. — Mich. *gen. tab.* 86. *fig.* 14. — Peziza convivalis Batsch *Elench. Fung. p.* 121. — Pers. *Mycol. europ.* 1. *p.* 286. — Arcyria leucocephala Hoffm. *Fl. germ. crypt. tab.* 6. *fig.* 1. — Pers. *Syn. Fung. p.* 183. — Physarum pedunculatum Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 206. — Tlichiae aureae *affinis* Fl. Dan. *tab.* 1314. *fig.* 2. (*sed sporidia in nostris atra, nec albida*).

b. Stipite breviori.

Hab. a. in foliis dejectis, praeprimis *Betulae albae L.* passim; b. in muscis, ramulis, foliis dejectis semel. Julio — Septembri.

Digitized by Google

3. *Cr. pendulum Fr.* Gregarium minutum; peridio oblique adscendente, turbinato-cylindraceo, basi cum stipite brevi, striato confluente, badio-fulvo, ceterum albescente-pulverulento: operculo concolore evanescente; floccis granulosis, albis; sporidiis compactis, atris.

Cr. pendulum *Fr. in lit.*

Hypothallus membranaceus cum stipite confluens et concolor, rotundatus. Operculum semiglobosum, evanescens relinquit peridium membranaceum, margine lacinulatum.

Ad surculos *Hypnorum* et in quisquiliis vetustis semel. Aug.

*III. Desciscentia; operculo nullo.*

4. *Cr. deoperculatum. Fr.* Gregarium l. confertum; peridio globoso l. globoso-subcylindraceo, pertenui, griseo, ruguloso, basi subcalyculiformi firmiori, cum stipite perbrevi fulvescente, striatulo, confluente; operculo floccisque nullis; sporidiis compactis, atris.

Cr. deoperculatum Fr. *in lit.*

Physari speciem primo obtutu refert. — Peridium junius albido-griseum, pertenue, evanescens, apice more Bovistarum irregulariter dehiscens atque fuscescens. Pars peridii inferior firmior, albida l. albido-lutescens, saepe cum hypothallo confluens, frustulatim demum persistens. Stipes (quando praesens) $\frac{1}{4}$ — $\frac{3}{4}''$ longus, subinde subcompressus. — Peridia interdum confluunt.

Digitized by Google

Ad folia delapsa betuligna, surculos vivos *Hypni puri* Linn. et *H. tamariscini* Hedw. atque ramulos graciliores dejectos *Pini abietis* Linn. semel, sed copiose. Augusto exeunte.

## XXIII. PERICHAENA. Fr.

Liceae, Trichiae *etc. spec. Auctor.* — Perichaena Fr. *Spec. myc. III. p.* 190. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 141.

Peridium simplex, submembranaceum, persistens, nudum, saepe circumscissum. Flocci rari, liberi, sporidiis immixti. Fr.

1. *P. strobilina Fr.* Conferta; peridiis rotundatis l. oblongiusculis, supra planiusculis, rufo-fuscis, subcircumscissis; sporidiis compactis, sordide flavicantibus, liberis, demum expallentibus.

P. strobilina Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 190. — Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 275. — Licea strobilina Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 109. *tab.* 6. *fig.* 3. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 343. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 100. — Nees *Syst. tab.* 8. *fig.* 101. — Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 1029. — Holl *et* Schmidt. *Fung. exsic. fasc.* 1. *nro.* 11.

Ad squamas strobilorum *Pini Abietis* Linn. Per annum. In Rossia minore (Dr. Bongard).

Digitized by Google

2. **P.** *populina* **Fr.** Valde conferta; peridiis rotundato-depressis, luteo-fuscis, nitidis, circumscissis; floccis sporidiisque luteis.

P. POPULINA FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 191. — LICEA CIRCUMSCISSA PERS. *Syn. Fung. p.* 196. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 343. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 249. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 108. *a.* — SPHAEROCARPUS SESSILIS BULL. *Champ. tab.* 417. *fig.* 5. — LYCOPERDON CORTICALE BATSCH *Elench. Fung.* 1. *p.* 153. — P. POPULINA GREV.. *Fl. scot. crypt. tab.* 252.

In cortice emortuo *Populi Tremulae* LINN. aliquoties. Autum.

*β. sorbea* **Fr.** *l. c.* Subreniformis, e sordide luteo-fuscescens.

In cortice *Pyri Aucupariae* SM. semel. Septemb.

3. **P.** *abietina* **Fr.** Valde congesta; peridiis obovato-rotundatis, subcircumscissis, laevibus, badio-nigris; floccis sporidiisque flavis.

P. ABIETINA FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 191. — LICEA ABIETINA WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 343. — LICEA CIRCUMSCISSA *β.* ABIETINA ALB. *et* SCHW. *Consp Fung. p.* 108.

Ad corticem putridum abiegnum semel, sero autum.

4. **P.** *quercina* **Fr.** Congestum sparsumve, peridiis rotundatis oblongisve, parvis, luteis, nitidis, demum sublaceris; floccis sporidiisque flavis.

P. QUERCINA FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 192. — LICEA QUERCINA WALLR. *Fl. germ.* 5. *p.* 344.

Ad lignum dejectum alneum putrescentem semel. Septemb.

## XXIV. LICEA Schrad. *ex emend.*

Tubulinae, Liceae, Dermodii *spec. Auct.* — Licea Schrad. — Fr. *Syst. myc. III. p.* 139. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 142.

Peridium tenue, membranaceum, laeve, irregulariter dehiscens, Sporidia coacervata, laxa, nullis floccis intertexta. Fr.

Trib. I. TUBULINA. Peridia verticaliter elongata, stipato-connata, hypothallo juncta. Fr.

1. *L. cylindrica Fr.* Hypothallo gelatinoso, fibroso, albido, aequaliter effuso; peridiis linearibus, tenuibus, rectis, connatis, apice distinctis; sporidiis terreo-ferrugineis.

L. cylindrica Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 195. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 346. — Stemonitis ferruginea Batsch *Elench. Fung. tab.* 30. *fig.* 175. — Sphaerocarpus cylindricus Bull. *Champ. tab.* 470. *fig.* 3. (*optime!*) Tubulina cylindrica DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 249. — Tubulifera arachnoides Jacq. *Miscell. Aust.* 1. *p.* 144. *tab.* 15. Tubulifera Ceratum Fl. Dan. *tab.* 659. *fig.* 2. — Tubulina fallax *et* fragiformis Pers *Syn. Fung. p.* 198. (*ex parte*). — Dermodium fallax Nees *Syst. tab.* 8. *fig.* 103. — Tubulina fragiformis Mart. *Fl. mosq. p.* 222.

In truncis abiegnis carie consumtis passim. Julio, Augusto.

Digitized by Google

2. *L. fragiformis Nees.* Hypothallo tenuissimo, vix distincte fibroso, subirregulari; peridiis linearibus, curvatis, apice hemisphaerico-prominulis; sporidiis umbrinis.

L. FRAGIFORMIS NEES *Syst. p.* 107. *tab.* 8. *fig.* 102. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 196. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 347. — GREV. *Fl. scot. crypt. tab.* 308. — SPHAEROCARPUS FRAGIFORMIS BULL. *Champ. tab.* 384. — TUBULIFERA FRAGIFORMIS DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 250.

In lignis pineis exesis rarissime. Aestate, autumno.

Subordo IV. TRICHIACEI. Peridium primo mucilaginosum, dein membranaceum, simplex, plus minus fugax. Sporidia floccis distinctis in capillitium junctis inspersa l. excepta. Fr.

## XXIV. TRICHIA Hall.

SPHAEROCARPI *spec.* BULL. — TRICHIAE *spec.* PERS. *et* LINK. — TRICHIA FRIES *Syst. myc. III. p.* 182. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 143. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 378. — NEES *Syst. p.* 117.

Peridium simplex, membranaceum, persistens, apice irregulariter ruptum. Capillitium dense implexum, floccis versus basin adnatis, intortis, elastice sese expandentibus, sporidiis inspersis. Fr.

Trib. I. HEMIARCYRIAE. Peridium obsolete circumscissum, capillitio prominente. — Ante maturitatem rubentes, constantes, stipitatae. Sporidia globosa. Fr.

1. *Tr. rubiformis Pers.* Fasciculata; peridiis turbinato-cylindricis, chalybeis; stipitibus brevibus, confluentibus, rubiginosis, capillitio sporidiisque puniceis. Fr.

Tr. rubiformis Pers. *Syn. Fung. p.* 176. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 183. — Nees *Syst. tab.* 10. *fig.* 112. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 98. — Fl. Dan. *tab.* 1365. *fig.* 2. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 382. — Mart. *Fl. mosq. p.* 221. — Trichia cinnabarina Bull. *Champ. tab.* 502. *fig.* 1. — Lycoperdon vesparium Batsch *Elench. Fung. p.* 1. *p.* 254. *tab.* 30. *fig.* 172. — Libosch. *in Mém. de sociét. des Natural. de Moscou Tom.* 5. *p.* 82.

In truncis putridissimis parce. — Prope Mosquam (Martius). — In variis Imperii ruthenici provinciis (Libosch.). — In Rossia minore (Dr. Bongard). — Aestate.

2. *Tr. pyriformis Hoffm.* Subfasciculata; peridiis turbinato-pyriformibus, atro-rubentibus; stipitibus subelongatis, fulvis; capillitio sporidiisque crocato-fulvis. Fr.

Tr. pyriformis Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 184. — Hoffm. *veg. crypt. fasc.* 2. *p.* 1. *tab.* 1. *fig.* 1. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 381. — Trichia Botrytis *a* Pers. *Syn. Fung. p.* 176. — Libosch. *l. c.* — Lycoperdon bombacinum Batsch *Elench. Fung. p.* 153.

In truncis vetustis cariosis raro. Augusto, Septemb. — In variis Imp. ruthen. provinciis (Libosch.). — In Rossia minore (Dr. Bongard).

5. *Tr. fallax Pers.* Gregaria; peridio turbinato, e miniato argillaceo, inferne cum stipite plicato; capillitio sporidiisque obscure ochraceis. Fr.

Tr. fallax Pers. *Syn. Fung. p.* 177. *a.* — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 185. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 251. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 209. — Nees *Syst. tab.* 10. *fig.* 113. Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 381. — Sphaerocarpus ficoides Bull. *Champ. p.* 129. *tab.* 417. *fig.* 2. — Libosch. *l. c.*

Ad truncos putridos frequens. Augusto — Octobri. In Rossia minore (Bongard).

4. *Tr. clavata Pers.* Gregaria; peridio obovato, flavo, nitente, laevi, stipite rugoso, subconcolori; capillitio sporidiisque ochraceis. Fr.

Tr. clavata Pers. *Syn. Fung. p.* 178. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 186. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 101. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 380. — Tr. citrina Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 209.

*β. cerina Dittm.* peridio subolivaceo, longe stipitato.

Dittm. *Fl. l. c.* — Wallr. *l. c.*

Ad corticem dejectum vetustum bis legi. — Ambae var. etiam in Rossia minore a Cl. Dr. Bongard lectae sunt (Herb. Acad. Imp. Petrop.).

Trib. II. GONIOSPORA. Peridium irregulariter ruptum, capillitio laxiori. — E colore albo mox in flavum mutantur, stipite nullo aut accidentali. Sporidia obsolete angulata, flavidiora. Fr.

5. *Tr. nigripes Pers.* Gregaria; peridiis versiformibus, laevibus, lutescentibus; stipite brevissimo, nigrescente; capillitio sporidiisque luteo-ochraceis. Fr.

Tr. nigripes Pers. *Syn. Fung. p.* 178. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 386. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 380. — Tr. cylindrica Pers. *Icon. et descript. Fung. fasc.* 2. *p.* 51. Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 207. — Fl. Dan. *tab.* 1313. *fig.* 2. — Tr. elongata Schum. *l. c.* — Tr. pyriformis DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 251. — Sphaerocarpus pyriformis Bull. *Champ. tab.* 417. *fig.* 2.

Semel legi in ligno exeso dejecto *Salicis fragilis* Linn. Septemb.

6. *Tr. turbinata Withg.* Congesta l. gregaria; peridiis oblongo-obovatis, sessilibus, laevibus, ochraceo-alutaceis; capillitio sporidiisque ochraceis. Fr.

Tr. turbinata Withg. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 187. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 379. — Tr. ovata Pers. *Syn. Fung. p.* 180. — Fl. Dan. *tab.* 1313. *fig.* 1. — Mart. *Fl. mosq. p.* 221. — Clathrus turbinatus Huds. — Bolt. *Fung. tab.* 94. *fig.* 3.

b. *olivacea* Pers. *l. c.* — Fr. *l. c.*

In lignis putridissimis dejectis raro. Augusto, Septemb. — Prope Mosquam (Martius). — In Rossia minore (Dr. Bongard).

7. *Tr. chrysosperma DC.* Congesta; peridiis rotundatis, subsessilibus, luteo-cinnamomeis; capillitio sporidiisque ochraceo-aureis. Fr.

Tr. chrysosperma DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 250. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 187. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 379. — Tr. nitens Pers. *Syn. Fung. p.* 180. *a.* — Lycoperdon favogineum Batsch *Elench. Fung.* 1. *p.* 157. *tab.* 30. *fig.* 173. — Trichia favoginea Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 207. — Sphaerocarpus chrysospermus Bull. *Champ. p.* 131. *tab.* 417. *fig.* 4.

b. *olivacea*; sporidiis aureis.

Trichia olivacea Pers. *l. c.*

Ad ligna cariosa in sylvis humidis. Aestate, Autumno. — In Rossia minore (Dr. Bongard).

8. *Tr. varia Pers.* Sparsa; peridiis subrotundis reniformibusque flavescentibus; capillitio sporidiisque ochraceis. Fr.

Tr. varia Pers. *Syn. Fung. p.* 181. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 100. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 379. Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 188. — Libosch. *in Mém. de la sociét. des Natural. de Moscou Tom.* 5. *p.* 82. — Mucor granulatus Schaeff. *tab.* 296. — Lycoperdon vesiculosum Batsch *Elench. Fung. tab.* 29. *fig.* 171. — Lycogala luteum, *omnium minimum, reniforme* Mich. *gen. p.* 216. *tab.* 95. *fig.* 2. — Stemonitis vesiculosa Sobol. *Fl. pet. p.* 322.

Ad corticem dejectum *Alni incanae* et in truncis putridis. In Rossia minore (Dr. Bongard).

9. *Tr. serpula Pers.* Peridiis venoso-serpentibus, flexuosis reticulatisque flavis; capillitio sporidiisque concoloribus. Fr.

Tr. serpula Pers. *Syn. Fung. p.* 181. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 100. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 378. Tr. venosa Schum. *Fl. Saell*. 2. *p.* 207. — Lycoperdon lumbricale Batsch *Elench. Fung. p.* 259. *tab.* 300. *fig.* 174.

b. *Tr. reticulata Pers.* Peridiis longe lateque expansis varie reticulatis.

T. reticulata Pers. *Syn. Fung. p.* 182. — Fr. *l. c.* — Wallr. *l. c.* — Nees *Syst. tab.* 10. *fig.* 111. — *Icon. et descr. Fung. fasc.* 2. *p.* 46. *tab.* 12. *fig.* 1. — Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 266.

Hab. a. in cortice vetusto Salicum in caldariis nostris semel; b. in lignis pineis vetustis in caldariis in Rossia minore observavit Dr. Bongard. — Autumno.

## XXVI. ARCYRIA Pers.

Clathroides Mich. *gen. p.* 214. — Clathri *spec.* Linn. — Trichiae *spec.* Bull — Arcyriae *spec.* Pers. *Syn. Fung. p.* 182. (*excluso* Craterio). — Nees *Syst. p.* 117. — Fries *Syst. myc. III. p.* 175. *Syst. Orb. veg. I. p.* 143. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 382.

Digitized by Google

Peridium simplex, tenue, membranaceum, circumscissum, parte superiore fugacissima. Capillitium dense implexum, floccis e basi adscendentibus contortis, elastice expansum, deciduum. Fr.

Trib. I. ARCYRIAE VERAE. Peridium circumscissum basi persistente, calyculari. Stipitatae.

1. *A. punicea Pers.* Congesta; peridiis ex ovato elongatis, evanescentibus, basi in formam calyculi persistentibus, demum fuscescentibus; capillitio elongato, aequali; sporidiis puniceis; stipite laeviusculo tenui.

A. PUNICEA PERS. *Syn. Fung. p.* 185. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 177. — MART. *Fl. mosq. p.* 221. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 101. — FL. DAN. *tab.* 1364. *fig.* 2. — NEES *Syst. tab.* 10. *fig.* 114. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.*384.— TRICHIA COCCINEA BULL. *Champ. p.*126. *tab.*368. *fig.* 1. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 255. — CLATHRUS DENUDATUS LINN. *spec. plant.* 2. *p.* 1649. — BOLT. *Fung. tab.* 93. *fig.* 2.— JACQ. *Miscell. aust.* 1. *p.* 136. *tab.* 6. — EMBOLUS CROCATUS BATSCH *Elench. Fung. tab.* 30. *fig.* 177. — CLATHROIDES PURPUREUM *pediculo donatum* MICH. *gen. p.* 214. *tab.* 94. *fig.* 1. — A. PUNICEA GREV. *Fl. scot. crypt. tab.* 130.

β. *vermicularis Schum.* Peridiis cylindricis, elongatis, flexuosis, rubris; sporidiis capillitioque longissimo rufis.

A. VERMICULARIS SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 212. — FR. *l. c.*

Digitized by Google

Ad truncos et ligna exesa non rara. Aestate, Autumno. — In Rossia minore (Dr. Bongard). — Prope Mosquam (Martius).

2. *A. incarnata Pers.* Congesta; peridiis ovatis, enerviis, plus minus stipitatis; capillitio elongato-effuso sporidiisque carneis.

A. incarnata Pers. *Syn. Fung. p* 185. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 178. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 384. — Libosch. *in Mem. de la sociét. des Natural. de Moscou Tom.* 5. *p.* 82. — A. lilacina Schum. *Fl. Saell.* 2. *p* 212. — Lycoperdon Hypoxylon Pall. *Russ. Reis.* 1. *p.* 503. — Clathroides purpureum, *stipite carens* Mich. *gen. p.* 214. *tab.* 94. *fig.* 2.

In lignis putridis raro. — In Rossia minore (Dr. Bongard). — In nonnullis Imper. ruth. provinciis (Dr. Libosch.). Aestate.

3. *A. cinerea Fr.* Gregaria; peridiis globosis, demum globoso-ovatis, cinereis, basi in calyculi perexigui forma persistentibus; capillitio ovato-cylindrico sporidiisque glaucis.

A. cinerea Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 180. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 213. — Fl. Dan. *tab.* 1975. *fig.* 2. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 383. — Trichia cinerea Bull. *Champ. p.* 120. *tab.* 477. *fig.* 3. (*exacte!*). — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 254. — Clathrus recutitus Linn. *Spec. plant. et Fl. suec. nro.* 1264. — Libosch. *l. c.*

Ad ligna putridissima parce. — In Rossia minore (Dr. Bongard). Julio — Septemb.

4. *A. nutans Fr.* Congesta gregariaque; peridiis cylindricis obovatisque, basi in forma calyculi margine lacerati persistentibus; capillitio nutante longissimo sporidiisque sordide luteis.

A. NUTANS FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 180. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 383. — TRICHIA NUTANS BULL. *Champ. p.* 122. *tab.* 502. *fig.* 3. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 254. — CLATHROIDES FLAVESCENS, *pediculo carens* MICH. *gen. p.* 214.

a. *sordide ochracea.*

A. FLAVA PERS. — *Syn. Fung. p.* 184. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 212. — GREV. *scot. crypt. tab.* 309.

b. *exigua Bong.* Valde congesta, brevissime stipitata; peridiis ovatis; capillitio breviori sporidiisque ochraceis.

c. *minor Bong.* Gregaria, substipitata; peridiis exiguis basi in forma calyculi margine integri persistentibus; capillitio lenticulari brevissimo sporidiisque fere obscure olivaceis.

Hab. a. Ad truncos pineos, betulignos et ad ligna exesa muscosque emortuos frequens; b et c. in lignis vetustis putrescentibus in Rossia minore cum a observavit Cl. DR. BONGARD. (Vidi sic. in herb. Acad. scient. Imperial. Petrop.): Julio — Octobri.

5. *A. umbrina Schum.* Subgregaria; peridiis subglobosis aut ovatis basi in forma calyculi margine integri persistentibus, umbrinis; capillitio ovato, erecto sporidiisque ochraceis.



Digitized by Google

A. UMBRINA SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 213. — FL. DAN. *tab.* 1975. *fig.* 1. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 181. — WALLR. *Fl. germ.* 4. — STEMONITIS POMIFERA ROTH. *Fl. germ* 1. *p.* 448. — A. GLOBOSA WEINM. *olim in Ms.*

Ad ligna dejecta carie consumta semel. Octob.

## XXVI. DIACHEA Fries.

TRICHIAE *spec.* BULL. — DIACHEA FR. *Syst. myc. III. p.* 155. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 143. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 385.

Peridium simplex, membranaceum, frustulatim deciduum. Capillitium e columella floccoso-grumosa, pulverulenta radians, subreticulatum, sporidiis inspersis. Fr.

1. ***D. elegans Fr.*** Gregaria l. longitudinaliter effusa; peridio ovato l. oblongo, obtuso, deciduo, coeruleo-violaceo; capillitio columellaque alba; stipite sursum attenuato, nitente, niveo.

D. ELEGANS FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 156. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 385. — TRICHIA LEUCOPODA BULL. *Champ. p.* 121. *tab.* 502. *fig.* 2. — STEMONITIS LEUCOPODIA DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 257. — STEMONITIS LEUCOSTYLA PERS. *Syn. Fung. p.* 186.

Semel tantum, sed sat pulchra completaque exemplaria legi in foliis ramulisque dejectis atque in muscis vivis. Augusto. — In Russia minore (Dr. Bongard).

2. *D. fulgens Fr.* Sparsa: peridio hemisphaerico, firmo, frustulatim dehiscente, dilute badio, ad basin circulo aureo nitente ornato; columella crassiuscula subglobosa, alba; capillitio sporidiisque compactis, atris; stipite deorsum attenuato, niveo.

D. fulgens Fr. *in lit.*

Fungillus perelegans, meteoricus. — Junior totus albus l. niveus, mox peridium aurantiacum, demum totum dilute badium aut ad basin circulo aureo ornatum atque planiusculum. Hypothallus tenuissimus, albus, saepe nullus. Stipes strictus, firmus, peridio longior, utplurimum deorsum attenuatus, sed etiam (rarius) aequalis, crassiusculus.

Ad folia dejecta betuligna, in cortice humi jacente *Alni incanae* Willd. et in muscis vivis, bis legi. Augusto et initio Septembris annis 1832 et 1833.

Digitized by Google

# XXVIII. STEMONITIS Gled.

Clathroidastrum Mich. *gen. p.* 214. — Trichiae *spec.* Bull. — Stemonitis Gled. — Pers. *Syn. Fung. p.* 186. (*exclusa* St. leucostyla). — Fries. *Syst. myc. III. p.* 156. — *Syst. Orb. Veg. I. p.* 143. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 386.

Peridium simplex, tenuissimum, membranaceum, fugax, evanescens. Capillitium determinatum, stipite setaceo intrante adnatum, floccis reticulatim connexis, sporidia inspersa. Fr.

### *I. Fasciculatae.*

Peridia cylindrica, in statu mucilaginoso conjuncta.

1. *St. fusca Roth.* Fasciculata; hypothallo persistente; peridiis fuscis, fugacissimis capillitioque cylindricis; stylidio percurso; sporidiis atrofuscis; stipitibus atris, nitidis.

St. fusca Roth. *Fl. germ.* 1. *p.* 448. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 157. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 388. — St. fasciculata Nees *Syst. tab.* 10. *fig.* 118. — Ehrenb. *Sylv. mycol. Berol. fig.* 5. — Pers. *Syn. Fung. p.* 187. — Schmidt *et* Kunze *Fung. exsic. fasc.* 5. *nro.* 109. — Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 170. — Clathrus nudus Linn. *suec. nro.* 1263. — Bolt. *Fung. tab.* 93. *fig.* 1. — Clathroidast. obscurum *majus* Mich. *gen. tab.* 94. *fig.* 1.

Digitized by Google

Ad ligna putrida passim. Majo — Octobri. — In Rossia minore (Dr. Bongard).

2. *St. ferruginea Ehrenb.* Fasciculata; hypothallo persistente; peridiis ferrugineis, fugacissimis capillitioque cylindricis; stylidio infra apicem evanescente; sporidiis e puniceo ferrugineis; stipitibus capillaribus, atris, nitidis.

St. ferruginea Ehrenb. *Sylv. mycol. Berol. p.* 25. *fig.* 7. *A. B* — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 158. — Wallr. *Fl. germ.* 4 *p.* 388. — St. violacea Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 216. — St. typhina Sobol. *Fl. pet. p.* 321. — St. fasciculata DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 256. — Trichia axifera Bull. *Champ. p.* 118. *tab.* 477. *fig.* 1.

In truncis mucidis pineis passim. Julio — Octobri. — In Rossia minore (Dr. Bongard).

3. *St. typhoides DC.* Gregaria; hypothallo purpurascente, evanescente; peridiis cylindricis, utrinque obtusis, demum fusco-nigricantibus; stylidio versus apicem evanescente; sporidiis e ferrugineo fuscis; stipitibus sursum attenuatis, atris.

St. typhoides DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 257. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 158. — Ehrenb. *Sylv. myc. Berol. p.* 25. *fig.* 7. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 388. — St. typhina Pers. *Syn. Fung. p.* 187. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 216. — Mart. *Fl. mosq. p.* 221. — Clathrus nudus Fl. Dan. *tab.* 216. — Mucor Stemonitis Schaeff. *tab.* 297. — Embolus pertusus Batsch *Elench. Fung.* 1. *p.* 263. *tab.* 30. *fig.* 176. — Trichia typhoides Bull. *Champ.*

Digitized by Google

*p.* 118. *tab.* 477. *fig.* 2. — Clathroidast. obscurum *minus* Mich. *gen. p.* 215. *tab.* 94. *fig.* 2.

In lignis putridis Salicum rarius. Julio — Septemb. — In Rossia minore (Dr. Bongard).

4. *St. pumila Fr.* Subgeminata sparsaque; hypothallo nullo; peridiis fugacissimis, apice papillatis sporidiisque purpurascentibus; stylidio percurso; stipitibus subulatis, nigricantibus, sursum parum attenuatis.

St. pumila Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 159. — St. minor Bong. *in Ms.*

In lignis pineis putridis in Rossia minore observavit hanc pulchellam memorabilemque speciem Cl. Dr. Bongard. (Vidi sic. in Museo botan. Acad. Imperial. scient.).

### *II. Simplices.*

Peridiis ventricosis in statu mucilaginoso discretis, maturis fugacissimis.

5. *St. oblonga Fr.* Sparsa, hypothallo nullo; peridiis ovato-cylindricis sporidiisque fuscis; stylidio percurso; stipitibus brevibus, subulatis, strictis.

St. oblonga Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 159. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 387.

Ad ligna pinea putrida perraro. Augusto.

6. *St. ovata Pers.* Sparsa gregariaque; hypothallo nullo; peridiis fugacissimis, ovatis, chalybeis; stylidio ad dimidiam penetrante; capillitio purpurascente; sporidiis fuscis; stipitibus elongatis, subulatis, atris.

Digitized by Google

St. ovata Pers. *Syn. Fung. p.* 189. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 160. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 387. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 217. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 104. — Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 1026. — Mucor Embolus Linn. *suec. nro.* 1288. — Gort. *Fl. ing. p.* 189. — Stomonitis Embolus Sobol. *Fl. pet. p.* 321.

b. St. nigra Pers. *disp.* — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 217. Trichia mucoriformis *ib. p.* 211. — St. ovata *b. nigra* Fl. Dan. *tab.* 2091. *fig.* 1.

c. *minor.* Omnibus partibus minor.

Hae tres formae proveniunt in lignis pineis vetustis. Augusto, Septemb. b. in Rossia minore legit Dr. Bongard.

7. *St. obtusata Fr.* Sparsa gregariaque; hypothallo nullo; peridiis globosis, subfugacibus, nigrescentibus; capillitio compacto sporidiisque atrofuscis; stipitibus subulatis, longis, nigris, subintrantibus.

St. obtusa Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 160. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 387.

b. St. globosa Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 217. — Fl Dan. *tab.* 2091. *fig.* 2.

Peridium ovato-globosum, atrum. Stylidium infra peridii apicem evanescens.

In lignis pineis putridis saepius legi. Julio — Septemb.

8. *St. papillata Pers.* Subgregaria; hypothallo tenuissimo, argentato, demum evanescente; peridiis globosis, fugacissimis, subcinereis, apice e stipite excurrente

Digitized by Google

papillatis; capillitio sporidiisque atrofuscis; stipitibus sursum parum attenuatis, atris.

St. papillata Pers. *Syn. Fung. p.* 188. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 160. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 103. Nees *Syst. tab.* 10. *fig.* 118. — Wall. *Fl. germ.* 4. *p.* 387.

Ad ligna dejecta pinea bis legi. Julio.

## *III. Physaroideae.*

Peridiis globosis, imo subtus umbilicatis, dimidiis saepius persistentibus.

9. *St. physaroides Alb. et Schw.* Gregaria; peridio globoso, obtuso, argentato, demum in stipite sursum parum attenuato, semipenetrante, fusco-atro, frustulatim persistente; capillitio subcompacto, atrofusco.

St. physaroides Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 108. *tab.* 11. *fig.* 8. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 162. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 387. — Trichia physaroides Schum. *Saell.* 2. *p.* 162.

Exemplaria mea legi in foliis dejectis *Populi Tremulae* Linn. et *Spiraeae salicifoliae* Linn. atque in muscis adhuc viventibus. Septemb.

*Adnot.* In flora Petropolitana a beato *Sobolewskio* edita, memorantur adhuc sequentes *Stemonitis* species quae sunt:

*Stemonitis sphaerocephala* Sob. l. l. p. 321 = *Calicium subtile* Fr. Lichen. europ. p. 388.

Digitized by Google

*Stemonitis lichenoides* Sob. l. c. = *Calicium lenticulare* Fr. l. c. p. 386.

*Stemonitis fulva* Sob. l. c. p. 322 = *Coniocybe furfuracea* Fr. b. l. c. (excluso synon. Bolt.).

*Stemonitis vesiculosa* Sob. l. c. = *Trichia varia* Fr.

*Stemonitis vitellina* Sob. l. c. Nescio, quid? — Beatus Auctor huc trahit! Jacq. *misc. aust.* 1. *p.* 138. *tab.* 5.

## XXIX. DICTYDIUM Schrad.

Cribrariae *spec.* Pers. *Syn. Fung. p.* 189. — Dictydium Schrad. *nov. gen. I. p.* 11. (*ex* Fries *Syst. myc.*). — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 106. (*Observatio* 1. *infra*). — Fries *Syst. myc. III. p.* 164. *Syst. Orb. veg. I. p.* 143. — Nees *Syst. p.* 120. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 359.

Peridium simplex, membranaceum, diaphanum, tenerrimum, e capillitio innato reticulatim aut venoso-nervosum indeterminate dehiscens. Sporidia coacervata, nullis floccis intertexta. Fr.

a. Sporidiis fusco-purpureis.

1. *D. umbilicatum Schrad.* Gregarium; hypothallo, tenui, effuso; peridio primo sphaerico, dein vertice umbili-

cato, cernuo; nervis parallelis transversalibus junctis; sporidiis fusco-purpureis; stipite subulato, elongato.

D. UMBILICATUM SCHRAD. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 165. WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 361. — D. CERNUUM NEES *Syst. tab.* 10. *fig.* 117. — GREV. *Fl. scot. crypt. tab.* 153. — CRIBRARIA CERNUA PERS. *Syn. Fung. p.* 189. — LIBOSCH. *in Mém. de la sociét. des Natural. de Moscou Tom.* 5. *p.* 82.

Ad truncos et ligna carie consumta non rarum. Aestate, Autumno.

b. Sporidiis lutosis.

2. *D. splendens Schrad.* Gregarium l. sparsum; primo sessile, dein stipitatum; hypothallo nullo; peridio subrotundo, laevi, aequaliter transversimque reticulato, splendente; sporidiis lutosis; stipite longo, subulato, fulvo-purpurascente.

D. SPLENDENS SCHRAD. — FR. *Syst. myc.* 3. *p* 166. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 360. — CRIBRARIA SPLENDENS PERS. *Syn. Fung. p.* 191. — LIBOSCH. *l. c.*

Ad truncum pineum putridum semel. Exeunte Augusto.

3. *D. microcarpum Schrad.* Peridio subcernuo, punctulato, transversim reticulato; stipite longissimo; sporidiis lutosis. Fr.

D. MICROCARPON SCHRAD. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 166. WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 360. — CRIBRARIA MICROCARPA PERS. *Syn. Fung. p.* 191. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 104. — LIBOSCHITZ *l. c.*

In nonnullis Imperii ruthenici provinciis (LIBOSCH.).

Digitized by Google

# XXX. CRIBRARIA Schrad.

Sphaerocarpi *species* Bull. *Champ.* — Cribraria Schrad. *nov. gen. plant. p.* 1. 2. (*ex* Fries *Syst. myc.*). — Nees *Syst. p.* 120. — Pers. *Syn. Fung. p.* 192 — 195. — Fries *Syst. myc. III. p.* 168. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 144. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 361.

Peridium simplex, membranaceum, tenue, fatiscendo dimidiatum. Flocci nervorum instar peridio innati, hoc evanescente superne reticulum liberum constituentes. Sporidia coacervata, nullis floccis intertexta, per cribrum reticuli disseminata. Fr.

a. Peridiis obovatis.

1. *Cr. argillacea Pers.* Stipata; peridio subrotundo, nitente, erecto, tenuissimo; reticulo aequali; sporidiis argillaceis; stipite brevissimo, firmo, aequali, demum nigro.

Cr. argillacea Pers. *Syn. Fung. p.* 193. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 172. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 563. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 105.

In lignis pineis carie consumtis frequens. Julio — Septemb.

2. *Cr. fulva Schrad. a.* Gregaria, peridio erecto turbinato; reticulo aequali; sporidiis fulvis. Fr.

Digitized by Google

Cr. fulva Schrad. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 171. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 364. — Cr. rufescens Pers. *Syn. Fung. p.* 193. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 105. — Libosch. *in Mém. de la Sociét. des Natural. de Moscou Tom.* 5. *p.* 83.

In nonnullis Imperii ruthen. provinciis (Libosch.).

2. Peridiis globosis.

3. *Cr. purpurea Schrad.* Gregaria l. sparsa, purpurea; peridio subrotundo, erecto; reticuli ramis basi incrassatis; sporidiis concoloribus; stipite flexuoso, firmulo, aequali.

Cr. purpurea Schrad. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 173. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 326. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 105.

Ad ligna cariosa pinea bis legi. Augusto — Septembri.

4. *Cr. vulgaris Schrad.* Gregaria l. subsparsa; peridio globoso, minuto, subcernuo; sporidiis lutosis; reticulo aequali; stipite gracili, longitudinaliter striato, primo fulvente, dein obscure-purpureo.

Cr. vulgaris Schrad. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 174. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 362. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 106. — Nees *Syst. tab.* 10. *fig.* 116. — Sphaerocarpus semitrichoides Bull. *Champ. tab.* 387. *fig.* 1. — Trichia semicancellata DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 255.

Ad ligna dejecta mucida raro. Augusto, Septemb. — In nonnullis Imperii ruthen. provinciis (Libosch. *l. c.*).

Digitized by Google

5. *Cr. aurantiaca b. Fr.* Gregaria; peridio sphaerico, subcernuo, fulvo; reticulo aequali; sporidiis aurantiacis; stipite sursum parum attenuato, flexuoso, subferrugineo.

Cr. aurantiaca *b. sporidiis aurantiacis* Fr. *Syst myc.* 3. *p.* 174. — A. aurantiaca Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 218. Fl. Dan. *tab.* 2085. *fig.* 1. — Cr. vulgaris *β.* Pers. *Syn. Fung. p.* 194. — Cr. aurantiaca *β.* Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 362.

Semel legi ad truncum dejectum alneum putrescentem. Augusto.

6. *Cr. tenella Schrad.* Subgregaria; peridio globoso, subcernuo, fuscescente, nitente; reticulo aequali, nodoso; sporidiis lutosis; stipite capillari, elongato, gracillimo, flexuoso.

Cr. tenella Schrad. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 175. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 361. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 106.

Ad truncos mucidos pineos aliquoties. Julio, Augusto.

---

Ordo III. TRICHODERMACEI. Peridium spurium, e floccis laxe contextum l. membranose cellulare, fugax (nec ruptum), figurae indeterminatae, sporidiis nudis, coacervatis, raro floccis intertextis. Fr.

Trib. I. AETHALINI. Peridium sessile, subeffusum, indeterminatum, fragillimum, membranose cellu-

lare, exteriore floccoso, subinde inductum, primo mucilaginosum, mox fatiscendo evanescens. Sporidia congesta membranulis floccisque intertexta. Fr.

## XXXI. SPUMARIA Pers. *ex emend.*

Spumaria Mucilago Pers. *Syn. Fung. p.* 163. (*exclusis reliquis speciebus*). — Nees *Syst. p.* 101. — Fr. *Syst. myc. III. p.* 94. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 146. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 335.

Peridium indeterminatum, simplex, crustaceum, flocculoso-cellulare, fatiscens. Sporidia ambiunt plicae membranaceae adscendentes, varie effiguratae. Flocci interni nulli. Fr.

1. *Sp. alba DC.*

Mucilago alba Bolt. — Reticularia alba Bull. *Champ. p.* 92. *tab.* 326. — Spumaria alba DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 261. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 335.

a. *laminosa*; plicis sessilibus in laminas membranaceas confluentes laceras albas abeuntibus. Fr.

Spumaria mucilago Nees *Syst. tab.* 8. *fig.* 94. — Mart. *Fl. mosq. p.* 220. — Sp. alba *a. crustacea* Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 336. — Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 267.

*β. cornuta*; plicis stipitatis, in peridiola firma, clausa, ramoso-cornuta, apice dehiscentia, caesia abeuntibus. Fr.

Digitized by Google

Spumaria Mucilago Wahlenb. *Fl. suec.* 2. *p.* 1030. — Sp. cornuta Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 195. — Fl. Dan. *tab.* 1678. *fig.* 1. — Sp. alba *β. bursaeformis* Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 336. (*excluso synon.* Fr.).

Ambae var. crescunt in foliis atque ramulis humi jacentibus parce. Aug. Septemb.

## XXXII. AETHALIUM Link.

Fuligo Pers. *Syn. Fung. p.* 159. — Reticulariae *spec.* Bull. *Champ.* — Aethalium Link. — Nees *Syst. p.* 99. — Fr. *Syst. myc. III. p.* 92. — Fr. *Syst. Orb. veg. I. p.* 146. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 340.

Peridium indeterminatum, membranose cellulare, fragile, fatiscens, extus strato floccoso evanescente corticatum, intus cellulosum, e floccis in strata membranacea coalitis. Sporidia compacta in cellulis demum evanescentibus coacervata. Fr.

1. *Ae. septicum Fr.* a. flavum. Pulvinatum, effusum, plerumque subrotundum, flavum, celluloso-fibrosum, sporidiis aequalibus, purpurascenti-fuscis.

Ae. septicum Fr. *a. flavum* Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 93. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 341. (*ut spec. propria*). — Nees *Syst. p.* 26. *tab.* 8. *fig.* 92. — Grev. *Fl. scot.*

Digitized by Google

*crypt. tab.* 272. — Fuligo flava, pallida, candida Pers. *Syn. Fung. p.* 161. — Fl. Dan. *tab.* 1363. *fig.* 1. Mart. *Fl. mosq. p.* 220. — Fuligo flavescens Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 194. — Fuligo septica Sobol. *Fl. pet. p* 320. *et* Lycoperdon nitidulum *ejusdem Auct.* (*sedum synon. citat.*). — Mucor septicus Linn. *Spec. plant.* 2. *p.* 1656. — Mucor unctuosus Linn. *suec. nro.* 2282. — Gort. *Fl. ing. p.* 190. (*excluso synon.* March., *quod ad var. sequent.*). — M. sept. Bolt. *Fung. tab.* 134. — Mucor ovatus Schaeff. *tab.* 192 *et* 194. (*pro parte*). — Reticularia lutea Bull. *Champ. tab.* 380. *fig.* 1.

b. *cinnamomeum Fr. l. c.*

Primo sistit massam tenuem, longe lateque irregulariter effusam, unctuosam, nauseosissimam, flavam; sed mox intumescit et saepe crassitudinem uncialem et ultra attingit. In hoc statu observatum superficies est elegantissima, mesenteriformi-plicata, sed tactu tota massa fere diffluit. Demum iterum diminuit et compactior fit. Intus valde et irregulariter cellulosum, e floccis in strata membranacea, albida coalitis. Sporidia semper fusca. In statu totius evolutionis superficies est albida, demum obscure-cinnamomea, cellulosa.

Ae. septicum *a. cinnamomeum* Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 340. — Fuligo vaporaria Pers. *Syn. Fung. p.* 161. Mart. *Fl. mosq. p.* 220. — Reticularia hortensis Chev. — Bull. *Champ. tab.* 424. *fig.* 2. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 260.

Digitized by Google

c. *rufum Fr. l. l.* Pulvinatum, hemisphaericum, membranaceum, fragile, rufum; sporidiis fusco-nigris, compactis, aequalibus.

Ae. rufum Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 341. — Fuligo rufa Pers. *Syn. Fung. p.* 159. — Mart. *Fl. mosq. p.* 220. — Mucor septicus Fl. Dan. *tab.* 778. — Mich. *gen. p.* 217. *tab.* 96. *fig.* 1.

a et c. in sylvis ad truncos et ligna putrida parce; b. in cortice vaporariorum molestissimus fungus. Majo — Septembri.

## XXXIII. RETICULARIA Bull. *ex emend.*

Reticulariae *species* Bull. *Champ.* — Reticularia Fr. *Syst. myc. III. p.* 147. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 83. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 337.

Peridium indeterminatum, simplex, nudum, tenue, irregulariter dehiscens, fugax. Flocci peridio adnati, ramosi, plus minus fruticulosi aut compressi, reticulati. Fr.

1. *R. atra Fr.* Pulvinata, inaequaliter effusa, primo fluxilis, sordide alba, demum atra; peridio tenuissimo, subreticulato, fragillimo; floccis a basi erectis, dendroideis, divaricatis; sporidiis maturis atris.



Digitized by Google

Reticularia atra Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 86. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 337. — Lycogala atrum Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 83. *tab.* 3. *fig.* 3.

Semel tantum per undecim dies hunc memorabilem fungum in vicinitate domus meae, in tabula pinea vetusta prope terram, aestatis fine an. 1832 observavi.

2. ***R. umbrina Fr.*** Pulvinata, crassiuscula, forma varia, primo argenteo-sericeoque nitens, demum rutilo-fusca; peridio tenerrimo, laevigato; floccis basi adnatis, erectis, ramosis sporidiisque umbrinis.

R. umbrina Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 87. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 338. — Reticularia Lycoperdon Bull. *Champ. p.* 95. *tab.* 446. *fig.* 4. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 193. — Lycogala argentea, turbinata, punctata Pers. *Syn. Fung. p.* 157 *et* 158. — DC. *Fl. franc.* 2. *p.* 161. — Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 106. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 85. — Lycogala griseum *majus* Mich. *gen. p.* 216. *tab.* 95. *fig.* 1. — Mucor lycogalus Bolt. *Fung tab.* 133. *fig.* 2. — Trichoderma fuliginoides Pers. *Syn. Fung. p.* 231. — Strongilium fuliginoides Nees *Syst. tab.* 8. *fig.* 95.

Ad truncos vetustos pineos exsiccatos ante decem annos pluries observavi; sed ex illo tempore frustra quaesivi. Julio, Augusto.

3. ***R. muscorum Fr.*** Tenuis, forma varia, saepe confluens, primo pallide ochracea, demum ex ochraceo exalbida; peridio tenuissimo, membranaceo, fragillimo, venuloso; floccis flavis; sporidiis fusco-nigricantibus.

R. MUSCORUM FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 91. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 339. — LIGNIDIUM GRISEO-FLAVUM LINK. — NEES *Syst. tab.* 8. *fig.* 93. — FULIGO MUSCORUM ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 86. *tab.* 7. *fig.* 1.

In quisquiliis dejectis in pinetis humidis perrara. Aestatis fine.

Trib. II. TRICHODERMEI. Peridium sessile, subeffusum, indeterminatum e floccis contextum, raro glabrum, fugax. Sporidia coacervata, nullis floccis intertexta. Fr.

## XXXIV. HYPHELIA Fries.

TRICHODERMATIS *spec.* PERS. — HYPHELIA FR. *Syst. myc. III. p.* 211. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 149. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 243.

Peridium effusum, indeterminatum, e villo in pelliculam cohaerentem contexto, fragillimum, in medio evanescens, primitus discrete obtegens. Sporidia admodum laxa, coacervata, floccis haud intertexta. Fr.

1. *H. rosea Fr.* Thallo radiato, albo; peridio applanato, pubescente-membranaceo, fragillimo; sporidiis vesiculosis, roseis. Fr.

H. ROSEA FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 211. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 343. — TRICHODERMA ROSEUM PERS. *Syn.*

Digitized by Google

*Fung. p.* 231. — HOFFM. *Fl. germ. crypt. tab.* 10. *fig.* 1. — ALB. et SCHW. *Consp. Fung. p.* 135. — WAHLENB. *Fl. suec.* 2. *p.* 1031.

Semel tantum legi ante plures annos ad corticem vetustum *Salicis Capreae* LINN. Majo.

2. *H. bombycina Fr.* Pulvinata, confluens; peridio bombycino, candido; sporidiis terreo-argillaceis, floccis intertextis.

H. BOMBYCINA FR. *in lit.*

In cortice putrescente *Alni incanae* WILLD. Augusto an 1833.

Trib. III. PILACRINI. Peridium subglobosum, tamen figurae haud stricte limitatae, crustoso-floccosum, rumpens, primo carnosum. Flocci nulli. Sporidia compacta. Thallus in stipitem abiens. Fr.

## XXXV. ASTEROPHORA Dittm.

FUNGOIDASTRI *spec.* MICH. *gen. p.* 200. — ASTEROPHORA DITTM. — FR. *Syst. myc. III. p.* 205. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 151. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 270.

Peridium capitatum, a stipite discretum, e floccis contextum, vertice indeterminate ruptum, evanescens. Sporidia angulata in stratum compactum superum coacervata. Fr.

Digitized by Google

1. *A. nauseosa Weinm.* Capitulo utplurimum hemisphaerico, subtus lamellato; stipite vario.

Fungus eximie polymorphus. — Odor fortis et nauseosissimus. — Gregaria cohaerens et solitaria. Capitulum junius fere globosum, albidum, dein hemisphaericum, demum planiusculum, orbiculare l. oblongum, margine semper involuto, crassum, valde aquosum. Substantia caesia. Lamellae crassae, distantes, vix elevatae. Stratum sporidiorum sexangularium compactum, ½ — 1″ fere crassum, argillaceum. Stipes nunc brevissimus, nunc 2—3′ longus, mox aequalis, cylindricus, 2 — 3″ crassus, fistulosus, mox sursum attenuatus aut valde incrassatus, ½′ fere longus, solidus, extus villoso-fibrillosus, albidus, intus substantiae et lamellis concolor.

In Agarico quodam putrido in sylvis Zarskoeselo inter et Gatschinam non procul a Moisina aestate pluviosa an. 1832 semel, sed uberrime crescentem vidi.

2. *A. lycoperdoides Fr.* Gregaria confertaque; peridio subgloboso, margine involuto, subtus laevi; stipite solido, brevi, sursum incrassato, albido, demum glabrescente.

A. LYCOPERDOIDES *Syst. myc.* 3. *p.* 206. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 270. — ELVELLA CLAVUS SCHAEFF. *tab.* 279.

In *Agarico adusto* putrescente prope Petropolim legit DR. BONGARD. (Vidi sic. in herbario Acad. Imperial. scient. Petrop.).

Digitized by Google

3. *A. candida Weinm.* Capitulo hemisphaerico, subtus tenue lamellato; stipite brevi, attenuato, hyallino-pellucente.

A. CANDIDA WEINM. *in flora an.* 1832. *nro.* 29. *p.* 459.

Primo nascuntur in *Agarico septico* Fr. semiputrido fibrillae floccoso-radiatae, nodulis albis interstinctae, quae non solum in fungo dicto, sed etiam in ligno semiputrido forma circulari l. oblonga se expandunt. E nodulis istis oriuntur sensim sensimque fungilli 1—2″ alti, undique candido-floccosi l. fibrillosi: fibrillis persistentibus. Capitulum ½″ (vix ultra) latum, exacte hemisphaericum, carnosulum. Lamellae subdistantes, tenues, perangustae. Stipes 1—1¼″ longus, basi paulo incrassatus l. sursum attenuatus. Sporidia ob fungi minutiem nullo modo observare potui.

Parasitica in *Agarico septico Fr.*, qui in lignis pineis fabrefactis semiputridis in calidariis nostris tempore hyemali provenit.

## XXXVI. ONYGENA Pers.

ONYGENA PERS. *Syn. Fung. p.* 203. — FRIES *Syst. myc. III. p.* 206. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 151. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 263.

Peridium capitatum, stipitatum, e floccis contextis crustosum, varie ruptum, demum evanescens. Sporidia

Digitized by Google

rotundata (haud angustata), in stratum compactum coacervata. Fr.

1. *O. equina Pers.* Gregaria l. subcaespitosa; capitulo rotundato, demum subcircumscisso, furfuraceo, albido; stipite tereti, subaequali, abbreviato.

O. EQUINA PERS. *Syn. Fung. p.* 203. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 207. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 112. — SCHUM. *Fl. Saell.* 2. *p.* 220. — FL. DAN. *tab.* 1309. *fig.* 1. — NEES *Syst. tab.* 10. *fig.* 121. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 263. — MART. *Fl. mosq. p.* 223. — HOLL *et* SCHMIDT *Fung. exsic. fasc.* 2. *nro.* 59. — MICH. *gen. tab.* 97. *fig.* 8. — DILL. *Musc. p.* 78. *nro.* 5. *tab.* 5. *B.* — GREV. *Fl. scot. crypt. tab.* 343.

In ungulis putrescentibus equorum meteorica. Julio — Octobri.

2. *O. corvina Alb. et Schw.* Gregaria; capitulo orbiculari, pallide fuscescente, granuloso, demum subcernuo, denutato, pulverulento; stipite laeviusculo, tereti, candido, dein elongato, conico-attenuato, sursum incurvo. *Alb. et Schw.*

O. CORVINA ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 113. *tab.* 9. *fig.* 2. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 208. — WALLR. *Fl. germ* 4. *p.* 263.

In linteo putrescente prope Petropolim (in insula Krestoffsky) legit DR. BONGARD. (V. s. in Museo botan. Acad. Imperial. scient. Petrop.).

3. *O. Friesii Weinm.* Gregaria l. sparsa; capitulo globoso, subtus umbilicato, griseo-villoso; peridio fatiscente; stipite viridi-flavescente, albo-villoso.

Digitized by Google

Pilacre Friesii Weinm. *in flora an.* 1832. *nro.* 29. *p.* 458. — Onygenae *spec. nova* Fr. *in lit an.* 1833.

Fungillus elegans, coriaceus et tenax, 2—3″ altus. Mycelium nullum. Stipes initio viridis, dein viridiflavescens, firmulus, teres, albo-villosus, farctus, infra capitulum paulo incrassatus, basin versus fuscescens. Capitulum primo globosum, dein hemisphaericum, dense griseo-villosum, demum fatiscens. Sporidia majuscula, rotundata l. oblongiuscula, sordide viridifuscescentia, late sparsa, primo capillitio evanescente concolore intertexta.

In locis occultis ad radices fere emortuas *Tiliae europeae* ad montem Duderhov. Autumno.

## XXXVII. PILACRE Fries.

Pilacre Fries *Syst. myc. III. p.* 204. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 364.

Peridium capitatum, subtus umbilicatum, persistens, supra membranaceum, tenerrimum, fatiscens. Sporidia simplicia, in strato supero periphaerico compacto coacervata. Fr.

1. *P. Weinmanni Fr.* Subcarnosa, tenax; peridio globoso, subtus umbilicato, cinereo; stipite dilute incarnato, aequali, glabro.

Digitized by Google

P. Weinemanni Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 204. — Weinm. *in flora an.* 1832. *nro.* 29. *p.* 458. — Stilbum incarnatum Weinm. *olim in Ms.*

Ad cortices semiemortuos *Alni incanae* Willd. saepius legi Autumno.

2. *P. subterranea Weinm.* Coriacea, tenax; peridio globoso, subtus umbilicato, griseo-nigrescente; stipite albo, praesertim ad basin pilosiusculo.

P. subterranea Weinm. *in flora an.* 1832. *p.* 458. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 204. (*in adnotatione ad antecedentem speciem*).

In radicibus emortuis *Rosae centifoliae* et aliarum specierum hujus generis sero autumno.

3. *P. Friesii Weinm.* Subgregaria; capitulo hemisphaerico depresso, subtus umbilicato; peridio fatiscente, fugaci; stipite brevi, violascente, aequali aut deorsum attenuato.

Fungillus tenax, 2″ et parum ultra altus. Capitulum junius magis depressum, cum stipite confluens, dein hemisphaerico-depressum, subtus plus minus umbilicatum, saepe totum fere planum. Peridium e floccis griseis textum, mox evanescens et ad basin tantum sub calyculi forma persistens. Sporidia rotunda in stratum carnosulum compactum nigrescens coacervata. Stipes ut plurimum simplex, basi nigrescens et subinde confluens, ceterum pulchre violas-



Digitized by Google

cens! aequalis aut deorsum attenuatus, firmus, sub lente villosiusculus.

In ramulis quibusdam dejectis ad montem Duderhov. Aug.

Trib. IV. MYROTHECII. Peridium sessile, rotundatum, floccosum, in medio evanescens. Flocci nulli. Sporidia compacta, conglobata. Thallus nullus. Fr.

## XXXVIII. DICHOSPORIUM Nees.

Peridium membranaceum, granulosum, strato corticatum. Sporidia conglobata Nees. Fr. *Syst. myc. III. p.* 218. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 334.

1. *D. aggregatum Nees.* Peridiis convexis, fuscis, tegmine flocoso-pulverulento obductis, demum confluentibus, inconditis; sporidiis nigris. Wallr. l. c. — Fr. l. c.

, D. aggregata Nees *Syst.* 1. *p.* 105. 2. *p.* 28. *tab.* 8. *fig.* 99.

In cortice dejecto legit semel huic fungillum alumnus meus G. Rieder an. 1824. Autumno.

Digitized by Google

# XXXIX. TRICHODERMA Pers. *ex emend.*

Trichoderma Pers. *Syn. Fung. p.* 230. (*ex parte*). — Nees *Syst. p.* 80. — Fries *Syst. myc. III. p.* 214. *Syst. Orb. veg. I. p.* 152. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 245.

Peridium indeterminatum, subrotundum, e floccis ramosis septatis implexis laxe contextum, haud discretum, demum in medio evanescens. Sporidia minuta, sicca, in disco conglobata. — Vegetatio floccosa, flocci saepe inter sporidia intrant. Fr.

1. *Tr. viride Pers.* Polymorphum; peridio floccoso-villoso, albo, pulvinato, demum subevanescente; sporidiis minutis, obcure-viridibus.

Tr. viride Pers. *Syn. Fung. p.* 231. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 215. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 135. — Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 235. — Fl. Dan. *tab.* 1495. Nees *Syst. tab.* 6. *fig.* 74. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 245. — Pyrenium lignorum *a.* vulgare Tode *Fung. Meckl.* 1. *p.* 33. *tab.* 3. *fig.* 29. — Mucor lignifragus Bull. *Champ. tab.* 504. — Tr. viride Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 271.

Ad cortices vetustos quisquiliasque dejectas non rarum. Autumno.

Digitized by Google

Ordo IV. SCLEROTIACEI. Peridium contiguum, confusum et cum interna massa persistente sporidia fovente connatum. Sporidia plus minus obliterata, numquam pulverulenta. Fr.

Trib. I. RHIZOGONEI. Peridium libere evolutum, intus obscure loculosum l. cellis instructum, fructificatione obsoleta. Fr.

## XL. CENOCOCCUM Fries.

Cenococcum Fries *Syst. myc. III. p.* 65. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 364. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 264.

Peridium nudum (haud corticatum), crassum, suberoso-corneum, numquam sponte dehiscens, intus primitus similare, dein in sporidia pulverulenta, nullis floccis intertexta fatiscens, e centro cavum. Fr.

1. *C. geophilum Fr.* Thallo nullo; peridio crasso, corneo, globoso l. ovato, laevi, glabro, atro, demum cavo; sporidiis concoloribus.

C. geophilum Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 66. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 264.

In terra nigra humida semel, sed sat copiose. Augusto.

2. *C. phytophilum Fr.* Thallo effuso, floccoso-fibrilloso; peridio crasso, corneo, incarnato-ferrugineo, villoso-tomentoso; sporidiis dilutioribus.

Digitized by Google

C. PHYTOPHILUM FR. *in lit.*

Granula exacte globosa, subinde confluentia, magnitudine capitis aciculae minoris, saepe satis dense conglobata atque thallo adhaerentia. Peridium in statu recenti fere incarnato-ferrugineum, firmum, rigidum, extus satis dense villoso-tomentosum, interne nigrescens. Sporidia conglobata, compacta, primo albido-incarnata l pallida, dein peridio fere concolora. Thallus firmus, peridio concolor.

In interno latere ollarum terram inter et radices plantarum variarum exoticarum in calidariis nostris primo vere saepius observavi.

3. *C. xylophilum Fr.* Thallo effuso-flocceoso, purpurascenti-pallido; peridio globoso, crassiusculo, corneo, subtestaceo; sporidiis albis.

C. XYLOPHILUM FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 67.

Forma et magnitudine exacte antecedentis. Peridia minus conferta, laxe adhaerentia.

Ad ligna putrida suffocata semel. Autumno.

4. *C. heliophilum Weinm.* Thallo tenuissimo gracillimoque fibrilloso, fugaci peridioque firmo, corneo, globoso aut oblongo, villoso, albo; sporidiis pallidis.

Thallus e filis tenuissimis, albis, fugacibus constans, quibus granula minuta, globosa, oblonga l. (quod rarius) varie formata, laxe adhaerent. Peridium, ut in antecedentibus spec. extus villosum l. tenue floccu-

losum valde compacta. — Semper, ut in duabus antecedentibus speciebus, interne sporidiis repletum vidi.

Ad terram humosam nudam in locis declivibus apertis semel. Julio an. 1833.

Trib. II. APIOSPORII. Peridium libere evolutum, extus subvestitum (villosum l. pulverulentum), intus subgelatinosum. Sporidia in centro collecta, immersa. Fr.

## XLI. CHAETOMIUM Kuntze.

CHAETOMIUM KUNTZE *Mycol. Heft I. p.* 15. — FR. *Syst. myc. III. p.* 253. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 156. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 264.

Peridium membranaceum, pilis opacis vestitum, demum medio saepe aperiens. Sporidia simplicia, pellucida, massae gelatinosae immixta. Fr.

1. *Ch. elatum Kz.* Gregarium l. sparsum; peridio primo globoso, sessili, dein elevato, obovato, basi radiato fibroso, pilis verticis longissimis vage ramosis implexis; sporidiis ellipticis.

Digitized by Google

Ch. elatum Kz. *et* Schmidt *Fung. exsic. fasc.* 8. *nro.* 184. Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 254. — Wallr. *Fl. germ.* 4 *p.* 267. — Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 230.

In culmis putrescentibus *Secalis Cerealis* interdum copiose. Hieme et primo vere.

## XLII. ILLOSPORIUM Mart.

Illosporium Mart. *Fl. crypt. Erlang. p.* 325. — Fr. *Syst. myc. III. p.* 259. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 156. Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 236.

Peridium subgelatinosum, fatiscens. Sporidia globosa, pellucida; peridiolo hyalino cincta. — Erumpenti-liberata, laete colorata, thallo vix ullo. Fr.

1. *I. carneum Fr.* Gregarium, globulare, liberum, molle, subpulverulentum, carneo-rubrum.

Illosp. carneum Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 259. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 236.

In thallo *Peltigerae caninae* Fr. semel. Autumno serotino.

Digitized by Google

Trib. III. SCLEROTII. Peridium confusum obliteratumque, semper clausum, intus obscure vesiculosum et sporidiferum. Sporidia demum emersa. — Plantis mortuis adnati, liberati. Fr.

## XLIII. PERIOLA Fr.

Periola Fries *Syst. myc. II. p.* 266. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 157. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 521.

Rotundata, varia, arrhiza, cortice in villum persistentem abeunte, intus solida, similaris, carnosa l. gelatinoso-carnosa. Apex nullus. Sporidia obsoleta, undique in ambitu dispersa. Superficialis, libera l. adnata. Fr.

1. *P. tomentosa Fr.* Sparsa l. conglomerato-confluens, rotunda l. difformis, basi adnata, extus tomentosa, alba; intus pallida.

P. tomentosa Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 267. — Wall. *Fl. germ.* 4. *p.* 521. — Sclerotium tomentosum Fr. *Observ. myc.* 1. *p.* 205. — Sclerotium villosum Tode *Fung. Meckl.* 1. *p.* 6. *tab.* 1. *fig.* 10.

Ad caules dejectos putrescentes *Solani tuberosi* sero autumno.

2. *P. ulmicola Weinm.* Sparsa; subrotunda l. difformis, villosa, tota adnata, extus intusque alba.

Substantia mollis, carnoso-farinacea, ½—1‴ lata, saepe 2—4‴ longa, varie formata lobataque. Semper alba.

In cortice rimoso *Ulmi campestris* Linn. Sero autumno.

Digitized by Google

## XLIV. ACINULA Fries.

Acinula Fries *Syst. myc. II. p.* 267. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 157.

Globosa, arrhiza, cortice discreto, farinaceo-granulato, discolori, diffluente, nucleum conformem vesiculoso-carnosum persistentem includente. — Libere evoluta, superficialis. Fr.

1. *A. candicans Fr.* Sparsa, gregaria, conferta, globosa, sub lente rugulosa, cortice candido, intus pallida.

A. candicans Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 267. — *Elench. Fung.* 2. *p.* 47.

In omnibus plantis putrescentibus l. collabescentibus, humi jacentibus, primo vere, sed non quovis anno.

## XLV. ACROSPERMUM Tode.

Acrospermi *spec.* Tode *Fung. Meckl.* 1. *p.* 8. — Clavariae *spec.* Pers. — Acrospermum Tode — Fries *Syst. myc. II. p.* 244. — *Syst. Orb. veg. I. p.* 158. — Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 146.

Elongatum, subclavatum, saepe stipitatum, cortice tenuissimo, membranaceo inseparabili persistente intusque cartilagineo-carnosum similare. Apex demum



Digitized by Google

subtumescens e sporidiis pruinosus. — Subarrhizum, perpendiculare, libere evolutum, tenax. Fr.

1. *A. compressum Tode.* Gregarium l. sparsum, firmulum, rigidum, lanceolatum, subcompressum, nigrescente-olivaceum, demum longitudinaliter sulcatum.

A. COMPRESSUM TODE *Fung. Meckl.* 1. *p.* 8. *tab.* 2. *fig.* 15. FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 245. — CLAVARIA HERBARUM PERS. *Syn. Fung. p.* 605. — A. COMPRES. WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 146. — GREV. *Fl. scot. crypt. tab.* 182.

*β. Fungorum Fr.* Gregarium, semipellucido-badium; cingulo opaço, nigro. Fr. l. c.

CLAVARIA HERBARUM *β.* ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 291.

Hab. a. ad caules herbarum exaridos raro. Aprili, Majo. — *β.* in Agaricis semiputridis demum exsiccatis pluries vidi. Autumno.

## XLVI. SCLEROTIUM Tode.

SCLEROTII *spec.* TODE *Fung. Meckl. I. p.* 2. — NEES *Syst. p.* 148. — FR. *Syst. myc. II. p.* 246. — *Syst. Orb. Veg. I. p.* 158. — WALLR. *Fl. germ. IV. p.* 136.

Subrotundum, varium, cartilagineo-carnosum, intus similare, cortice tenuissimo, membranaceo, insepara-

Digitized by Google

bili persistente, in siccis subrugosum. Apex nullus. Sporidia subinde pruinae instar undique emergentia. Arrhizum, glabrum, raro subiculo villoso. Fr.

I. Libera. Undique demum libera, modo adhaerentia.

1. *S. complanatum Tode.* Gregarium, junius lacteum, teretiusculum, demum albido-fuscescens, erectum, substipitatum, obovatum, compressum, rugulosum, intus album.

S. COMPLANATUM TODE *Fung. Meckl.* 1. *p.* 5. *tab.* 1. *fig.* 9. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 284. — PERS. *Syn. Fung. p.* 121. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 74. NEES *Syst. tab.* 14. *fig.* 140. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 144. — MART. *Fl. mosq. p.* 217. — LIBOSCH. *in Mém. de la sociét. des Natural. de Moscou. Tom.* 5. *p.* 81.

Ad folia et caules plantarum. — Prope Mosquam (MARTIUS). — In nonnullis Imper. ruth. provinciis (DR. LIBOSCH.). Ver.

2. *S. Semen Tode.* Sparsum l. gregarium, imo valde confertum, junius album, demum nigrum, corrugatum, sphaericum, liberum, intus album.

S. SEMEN TODE *Fung. Meckl.* 1. *p.* 4. *tab.* 1. *fig.* 6. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 249. — PERS. *Syn. Fung. p.* 123. NEES *Syst. tab.* 14. *fig.* 138. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 113. ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 75. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 141. — MART. *Fl. mosq. p.* 217. — LIBOSCH. *l. c.* — GREV. *Fl. scot. crypt. tab.* 144. *fig.* 2.

Digitized by Google

b. *minutum*; nudo oculo vix visibile, sphaericum l. oblongiusculum:

β. *Brassicae Fr.* Confertum, subimersum, subnitens, intus pallidum. Mart. l. c.

Sphaeria Brassicae Bolt. *Fung. tab.* 119. *fig.* 2.

Hab. a. ad partes plantarum dejectas sero autumno et primo vere; b. in culmis graminum minorum; *β.* ad caules et folia Brassicae. Vere. — Prope Mosquam (Martius). — Libosch. *l. c.*

3. *S. vulgatum Fr.* Sparsum, primo albidum, mox flavum, liberum, globosum l. difforme, laevissimum, intus album.

S. vulgatum Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 249. — *Observ. myc.* 1. *p.* 204. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 140.

β. *difforme Fr.* Sparsum, globosum, reniforme, corniculato-decumbens, sublobatum, laevissimum, subtestaceum. Fr. l. c.

γ. *bryophilum Fr.* Subconfertum, globulare, stramineo-albidum, sublaeve, intus concolor.

Fr. *Elench. Fung.* 2. *p.* 40.

δ. *Fragariae Weinm.* Gregarium l. sparsum, elongatum, oblongum, lobatum, compressum, primo album, demum pallidum, sublaeve, intus candidum.

Hab. a. in quisquiliis putrescentibus. Vere et aestate; *β.* in foliis dejectis *Ulmi campestris*; *γ.* erumpit e lana ve-

Digitized by Google

stiente surculos *Dicrani polyseti* Brid. autumno; δ. in foliis collabescentibus fragariarum in horto cultarum, primo vere.

4. *S. stercorarium DC.* Gregarium l. confertum, primo rufescens, dein nigrum, liberum, rubrotundum, molle, siccum, rugulosum, intus album.

S. stercorarium DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 277. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 250. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 140.

In stercore vaccino parce. Aestate.

5. *S. splendens Fr.* Sparsum, junius obscure purpureum, mox aterrimum, semiimmersum, nitidissimum, sub lente rugulosum, intus candidum.

S. splendens Fr. *Elench. Fung.* 2. *p.* 41.

In stercore vaccino bis legi. Aestate.

6. *S. fungorum Pers.* Gregarium, primo pallidum, dein fulvum, demum fusco-nigrescens, difforme, lobatum, glabrum, intus albidum.

S. fungorum Pers. *Syn. Fung. p.* 120. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 252. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 143. *a.*

In lamellis Agaricorum putrescentibus et in Polyporo quodam putrescente raro. Aestate, autumno.

7. *S. truncorum Fr.* Subgregarium, junius subsericeum, demum glabrum, varie formatum, tuberculosum, flavum, intus album.

S. truncorum Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 252. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 143. — S. flavum Schum. *Fl. Saell.* 2.

*p.* 186. — S. SUBTERRANEUM *β. truncorum* TODE *Fung. Meckl.* 1. *p.* 4. *tab.* 1. *fig.* 5. *c. d.* — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 73.

In materia mucedinea ad terram nigram fungillos meos legi. Octobri.

8. *S. mycetospora Nees.* Gregarium l. valde confertum, liberum, primo niveum, dein stramineo-album, demum fuscescens, globosum l. oblongiusculum, sublaeve, strato tenui, byssino, candido insidente.

S. MYCETOSPORA NEES *in* FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 253.

In cortice coriario recenti in vaporariis uberrime. Per totum annum.

II. Erumpentia. Primo inclusa, dein erumpentia, sublibera, globosa l. depressa, glabra.

9. *S. corrugatum Fr.* Longitudinaliter erumpens, difforme, carnosum, tenacissimum, scruposo-rugosum, primo pallidum, dein nigrum, intus dilutius.

S. CORRUGATUM FR. *Elench. Fung.* 2. *p.* 43.

Ad caules emortuos *Georginae variabilis* WILLD. Primo vere.

10. *S. Arctii Weinm.* Erumpens, sparsum, primo globosum, dein plano-depressum, rugosum, extus spadiceum, intus album.

S. ARCTII WEINM. *in flora an.* 1832. *nro.* 29. *p.* 457.

Junius immersum, albido-fuscescens, oblongiusculum, mox globosum et in statu totius evolutionis rotunda-

tum, plano-depressum, $\frac{1}{2}$—1″ et ultra latum, cavum, pezizoideum. In statu vetusto nigrescit.

Erumpit e caulibus emortuis *Arctii Bardanae* Willd. Primo vere.

11. *S. xylophilum Weinm.* Erumpens, sparsum, rotundum, ovale l. oblongiusculum, nitidum, laeve, extus nigrum, intus caesium.

S. xylophilum Weinm. *in flora an.* 1832 *nro.* 29. *p.* 457.

In lignis putrescentibus *Alni incanae* Willd. Primo vere.

12. *S. Tulipae Weinm.* Erumpens, gregarium l. confluens, arcte adnatum, globosum l. difforme, atrum, obscurum, rugosum, intus album.

Primo album et filis araneosis, textura villosaque obtectum, mox erumpens, fuscescens, demum atrum, plerumque globosum, subinde oblongum et confluens, durum, $\frac{1}{2}$ — 1″ latum, thallo fibrilloso circumvagante.

In squamis emortuis induratis *Tulipae Gesnerianae* Linn. Autumno.

III. Adnata. Superficialia, nuda, basi adnata.
Caulicola et entophylla.

13. *S. varium Pers.* Gregarium l. confluens, junius album, mox fuscescens, dein nigrum, subrotundum l.

oblongum aut varie formatum lobatumque, subadnatum, rugosum.

S. VARIUM PERS. *Syn. Fung. p.* 122. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 122. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 75. — DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 112. — NEES *Syst. tab.* 14. *fig.* 138. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 142. — ELVELLA BRASSICAE HOFFM. *veg. crypt.* 2. *p.* 18. *tab.* 5. *fig.* 2.

Ad caules et nervos foliorum *Brassicae oleraceae* atque in interno latere caulium majorum *Altheae* atque *Georginae*. Hyeme, vere.

14. *S. pyrinum Fr.* Oblongum, flexuosum, lobatum, molle, nigricans, intus pallidum. Fr.

S. PYRINUM FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 258. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 133. — TREMELLA USTULATA BULL. *Champ. tab.* 420. *fig.* 2. — MART. *Fl. mosq. p.* 247.

In fructibus carnosis putrescentibus observavit MARTIUS l. c. (V. icon.).

15. *S. durum Pers.* Sparsum, primo epidermide tectum, dein nudum, adnatum, elongatum, subdifforme, depressum, nigrum, intus albidum.

S. DURUM PERS. *Syn. Fung. p.* 121. — FR. *Syst. myc.* 2. *p.* 259. — ALB. *et* SCHW. *Consp. Fung. p.* 74. — DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 277. — WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 133. — GREV. *Fl. scot. crypt. tab.* 1. — LIBOSCH. *l. c.* — HOLL *et* SCHMIDT *Fung. exsic. fasc.* 1. *nro.* 10. —

Praeamat caules exsiccatos Umbelliferarum majorum. Vere.

Digitized by Google

16. *S. Braſsicae Pers.* Sparsum l. gregarium, junius album, dein nigrum, forma varium, depressum, tenue, intus album, demum nigro-punctatum.

S. Brassicae Pers. *Syn. Fung. p.* 122. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 259. — Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 132. — Mart. *Fl. mosq. p.* 217. — Alb. *et* Schw. *Consp. Fung. p.* 75.

Inter folia putrescentia *Brassicae oleraceae.* Hyeme.

17. *S. applanatum Weinm.* Sparsum, applanatum, diſ-ſorme, ſere liberum, sub lente ſoveolatum, glabrum, nigrum, intus bruneum.

S. applanatum Weinm. *in flora an.* 1832. *nro.* 49. *p.* 457.

Varie formatum, $\frac{1}{2}'''$ ſere crassum, 1 — 3'' longum, $\frac{1}{2}$ — 1'' latum, tenax.

Supra ligna mucida pinea. Aprili.

18. *S. circumscriptum Fr.* Sparsum, immerso-innatum, cymbiformi-depressum, intus album, linea circumscribente atra a matrice limitatum, oblongum l. subrotundum. Fr.

S. circumscriptum Fr. *Elench. Fung.* 2. *p.* 44.

In foliis marcescentibus *Yuccae gloriosae* Linn. et in tunicis exsiccatis *Crini latifolii* Linn. in caldariis nostris. Per annum.



Digitized by Google

19. *S. Pustulla DC.* Sparsum, durum, hypophyllum, varium, rugulosum, nigrescens, intus corneum, album.

S. Pustulla DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 113. *a.* — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 260. — Scl. quercinum Pers. *Syn. Fung. p.* 124. — Libosch. *l. c.* — Letell. *Livrais* 6. *tab.* 626. *fig.* 1. — Grev. *Fl. scot. crypt. tab.* 77.

Ad folia dejecta quercina. Vere.

IV. *Xyloma.* Basi applanata, innata, cum epidermide concreta. Epiphylla.

20. *S. populinum Pers.* Gregarium aut confluens, innatum, varie formatum, convexo-planum, gilvo-rufum, demum nigrescens.

S. populinum Pers. *Syn. Fung. p.* 125. — Fr. *Syst. myc.* 2. *p.* 262. — Letell. *Livrais* 6. *tab.* 626. *fig.* 1. Schmidt *et* Kuntze *Fung. exsic. fasc.* 5. *nro.* 108. — Mart. *Fl. mosq. p.* 218. *l. c.* — Perisporium populinum Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 746.

In utraque pagina foliorum humi jacentium *Populi Tremulae, candicantis.* — Prope Mosquam (Martius). — Libosch. l. c. — Autumno, vere.

Trib. IV. PERISPORII. Peridium confusum, sporangiola includens. Epiphyti, plantas vivas incolentes. Fr.

## XLVII. ERYSIPHE DC.

Mucor Erysiphe Linn. *spec. plant.* 2. — Sclerotium Erysiphe Pers. *Syn. Fung. p.* 124. — Erysiphe DC. *Fl. fr.* 2. *p.* 272. — Fries *Syst. Orb. veg. I. p.* 160. — *Syst. myc. III. p.* 234. — Erysibe Link *Spec. plant. Tom. VI. Pars I.* 100. Schlecht. *Fl. Berol. II. p.* 168. — Alphitomorpha Wallr. *Fl. germ. IV. p.* 753.

Peridium carnosum, globosum, demum apice dehiscens, collabescendo subumbilicatum, peridiolis solitariis aut pluribus farctum. Sporidia sporidiolis saepe referta. — Libere evolutae, superficiales, thallo floccoso insidentes. Peridium in omnibus primo pallidum, mox flavum, dein fuscum, tandem nigrescens. Fr.

Erysibe Rebent. Sporangium floccis impositum. Sporangiola solitaria plurave nuda. Schlecht. *Fl. Berol.* 2. *p.* 106.

1. *Sporangia floccis fulcrantibus instructa.*

a. Sporangiolo singuli in singulo sporangio.

1. *E. macularis Schlecht.* Floccis brevissimis, densis, floccosis, albis, tandem obsoletis, in maculas determinatas,

bullatas conjunctis; sporangiis confertissimis, parvis, demum depressis; fulcris longis, sursum tortis, inflexis, tortis. *Schlecht.*

E. MACULARIS SCHLECHT. *Fl. Berol.* 2. *p.* 168. — ERYSIPHE MACULARIS FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 237. *a.* — ERYSIBE HUMULI DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 106. — LINK *spec. plant.* 6. 1. *p* 101. — KLOTSCH *Herb. viv. myc.* 1. *nro.* 63. — SCLEROTIUM ERISIPHE PERS. *Syn. Fung. p.* 124. — MART. *Fl. mosq. p.* 217. — ALPHITOMORPHA MACULARIS WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 756. — MUCOR ERYSIPHE LINN. *suec. nro.* 1292. — GORT. *Fl. ing. p.* 190. — SOBOL. *Fl. pet. p.* 324.

In foliis vivis *Humuli Lupuli L.* Aestate frequens.

b. Sporangiolis pluribus in singulo sporangio.

2. *E. communis Schlecht.* Floccis longis, arachnoideis, contextis, demum maculas effusas formantibus; sporangiis sphaericis, dispersis, numerosissimis, tandem nigro-fuscis; fulcris albis, acutis. *Schlecht.*

E. COMMUNIS SCHLECHT. *Fl. Berol.* 2. *p.* 168. — LINK *spec. plant.* 6. 1. *p.* 105. — ERYSIPHE COMMUNIS FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 239. — ALPHITOMORPHA COMMUNIS WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 758.

In foliis vivis Ranunculacearum, Graminearum, Polygonearum, Geraniacearum etc. passim. Aestate, Autumno.

3. *E. biocellata Ehrenb.* Floccis raris, sparsis, sporan-

giis parvis; fulcris brevibus, simplicibus, flexuosis; sporangiolis binis, pellucidis, biocellatis. *Schlecht.*

E. BIOCELLATA EHRENB. — SCHLECHT. *Fl. Berol.* 2. *p.* 168. — ERYSIBE BIOCELLARIS LINK *Spec. plant.* 6. 1. *p.* 109. — ERYSIPHE COMMUNIS B. FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 239. — ALPHITOMORPHA HORRIDULA WALLR. *Fl. germ* 4. *p.* 755. *a.*

In foliis marcescentibus *Lycopi europaei L.* parce. Aestate, autumno.

4. *E. lamprocarpa Schlecht.* Floccis dense intertextis, tenuibus, maculas effusas, albo-cinerascentes formantibus; sporangiis sphaericis, nitidis, demum, nigro-fuscis; fulcris plurimis, longissimis, tortuosis, fuscescentibus. *Schlecht.*

E. LAMPROCARPA SCHLECHT. *Fl. Berol.* 2. *p.* 169. — LINK *Spec. plant.* 6. 1. *p.* 108. — ERYSIPHE COMMUNIS C. FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 239. — ALPHITOMORPHA LAMPOCARPA WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 757. *a.*

In foliis vivis *Galeopsidis vulgaris.* Aestate.

5. *E. circumfusa Schlecht.* Floccis, longis, laxe intertextis, in maculas tenues effusis; sporangiis majusculis, sphaericis, superne impressis; fulcris permultis longis, ferrugineo-fuscis. *Schlecht.*

E. CIRCUMFUSA SCHLECHT. *Fl. Berol.* 2. *p.* 169. — ERYSIPHE COMMUNIS DC. FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 240. — ALPHITOMORPHA LAMPROCARPA γ. WALLR. *Fl. germ.* 4. *p.* 758.

Digitized by Google

In foliis vivis *Plantaginis majoris* L. Aestate.

6. *E. depressa Schlecht.* Floccis longissimis, laxe intertextis, cinerascentibus, maculas effusas formantibus; sporangiis sphaericis, majusculis, demum concaviusculis, marginatis fulcrisque obsoletis, intertextis, nigrofuscis. *Schlecht.*

E. depressa Schlecht. *Fl. Berol.* 2. *p.* 169. — Link *Spec. plant.* 6. 1. *p.* 110. — Erysiphe communis E. Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 240. — Alphitomorpha depressa Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 758.

In foliis vivis *Arctii Bardanae* Willd. Aestate.

7. *E. adunca Schlecht.* Floccis parcis, albo-cinerascentibus, maculas effusas formantibus; sporangiis globosis, sparsis, fusco-nigris; fulcris densis, patentibus, inflexis, longissimis, apice incurvato-aduncis. *Schlecht.*

E. adunca Schlecht. *Fl. Berol.* 1. *p.* 169. — Link *Spec. plant.* 6. 1. *p.* 111. — Erysiphe adunca Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 245. — Grev. *Fl. Scot. crypt. tab.* 296. Alphitomorpha adunca Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 755.

In foliis *Salicis acutifoliae* Willd. raro. Aestate.

8. *E. guttata Schlecht.* Floccis brevibus; regulariter intertextis, albis; maculas determinatas demum confluentes formantibus; sporangiis magnis, sphaericis; fulcris rectis, simplicibus, rigidis, basi bulbosis. *Schlecht.*

E. guttata Schlecht. *Fl. Berol.* 2. *p.* 170. — Link *Spec. plant.* 6. 1. *p.* 116. — Erysiphe guttata Fr.

Digitized by Google

*Syst. myc.* 3. *p.* 245. — Erysibe suffulta Nees *Syst. tab.* 14. *fig.* 134. — Erysibe pachypus Mart. *Fl. crypt. Erlang. p.* 393. — Sclerotium Erysiphe Schum. *Fl. Saell.* 2. *p.* 187. — Sclerot. Erysiphe *β*. Pers. *Syn. Fung. p.* 124. — Alphitomorpha guttata Wallr. *Fl. germ.* 4. *p.* 760.

In foliis vivis *Coryli Avellanae* Linn. Autumno.

Digitized by Google

Digitized by Google

# ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 3. Ad A. PHALLOIDEM adde: Aest. Autum.

— 6. lin. 14 dele: NEES *Syst. tab.* 1. *fig.* 3. 4. *et in eadem pag. adde ad* A. MUSCARIUM LINN.: GREV. *scot. crypt. Fl. tab.* 54 atque KLOTSCH. *Herb. vivum myc. nro.* 1.

— 10. Ad A. CRISTATUM BOLT. adde: GREV. *l. c. tab.* 176.

— 12. Ad A. MESOMORPHUM BULL. adde: Augusto.

— 13. Ad A. GRANULOSUM BATSCH adde: GREV. *l. c. tab.* 104.

— 14. Ad A. MELLEUM VAHL adde: GREV. *l. c. tab.* 332. — KLOTSCH *l. c. nro.* 2.

— 17. Ante A. PUSTULATUM addatur:

*A. limacinus Scop.* Pileo carnoso, convexo, dein plano, obtuse-umbonato, olivaceo-nigrescente, fibrilloso, molli; lamellis subdecurrentibus, crassis, subdistantibus, albido-cinereis; stipite ventricoso, radicato, pallido, farcto, fibrilloso-striatulo.

A. LIMACINUS SCOP. FR. *in lit. et Syst. myc.* 1. *p.* 36. (*inter inquirend. enum.*) — WEINM. *in Linnaea Tom.* 10. *fasc.* 1. *p.* 52.

Gregarius. Pileus 2—3′ lat. Lamellae valde crassae l. carnosae, venoso-plicatae, subinde furcatae, et in statu sicciori fere olivaceo-micantes. Stipes undique attenuatus,



Digitized by Google

apice basique 5—8″, in medio 1′ et ultra crassus. Substantia alba, demum rubescens.

In sylvis prope Raebowam an. 1833. Augusto.

Pag. 21. Ad A. RUTILANTEM SCHAEFF. adde: KLOTSCH *Herb. viv. myc. nro.* 4.

— 22. Nro. 36. loco A. RUFUS PERS. leg.: A. VACCINUS PERS. (*nam p.* 47 *alia spec. nomine* A. RUFI SCOP. *exstat.*)

— 38. Ad A. TORMINOSUM SCHAEFF. adde: KLOTSCH *Herb. viv. myc. nro.* 5.

— 43. Ad A. DELICIOSUM LINN. adde: KLOTSCH *l. c. nro.* 6.

— 46. Ad A. SUBDULCEM PERS. adde: KLOTSCH *l. c. nro.* 8. — In eadem pag. lin. ultima adde: Jul. — Septemb.

— 47. Ad. A. RUFUM SCOP. adde: KLOTSCH *l. c. nro.* 7.

— 57. lin. 5 dele: Aug. et in eadem pag. adde ad A. OREADEM BULL.: GREV. *l. c. tab.* 28.

— 58. Ad A. CERUSSATUM PERS. adde: A. SERICEUS WEINM. *in Linnaea* 1835. *Tom.* 10. *fasc.* 1. *p.* 52. (Est tantum forma hujus speciei variabilis, ut nunc recenter observavi).

— 65. Ad A. FARINACEUM HUDS. adde: GREV. *scot. crypt. Fl. tab.* 249, *et in lin.* 15. adde: A. LACCATUS FR. etc. KLOTSCH *l. c. nro.* 11.

— 67. Ad A. PRATENSEM PERS. a. adde: GREV. *l. c. tab.* 91. et in eadem pag. ad A. VIRGINEUM PERS. adde: GREV. *l. c. tab.* 166.

Digitized by Google

Pag. 68. Post A. UNGUINOSUM FR. inserendus:

*A. corneus Weinm.* Pileo leviter carnoso, convexo, viscido, nigrescente-umbrino; lamellis emarginato-adnatis, albidis, confertis; stipite subcorneo, pileo dilutiore.

Gregarius. Pileus junior hemisphaericus, nigrescente-umbrinus, dein convexus, demum fere planus, dilutior l. nigrescente-badius, ½—2½′ latus. Lamellae ½—2″ latae, primo albae, dein pallescentes. Stipes ½—2½′ longus, 1—2″ crassus, junior farctus, dein utplurimum vermis erosus, aequalis l. basin versus attenuatus.

Inter folia decidua exeunte Junio an. 1832.

— 71. Ante A. OEDEMATOPODEM SCHAEFF. inserendus:

*A. xylophilus Weinm.* Pileo carnoso, firmo, subcampanulato, obtuse-umbonato, albido-lutescente, subhumido, laevi; lamellis adnatis l. levissime decurrentibus, crenatis; stipite deorsum attenuato, stricto, radicato, albo, apice sericeo.

A. XYLOPHILUS WEINM. *in Linnaea Tom.* 10. *fasc.* 1. *p.* 54.

Solitarius. Pileus biuncialis, subfragilis, demum magis explanatus, siccus, nitens. Lamellae confertae, bilineares. Stipes 4—5 longus, 3″ et ultra crassus, tenax.

Digitized by Google

Ad truncum emortuum *Pini Abietis* semel an. 1833. Septemb.

*A. declinis Weinm.* Pileo carnoso, e conico campanulato, umbonato, dilute-fusco, demum rimuloso; lamellis vix adfixis, subdistantibus, albido-pallidis, margine flocculoso-crenulatis; stipite floccoso-farcto, albo, versus apicem pulverulento, aequali.

A. DECLINIS WEINM. *in Linnaea* 1835. *Tom.* 10. *fasc.* 1. *p.* 54.

Gregarius, ima basi cohaerens. Pileus humidus (non viscosus), adultior saepe fissus, 1—2′ latus. Lamellae 1—2″ latae, initio candidae, dein albido-pallidae. Stipes 2′ et ultra longus, 2—3″ crassus, demum pileo dilutior.

In pinetis ad terram prope Slavienkam an. 1833. Augusto.

Anne ambae species potius inter *Calodontes* inserendae? — Aptiorem locum invenire non possum.

Inter *Thraustos* (FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 114) inserendi:

*A. exscissus Fr.* Pileo carnoso, laevi, cinereo; lamellis linearibus, confertis stipiteque solido, aequali, glabro candidis. Fr.

A. EXSCISSUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 114.

Pileus junior subcampanulatus, mox planus, umbone demum prominente, siccus, uncia-

Digitized by Google

lis. Lamellae angustae. Stipes solidus, 1—2′ longus, 2″ crassus, teres. Fr.

Vidi tantum pauca exempla sicca, anno 1830 ab alumno meo E. Thörmer collecta.

In pratis prope Slavienkam. Augusto.

*A. melaleucus Pers.* Pileo carnoso, convexo, dein plano, nigrescente-fuscescente, laevi; lamellis emarginatis, confertis, subventricosis, candidis; stipite pileo paulo dilutiore, subcavo, striato, basi subincrassato.

A. MELALEUCUS PERS. *Syn. Fung. p.* 355. — *Mycol. europ.* 3. *p.* 216. — FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 114. — *Observ. myc.* 2, *p.* 114.

Gregarius, subfragilis. Pileus interdum obtuse-umbonatus, junior nigrescente-fuligineus, adultior nigrescente-fuscescens, valde mollis, in statu sicco expallens, 1½—3′ latus. Lamellae 1—2″ latae, adultae sordide-albae, plus minus emarginatae. Stipes junior floccoso-farctus, dein cavus, 2—3½′ long., 1—2″ crass.

In sylvis acerosis mixtisque saepius legi. Aug. Septemb.

b. *lamellis lutescentibus.* Pileus carnosus, junior subcampanulatus, mox fere planus, cinereo-fuligineus, glaber, 1½—2½′ latus. Lamellae emarginatae, confertae, primo al-

bidae, dein lutescentes, 1—3″ latae. Stipes sordide-albidus, nigrescente-fibrillosus, ſarctus, aequalis aut ad basin parum incrassatus, 1½—2′ longus.

A. MELALEUCUS PERS. var. WEINM. *in Linnaea* 1835. *Tom.* 10. *fasc.* 1. *p.* 53.

In sylvis subhumidis ad terram prope Slavienkam. Septemb.

*A. elevatus Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo convexo-plano, elevato-acuteque umbonato, dilute-griseo-nitente, fibrilloso; lamellis emarginatis, rotundatis, subdistantibus, crassiusculis, albis; stipite longo, fibrilloso, farcto, subaequali, sericeo-nitente.

A. ELEVATUS WEINM. *in Linnaea* 1835. *Tom.* 10. *fasc.* 1. *p.* 53.

Solitarius, inodorus, subfragilis. Pileus 1—1¼ lat., siccus, eximie acute et elevato umbonatus, umbone fuscescente. Lamellae 3″ latae, erosulae. Stipes 8′ longus, 3″ et ultra crassus, sursum parum attenuatus.

In pinetis elevatis, subhumidis, muscosis rarissime. Augusto.

Pag. 72. Ad A. MACULATUM ALB. et SCHW. adde: Aug. Sept.

— 74. Ad A. CONFLUENTEM PERS. adde: KLOTSCH *Herb. viv. myc. nro.* 12.

— 80. Ad A. INFUNDIBULIFORMEN FR. adde: KLOTSCH *l. c. nro.* 10. (exemplaria minus completa.)

Digitized by Google

Pag. 96. Ad A. OREADEM BOLT. adde: GREV. *scot. crypt. Fl. tab.* 323. — KLOTSCH *l. c. nro.* 14. (noster fungus semper major.) — In eadem pag. ante A. FUSCO-PURPUREUM PERS. addatur:

*A. terginus Fr.* Pileo leviter carnoso, convexo, albido-incarnato, sicco, nitente; lamellis confertis, pallidis, subliberis; stipite pileo concolore, basi albo-strigoso-villoso.

A. TERGINUS FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 128. — PERS. *myc. europ.* 3. *p.* 136.

Subgregarius, tenax. Pileus adultior planus, interdum subdepressus et expallens, ½—1′ latus, ceterum laevis, glaber. Lamellae ½—1″ latae, juniores utplurimum basi connexae. Stipes 2—3′ longus, 1—2″ crassus, junior floccoso-farctus, dein cavus.

Inter folia decidua in sylvis subhumidis. Ineunte Septemb.

— 97. Ad A. SCORODONIUM FR. adde: KLOTSCH *Herb. viv. myc. nro.* 16.

— 99. Ad A. TUBEROSUM BULL. adde GREV. *l. c. tab.* 23.

— 100. lin. 6 ab infra, post Duderhow, adde: Augusto.

— 101. Ad A. ANDROSACEUM LINN. adde: KLOTSCH *l. c. nro.* 17.

— 103. Ad finem *Collybiarum* inserendus:

*A. globularis Weinm.* Pileo carnoso-membranaceo, globoso, demum disco plano, subum-

Digitized by Google

bilicato, glabro; lamellis adnatis, confertis; stipte farcto, subaequali, basi albo-tomentoso, subradicato.

A. GLOBULARIS WEINM. *in Linnaea* 1835. *Tom.* 10. *fasc.* 1. *p.* 54.

Gregarius, solitarius, subtenax, totus albus, pulchellus! Pileus ½—1′ latus, primo exacte globosus, dein disco planus, margine rotundato-involutus, laevis. Lamellae 2‴ et parum ultra latae. Stipes 1—2″ longus, 1—2″ crassus, subinde sursum paulo attenuatus, apice flocculosus, ceterum substriatus, junior farctus, dein cavus.

In pratis muscosis siccioribus. Septemb.

An potius inter *Clitocybes* enumerandus? Forsan inter fibulaeformes? — sed pileus minus umbilicatus et lamellae non decurrunt.

Pag. 115. Ad A. ROSELLUM FR. adde: descriptionen sequentem:

Gregarius l. confertus. Pileus junior campanulatus incarnato-roseus, disco obscuriore, 4—6″ latae. Lamellae latiusculae, mox confertae, mox distantes, fere decurrentes. Stipes filiformis, 2—3′ longus, subtenax, subinde albido-flavescens.

— 125. Inter A. INCONSTANTEM PERS. et OSTREATUM JACQ. ponendus:

Digitized by Google

*A. Schaefferi Weinm.* Pileo subcarnoso, difformi, margine involuto, testaceo-alutaceo, leviter striato; lamellis decurrentibus, subdistantibus, crassiusculis, integerrimis, albis; stipite brevi, farcto, villoso-tomentoso, pileo dilutiori.

A. CYATHIFORMIS SCHAEFF. *Fung. bavar. tab.* 152. (FR. *in lit.*) A. INVOLUTUS b. *subexcentricus, truncicola* FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 271. (*excluso altero synon.* SCHAEFF. atque BOLTON.)

Solitarius, rarius basi connatus. Pileus tenue carnosus, mollis, irregularis, h. e. aut semicyathiformis, aut semi-infundibuliformis, $2\frac{1}{2}$—3′ latus. Substantia candida, sicca, mollis. Margo pilei semper involutus. Lamellae 2—3″ latae, longe decurrentes, basi non anastomosantes. Stipes $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$′ longus, 4—5″ crassus, subteres.

Ad truncum crassum, emortuum, dejectum *Betulae albae* semel, sed completa specimina legi. Septemb.

Pag. 126. Nro. 212. A. URSINUS FR. est delendus, nam *Lentisci* spec. est, et pag. 284. invenies.

— 129. Ad A. STIPTICUM BULL. adde: KLOTSCH *Herb. viv. myc. nro.* 18.

— 142. Ante A. HIRTIPEDEM SCHUM. inserendus:

*A. rubellus Scop.* var. Pileo leviter carnoso, convexo, obtuso, laevi, glabro, fuscescente-incar-

nato; lamellis adfixis, confertis, subtilissime crenulatis, pallide-incarnatis; stipite sursum attenuato, candido, villoso, fistuloso.

A. RUBELLUS SCOP. *var.* FR. *in lit.* — A. FUSCO-INCARNATUS WEINM. *in Sched.*

Subgregarius. Pileus junior convexus, dein magis explanatus, 1—1¾′ lat. Lamellae 1—2″ latae. Stipes 1½′ longus, apice 2—3″, ad basin 4—5″ crassus, extus intusque candidus. Odor nullus. Sporidia incarnata!

In trunco vetusto alneo prope Pawlowsk an. 1833. Augusto.

Pag. 173. Ad A. ARMENIACUM adde: SCHAEFF.

— 175. Post A. DECIPIENTEM PERS. adde:

*A. fuscescens Weinm.* Pileo subcarnoso, convexo, dein fere plano, fuscescente, obtuse umbonato, margine fibrilloso; lamellis inaequalibus, adnexis, subventricosis, confertis; stipite fistuloso, aequali, subfibrilloso.

A. FUSCESCENS WEINM. *in Linnaea* 1835. *Tom.* 10. *fasc.* 1. *p.* 56.

Subgregarius, subfragilis, totus unicolor, humidus fuscescens, siccus, fuscescente-alutataceus. Pileus ½—1′ latus, disco glaber. Lamellae 1—1½″ latae, adultae subcinnamomeae. Stipes 1½—2′ et paulo ultra lon-

Digitized by Google

nis, 1—1½" crassus, strictus l. parum flexuosus. Sporidia fusco-ferruginea.

In pinetis inter muscos humidos. Augusto.

**Pag. 180.** Post A. ILIOPODIUM BULL. inserendus:

*A. rigidus Scop.* Pileo carnoso-membranaceo, hemisphaerico, umbrino-fusco, margine albo-fibrilloso, obtuso; lamellis adnatis, subdistantibus, obscure-cinnamomeis; stipite aequali, pileo paulo dilutiore, farcto, squamis albis adpressis vestito.

A. RIGIDUS SCOP. — FR. *in lit. et Syst. myc.* 1. *p.* 237. (inter inquirend.)

Gregarius l. basi cohaerens. Odor gratus. Pileus 1—1¾' latus, humidus umbrino-fuscus, siccus parum dilutior, subinde squamulis fibrillisque ferruginascentibus vestitus. Lamellae 2—3" latae. Stipes 3—4' longus, 2—3" crassus, strictus l. subflexuosus, junior farctus, adultus cavus l. potius vermis erosus.

In pinetis inter muscos subhumidos an. 1833. Augusto.

— **185.** Ad A. GRATUM WEINM. adde: ad terram graminosam. Augusto.

— **190.** Ad A. RIMOSUM BULL. adde: GREV. *scot. crypt. Fl. tab.* 128.

— **197.** lin. 5. loco: Radix terram, leg.: Radix truncos (nam in truncis, nec ad terram, crescit). —

Digitized by Google

In eadem pag. adde ad A. ADONIVELLUM BATSCH KLOTSCH. *Herb. viv. myc. nro.* 20.

Pag. 198. Ad A. SQUARROSUM MÜLL. adde: GREV. *scot. crypt. Fl. tab.* 2.

— 210. Ad A. SAPINEUM FR. addatur:

*A. sapineus Fr. var. aureo-fulvus Weinm.* Pileus subcarnosus, convexus, mollis, glaber, aureo-fulvus, margine involutus, ½—1′ latus. Lamellae emarginato-adnatae, confertae, 1″ et paulo ultra latae. Stipes tenax, basi albo-fibrillosus, aequalis, farctus, utplurimum curvulus, ¾—1¼′ longus, 1—2″ crassus.

A. SAPINEUS FR. *var. aureo-fulvus.* WEINM. *in Linnaea* 1835. *Tom.* 10. *fasc.* 1. *pag.* 56.

Ad truncos pineos parce. Augusto, Septembri.

— 222. Ante A. TEMULENTUM FR. inserendus:

*A. nuceus Bolt.* Pileo submembranaceo, globoso-campanulato, umbilicato, dilute-castaneo, punctulato, margine lobulato, incurvo; lamellis leviter adnatis, subcrispatis, cinnamomeis; stipite albo, fistuloso, sursum parum attenuato, sericeo-fibrilloso.

A. NUCEUS BOLT. *tab.* 70. *bene!* — FR. *in lit. et in Syst. myc.* 1. *p.* 268. (inter inquirend. enum.)

Subgregarius et gracilis quidem, sed subtenax. Pileus ½—1′ latus, initio dilute-castaneus, fere integer, plus minus umbilicatus, dein

Digitized by Google

obscurior, margine lobulatus: lobulis inaequalibus, incurvis. Substantia tenuis, albida. Lamellae 3—4″ latae, primo dilute-demum obscure-cinnamomeae. Stipes 1½—3′ et ultra longus, 1—1¼″ crassus, basi bulbillo parvo instructus.

In pinetis siccioribus rarissime. Septemb.

Pag. 225. Ad A. INVOLUTUM BATSCH addatur: KLOTSCH *Herb. viv. myc. nro.* 20.

— 228. Ad A. VARIABILEM PERS. adde: GREV. *scot. crypt. Fl. tab.* 235.

— 240. Ad A. CAMPESTREM LINN. adde: GREV. *l. c. tab.* 161.

— 242. Ad A. SEMIGLOBATUM BATSCH adde: GREV. *l. c. tab.* 344.

— 246. Ad A. RUTILUM SCHAEFF. adde: KLOTSCH *l. c. nro.* 22.

— 251. Ad A. FASCICULAREM HUDS. adde: GREV. *l. c. tab.* 329 et KLOTSCH *l. c. nro.* 21. — In eadem pag. addatur ante A. INOPODEM FR.

*A. sticticus Fr.* Pileo carnoso-membranaceo, convexo-plano, orbiculari, laevi, glabro, humido fuscescente-ochraceo, sicco expallente-alutaceo; lamellis adfixis, confertis, demum dilute-cinnamomeis; stipite subfarcto, sursum paulo attenuato, apice albido, ceterum fusco-ferruginascente.

A. STICTICUS FR. *in lit. et in Linnaea* 1835. *Tom.* 10. *fasc.* 1. *p.* 56.

Digitized by Google

Gregarius. Pileus 1—1½' latus. Lamellae juniores pallidae, 1'' et paulo ultra latae. Stipes 2—2½' longus, 1—2'' crassus, primo farctus, dein subcavus. Sporidia dilute-ferruginea.

In pinetis inter rejectamenta lignea. Aug. an. 1833.

Pag. 270. Apud A. DISSEMINATUM dele: BATSCH et pone: PERS.

— 271. Ad A. COMATUM BULL. adde: GREV. *l. c. tab.* 119.

— 273. Ad A. MICACEUM BULL. adde: GREV. *l. c. tab.* 76.

— 387. Ad C. CIBARIUM FR. adde: GREV. *l. c. tab.* 258.

— 293. Ad SCH. COMMUNE FR. adde: GREV. *l. c. tab.* 61.

— 301. Ad B. LURIDUM SCHAEFF. adde: GREV. *l. c. tab.* 121.

— 306. Ad P. SQUAMMOSUM FR. adde: GREV. *l. c. tab.* 207.

— 313. Ad P. SULPHUREUM FR. adde: GREV. *l. c. tab.* 113.

— 320. Ad P. BETULINUM FR. adde: GREV. *l. c. tab.* 229.

— 324. Ad P. ABIETINUM FR. adde: GREV. *l. c. tab.* 226.

— 327. lin. 7 ab infra, loco: 2—3' longi, lege: 2—3''.

— 333. Ad P. FERRUGINOSUM FR. adde: FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 378.

— 371. Ad S. CONFLUENS FR. adde: GREV. *l. c. tab.* 218.

— 377. Post IRPICEM DEFORMEM inserendum:

Digitized by Google

# RADULUM Fr.

HYDNI *spec. Auct.* — SISTOTREMA PERS. — RADULUM FR. *Syst. Orb. Veg.* 1. *p.* 81. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 148.

Hymenium carnoso-ceraceum, concretum, ambiens, hinc inde tuberculosum. Tubercula difformia, nunc papillas, nunc aculeos rudes subangulatos referentia, subobtusa, distantia, inter se discreta l. irregulariter fasciculata, intus e receptaculo formata. Asci non in tuberculis tantum, sed saepe etiam in hymenio laevigato collocati. Fr.

a. Hydnoidea. Per epidermidem erumpentia.

1. *R. orbiculare Fr.* Effusum, orbiculare, ambitu byssino, dein glabrum, albido-lutescens; tuberculis difformibus, subelongatis fasciculatisque. Fr.

R. ORBICULARE FR. *Elench. Fung.* 1. *p.* 149. — GREV. *scot. crypt. Fl.* 5. *tab.* 278. — HYDNUM RADULA FR. *Syst. myc.* 1. *p.* 423. — SISTOTREMA DIGITATUM PERS. *Syn. Fung.* *p.* 553. — SYST. RADULA PERS. *myc. europ.* 2. *p.* 195; LAEVIGATUM *ibid.*; CERASI *Syn. Fung.* *p.* 552.

In ramis emortuis *Cerasi* et *Betulae* rarissime. Autum.

Pag. 379. Ad TH. PALMATAM FR. adde: GREV. *l. c. tab.* 46.

— 381. Ad TH. LACINIATAM PERS. adde: GREV. *l. c. tab.* 264.

Pag. 384. Ad Th. hirsutam Willd. adde: Grev. *l. c. tab.* 256.

— 386. Ad Th. sanguinolentam Alb. et Schw. adde: Grev. *l. c. tab.* 255.

— 388. Ad Th. quercinam Pers. adde: Grev. *l. c. tab.* 142.

— 393. Post Th. fuscam Fr. inserrenda:

*Th. coerulea Schrad. var. fumosa Fr. in lit.* Late et irregulariter effusa, tenuis, adnata, fuscescente-cinerea, pubescenti-villosa; ambitu oblitterato.

Th. coerulea * fumosa Pers. *myc. europ.* 1. *p.* 147. — Hypochnus fumosus Fr. *Observ. myc.* 2. *p.* 279.

Ad truncum exesum dejectum *Betulae* semel. Autum.

— 401. Ad Ph. merismoidem Fr. adde: Grev. *l. c. tab.* 280. *eximie!*

— 402. Ad M. esculentam Pers. adde: Grev. *l. c. tab.* 68.

— 404. Ad H. crispam Fr. adde: Grev. *l. c. tab.* 143 et Mich. *gen. tab.* 86. *fig.* 7.

— 405. Ad H. lacunosam Afzel. adde: Grev. *l. c. tab.* 36. (*excluso syn.* Mich.)

— 409. Ad L. lubricam Pers. adde: Grev. *l. c. tab.* 56.

— 416. Ad P. repandam Wahlenb. adde: Grev. *l. c. tab.* 54. *et* Jacq. *Miscell.* 2. *tab.* 10.

— 418. Ad P. vesiculosam Pers. adde: Grev. *l. c. tab.* 107.

— 420. Ad P. macropodem Pers. adde: Grev. *l. c. tab.* 70. *nitidissime!*

— 434. Ad P. coccineam Jacq. adde: Grev. *l. c. tab.* 171.

Digitized by Google

Pag. 451. Ad P. SULPHUREAM PERS. adde: GREV. *l. c. tab.* 83.

— 455. Ad P. FUSCAM FR. adde: GREV. *l. c. tab.* 192.

— 461. Ad P. PERSONII MOUG. adde: GREV. *l. c. tab.* 162.

— 466. Ad P. AERUGINOSAM PERS. adde: GREV. *l. c. tab.* 241.

— 475. Post. P. UDAM PERS. addenda:

***P. elaeochrysa** Fr. in lit.* Sessilis, minuta, mollis, aquoso-ceracea; disco dilute-fuliginea, margine integro, dilute-incarnato.

Subgregaria, junior applanata, dein margo intumescens, orbicularis l. subflexuosa, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$″ lata, recens discus dilute-fuligineus, margine dilute incarnato, exsiccata plus minus virescente-aurata.

Ad lignum dejectum betulinum semel. Augusto exeunte.

— 483. Ad A. FURFURACEUM PERS. adde: GREV. *l. c. tab.* 307.

— 490. Ad St. RADIATAM PERS. adde: GREV. *l. c. tab.* 227.

— 496. Ad Sp. FLAVIDAM FR. adde: GREV. *l. c. tab.* 165.

— 497. Ad G. HIRSUTUM PERS. adde: GREV. *l. c. tab.* 185.

— 498. Ad G. VIRIDE PERS. adde: GREV. *l. c. tab.* 211.

— 499. Ad G. CUCULLATUM FR. adde: GREV. *l. c. tab.* 81.

— 503. Ad C. ABIETINAM SCHUM. adde: GREV. *l. c. tab.* 117.

— 505. Ad C. CRISTATAM PERS. adde: GREV. *l. c. tab.* 190

— 506. Ad C. RUGOSAM BULL. adde: GREV. *l. c. tab.* 328.
— In eadem pag. ante *C. macropodem* addatur:



Digitized by Google

*C. Kunzei Fr.* Caespitosa, ramosa, candida; caule glabro; ramis repetito-furcatis, subfastigiatis; axillis compressis. Fr.

C. Kunzei Fr. *Syst.* 1. *p.* 474. — *Elench. Fung.* 1. *p.* 230. — C. chionaea Pers. *myc. europ.* 1. *p.* 167.

Ad terram arenosam, muscosam semel. Exeunte Septemb.

Pag. 513. Ad C. cylindricam Bull. adde: Grev. *l. c. tab.* 51.

— 515. Ad T. phacorrhizam Fr. adde: Phacorrhiza filiformis Grev. *l. c. tab.* 93.

— 516. Ad T. erythropodem Fr. adde: Phacorrhiza erythropus Grev. *l. c. tab.* 43.

— Post Diderma stellare Schrad. adde:

*D. Bongardi Weinm.* Peridio obovato, externo crasso, ochraceo-citrino, ruguloso, frustulatim dehiscente; stipite brevi, striato, flavo; fibris candidis; sporidiis conglobatis, atris.

Diderma citrinum Bong. (non Fr.)

Sparsum. Hypothallus nullus. Peridia cum stipite vix 1″ alta, utplurimum obovata, nitore expertia. Gleba cum capillitio compacta, grumulosa. Fibrae parcae, firmulae, candidae. Columella spuria, centralis. Stipes brevis, crassiusculus, sulcato-striatus, sursum attenuatus, deinde cum peridio confluens.

Affine D. RUPIPEDI FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 101. et PHYSARO COMPACTO EHRENB. *Sylv. myc. Berol. p.* 26; sed notis indicatis diversum. Vidi sub nomine D. CITRINI BONG., qui in foliis delapsis betulignis? in Rossia minore collegit. (Herb. Acad. Imper. scient. Petrop.)

— 596. Ad C. LEUCOCEPHALUM DITTM. adde: *in Rossia minore.* (DR. BONGARD.)

— 600. Ad LICEAM CYLINDRICAM FR. adde: *in Rossia minore.* (DR. BONGARD.)

— 617. STEMONITIS VITELLINA a beat. *Sobolewskio* in Fl. sua Petrop. p. 322. memorata, est: *Diderma conglomeratum* FR.

— 619. Ad C. ARGILLACEUM PERS. adde: *in Rossia minore.* (DR. BONGARD.)

— 621. Ad C. AURANTIACAM FR. adde: *In Rossia minore.* (DR. BONGARD.)

— 631. ONYGENAM CORVINAM ALB. et SCHW. etiam in nido putrescente prope Pawlowsk, praeterlapso autumno, legi.

— 634. Post DICHOSPORIUM AGGREGATUM NEES inserenda

## AEGERITA Pers.

SCLEROTII *spec.* HOFFM. DECAND. — AEGERITA PERS. *Syn. Fung. p.* 684. — NEES *Syst. myc.* 1. *p.* 30. 2. *p.* 7. — LINK *Spec.* 2. *p.* 180. — FR. *Syst. myc.* 3. *p.* 219. — *Orb. Veg.* 1. *p.* 172.

Digitized by Google

Peridium subglobosum, sessile, tenuissimum, latiscens. Sporidia globosa, laxe incumbentia, receptaculo grumoso. Fr.

1. *A. candida Pers.* Valde conferta sparsaque, globoso-hemisphaerica, primo candida, dein flavescens, glabra, mox farinacea.

A. candida Pers. *Syn. Fung. p.* 684. — Nees *Syst. tab.* 2. *fig.* 24. — Grev. *scot. crypt. Fl. tab.* 268. *fig.* 1. — Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 220. — Sclerotium album DC. *Fl. fr.* 6. *p.* 112. — Sclerotium Aegerita Hoffm. *Fl. germ.* 2. *tab.* 9. *fig.* 1.

Crescit in lignis variis vetustis putrescentibus uberrime; etiam in ramis emortuis putrescentibus et ad terram nudam humidam crescentem vidi. A Majo in serum autumnum usque.

2. *A. setosa Grev.* Sparsa, hemisphaerica, candida; setulis sparsis, divergentibus, diametrum fungi superantibus obsita.

A. setosa Grev. *scot. crypt. Fl.* 5. *tab.* 268. *fig.* 2. Fr. *Syst. myc.* 3. *p.* 220.

In ligno dejecto exeso semel. Augusto exeunte.

Pag. 652. Ad E. communem Schlecht. adde: Grev. *l. c. tab.* 134.

Digitized by Google

# INDEX

## GENERUM ET SPECIERUM


| | Pag. |
|---|---|
| Acinula candicans Fr. . . . . . . . . . . . . . . | 641. |
| Acrospermum compressum Tod. . . . . . . . . . | 642. |
| Aegerita candida Pers. . . . . . . . . . . . . . | 676. |
| — setosa Carm. . . . . . . . . . . . . . . . | 676. |
| Aethalium septicum Fr. . . . . . . . . . . . . . | 623. |
| Agaricus acris Bolt. . . . . . . . . . . . . . . . | 40. |
| — acute-squamosus Weinm. . . . . . . . . | 8. |
| — acutus Pers. . . . . . . . . . . . . . . . | 182. |
| — adiposus Batsch . . . . . . . . . . . . . | 198. |
| — Adonis Bull. . . . . . . . . . . . . . . . | 114. |
| — adustus Pers. . . . . . . . . . . . . . . | 35. |
| — aeruginosus Curt. . . . . . . . . . . . . | 244 |
| — albo-bruneus Pers. . . . . . . . . . . . . | 18. |
| — albo-violaceus Pers. . . . . . . . . . . . | 152. |
| — albus Schaeff. . . . . . . . . . . . . . . | 30. |
| — alliaceus Pers. . . . . . . . . . . . . . . | 103. |
| — amarus Fr. . . . . . . . . . . . . . . . . | 63. |


Digitized by Google

| | | Pag. |
|---|---|---|
| Agaricus | amoenus Weinm. | 233. |
| — | androsaceus L. | 101. |
| — | anomalus Fr. | 153. |
| — | antipus Lasch | 235. |
| — | applicatus Batsch | 133. |
| — | arcuatus Bull. | 64. |
| — | argentatus Pers. | 158. |
| — | armeniacus Schaeff. | 173. |
| — | armillatus Fr. | 148. |
| — | arvalis Fr. | 234. |
| — | asemus Fr. | 73. |
| — | asper Pers. | 7. |
| — | aspideus Fr. | 37. |
| — | astragalinus Fr. | 209. |
| — | atomatus Fr. | 262. |
| — | atramentarius Bull. | 272. |
| — | atratus Fr. | 87. |
| — | atro-tomentosus Batsch | 226. |
| — | aurivellus Batsch | 197. |
| — | badius Pers. | 175. |
| — | bifurcatus Weinm. | 85. |
| — | bivelus Fr. | 146. |
| — | blattarius Fr. | 203. |
| — | blennius Fr. | 42. |
| — | Boltonii Pers. | 268. |
| — | Bongardii Weinm. | 28. |
| — | bruneus Pers. | 144. |
| — | Bryorum Pers. | 220. |
| — | bulbiger A. S. | 13. |
| — | bulbosus Sow. | 145. |
| — | butyraceus Bull. | 73. |

Digitized by Google

Pag.
Agaricus Buxbaumii Weinm. . . . . . . . . . . . 250.
— byssisedus Pers. . . . . . . . . . . . . 230.
— calamistratus Fr. . . . . . . . . . . . 186.
— calimorphus Weinm. . . . . . . . . . . 139.
— callisteus Fr. . . . . . . . . . . . . 167.
— callochrous Pers. . . . . . . . . . . . 159.
— callosus Fr. . . . . . . . . . . . . . 256.
— calopus Pers. . . . . . . . . . . . . 97.
— camarophyllus A. S. . . . . . . . . . . 61.
— Campanella Batsch . . . . . . . . . . 88.
— campestris L. . . . . . . . . . . . . 240.
— candicans Pers. . . . . . . . . . . . 87.
— Candollianus Fr. . . . . . . . . . . . 249.
— canescens Weinm. . . . . . . . . . . . 116.
— caninus Fr. . . . . . . . . . . . . . 153.
— cano-bruneus Batsch . . . . . . . . . . 259.
— caperatus Pers. . . . . . . . . . . . 196.
— capillaris Schum. . . . . . . . . . . . 121.
— carbonarius Fr. . . . . . . . . . . . 212.
— castaneus Bull. . . . . . . . . . . . 175.
— cepaestipes Sow. . . . . . . . . . . . 11.
— cerinus Pers. . . . . . . . . . . . . 56.
— cernuus Vahl . . . . . . . . . . . . 261.
— cerussatus Fr. . . . . . . . . . . . . 58.
— cinnamomeus L. . . . . . . . . . . . 168.
— cinereus Bull. . . . . . . . . . . . . 275.
— citrinellus Pers. . . . . . . . . . . . 118.
— clavipes Pers. . . . . . . . . . . . . 53.
— Clavus Bull. . . . . . . . . . . . . . 100.
— clypeolarius Bull. . . . . . . . . . . 9.
— coccineus Wulf. . . . . . . . . . . . 68.

Digitized by Google

| | | Pag. |
|---|---|---|
| Agaricus | collinitus Sow. | 164. |
| — | Columbetta Fr. | 25. |
| — | comatus Müll. | 271. |
| — | compar Weinm. | 166. |
| — | confluens Pers. | 74. |
| — | conicus Schaeff. | 70. |
| — | conigenus Pers. | 76. |
| — | conocephalus Bull. | 269. |
| — | conopilus Fr. | 269. |
| — | conspersus Pers. | 214. |
| — | contortus Bull. | 74. |
| — | controversus Pers. | 36. |
| — | Coprinus Fr. | 239. |
| — | corneus Weinm. | 659. |
| — | corrugis Pers. | 262. |
| — | corticatus Fr. | 122. |
| — | corticola Pers. | 119. |
| — | coruscans Fr. | 166. |
| — | curvatus Weinm. | 248. |
| — | cristatus Bolt. | 10. |
| — | crocatus Schrad. | 110. |
| — | cruentus Fr. | 111. |
| — | curtipes Fr. | 56. |
| — | cyathiformis Bull. | 83. |
| — | dealbatus Fr. | 61. |
| — | decastes Fr. | 27. |
| — | decipiens Pers. | 174. |
| — | declinis Weinm. | 660. |
| — | decolorans Pers. | 31. |
| — | decorus Fr. | 63. |
| — | defossus Batsch | 163. |

Digitized by Google

| | | Pág. |
|---|---|---|
| Agaricus | deliciosus L. | 43. |
| — | deliquescens Bull. | 275. |
| — | depexus Fr. | 172. |
| — | depressus Weinm. | 177. |
| — | detonsus Fr. | 182. |
| — | diaphanus Bong. | 279. |
| — | diatretus Fr. | 85. |
| — | difformis Pers. | 86. |
| — | disseminatus Pers. | 270. |
| — | domesticus Bolt. | 276. |
| — | dryophilus Bull. | 75. |
| — | eburneus Bull. | 16. |
| — | elegans Pers. | 112. |
| — | elevatus Weinm. | 662. |
| — | emeticus Schaeff. | 52. |
| — | ephemerus Bull. | 280. |
| — | epibryus Fr. | 229. |
| — | Epichysium Pers. | 90. |
| — | epiphyllus Pers. | 102. |
| — | epipterygius Scop. | 117. |
| — | equestris L. | 19. |
| — | erebius Fr. | 231. |
| — | ericaeus Pers. | 254. |
| — | erinaceus Fr. | 215. |
| — | erubescens Fr. | 15. |
| — | erugatus Weinm. | 181. |
| — | escharioides Fr. | 214. |
| — | evernius Fr. | 179. |
| — | excoriatus Schaeff. | 9. |
| — | expallens Pers. | 84. |
| — | exscissus Fr. | 660. |

Digitized by Google

Pag.

Agaricus Falkii Weinm. . . . . . . . . . . . . . 261.
— farinaceus Huds. . . . . . . . . . . . . . 65.
— fascicularis Huds. . . . . . . . . . . . . 251.
— fascinans Fr. . . . . . . . . . . . . . 39.
— fastibilis Pers. . . . . . . . . . . . . 205.
— fertilis Pers. . . . . . . . . . . . . 136.
— fibula Bull. . . . . . . . . . . . . . 92.
— filamentosus Scop. . . . . . . . . . . . 156.
— filopes Bull. . . . . . . . . . . . . 104.
— fimicola Pers. . . . . . . . . . . . . 266.
— fimiputris Bull. . . . . . . . . . . . 265.
— firmus Weinm. . . . . . . . . . . . . 157.
— flaccidus Sow. . . . . . . . . . . . . 79.
— flammans Batsch . . . . . . . . . . . 199.
— flavidus Schaeff. . . . . . . . . . . . 208.
— flexuosus Fr. . . . . . . . . . . . . 49.
— foenisecii Pers. . . . . . . . . . . . 259.
— foetens Pers. . . . . . . . . . . . . 34.
— fragilis Pers. . . . . . . . . . . . . 33.
— fragrans Sow. . . . . . . . . . . . . 85.
— fuliginosus Fr. . . . . . . . . . . . 48.
— fulvo-marginatus Weinm. . . . . . . . . 200.
— fulvus DC. . . . . . . . . . . . . . 19.
— fumosus Pers. . . . . . . . . . . . . 55.
— furcatus Pers. . . . . . . . . . . . . 35.
— furfuraceus Pers. . . . . . . . . . . . 216.
— fuscescens Weinm. . . . . . . . . . . 666.
— fusco-purpureus Pers. . . . . . . . . . 96.
— fusipes Bull. . . . . . . . . . . . . 72.
— galericulatus Scop. . . . . . . . . . . 103.
— galopus Pers. . . . . . . . . . . . . 110.

Pag.
Agaricus gausapatus Fr. . . . . . . . . . . . 23.
— geophyllus Sow. . . . . . . . . . . 192.
— gilvus Pers. . . . . . . . . . . . . 78.
— glandicolor Fr. . . . . . . . . . . 179.
— glaucopus Schaeff. . . . . . . . . . 159.
— globularis Weinm. . . . . . . . . . 663.
— glutinosus Schaeff. . . . . . . . . 245.
— glyciosmus Fr. . . . . . . . . . . 47.
— Gorteri Weinm. . . . . . . . . . . 138.
— gracilis Pers. . . . . . . . . . . 263.
— gracillimus Weinm. . . . . . . . . 121.
— graminicola Nees . . . . . . . . . 216.
— grammopodius DC. . . . . . . . . . 54.
— granulosus Batsch . . . . . . . . . 13.
— gratus Weinm. . . . . . . . . . . 185.
— Güldenstaedtii Weinm. . . . . . . . 98.
— haematopus Pers. . . . . . . . . . 111.
— haustellaris Fr. . . . . . . . . . 228.
— helvus Fr. . . . . . . . . . . . . 47.
— hemitrichus Pers. . . . . . . . . . 181.
— hirneolus Fr. . . . . . . . . . . 223.
— hirtipes Schum. . . . . . . . . . 142.
— Hoeftii Weinm. . . . . . . . . . . 178.
— Hornemanni Fr. . . . . . . . . . . 244.
— hyperellus Fr. . . . . . . . . . . 221.
— Hypnorum Schrank . . . . . . . . . 220.
— hypothejus Fr. . . . . . . . . . . 18.
— hysginus Fr. . . . . . . . . . . . 42.
— jecorinus Fr. . . . . . . . . . . 41.
— iliopodius Bull. . . . . . . . . . 180.
— imbricatus Fr. . . . . . . . . . . 22.

Digitized by Google

Pag.

Agaricus inaequalis Weinm. . . . . . . . . . . 116.
— inamoenus Fr. . . . . . . . . . . 62.
— inconstans Pers. . . . . . . . . . . 123.
— infractus A. S. . . . . . . . . . . 161.
— infundibuliformis Fr. . . . . . . . . . 80.
— ingricus Weinm. . . . . . . . . . 147.
— inhonestus Weinm. . . . . . . . . 175.
— injucundus Weinm. . . . . . . . . 150.
— inopus Fr. . . . . . . . . . . . 209.
— inquilinus Fr. . . . . . . . . . . 236.
— insulsus Fr. . . . . . . . . . . . 44.
— integrellus Pers. . . . . . . . . . . 121.
— involutus Batsch . . . . . . . . . 225.
— junonius Fr. . . . . . . . . . . . 199.
— lacerus Fr. . . . . . . . . . . . . 188.
— lacrymabundus Bull. . . . . . . . . 247.
— lacteus Pers. . . . . . . . . . . . 115.
— lanatus Bong. . . . . . . . . . . . 279.
— lanuginosus Bull. . . . . . . . . . 186.
— lascivus Fr. . . . . . . . . . . . . 62.
— lateritius Schaeff. . . . . . . . . . 250.
— lentus Pers. . . . . . . . . . . . . 213.
— Lerchii Weinm. . . . . . . . . . . 11.
— leucopus Pers. . . . . . . . . . . 177.
— lignatilis Fr. . . . . . . . . . . . 127.
— limacinus Scop. . . . . . . . . . . 657.
— limonius Fr. . . . . . . . . . . . 172.
— limulatus Fr. . . . . . . . . . . . 201.
— lineatus Bull. . . . . . . . . . . . 114.
— Linkii Fr. . . . . . . . . . . . . . 140.
— longicaudus Pers. . . . . . . . . . 165.


Digitized by Google

| | | Pag. |
|---|---|---|
| Agaricus | lubricus Pers. | 212. |
| — | lucifugus Fr. | 191. |
| — | luridus Pers. | 40. |
| — | macilentus Fr. | 77. |
| — | maculatus A. S. | 72. |
| — | malachius Fr. | 155. |
| — | mammosus Fr. in lit. | 49. |
| — | maurus Fr. | 82. |
| — | melaleucus Pers. | 661. |
| — | melinoides Bull. | 219. |
| — | melleus Vahl | 14. |
| — | merdarius Fr. | 253. |
| — | merus Weinm. | 141. |
| — | mesomorphus Bull. | 12. |
| — | metachrous Fr. | 84. |
| — | metatus Fr. | 107. |
| — | micaceus Bull. | 273. |
| — | miniatus Fr. | 69. |
| — | mitis Pers. | 129. |
| — | mitissimus Fr. | 45. |
| — | mniophilus Lasch | 221. |
| — | mollis Schaeff. | 227. |
| — | montanus Pers. | 258. |
| — | mucidus Schrad. | 14. |
| — | Mucor Batsch | 117. |
| — | multiformis Fr. | 162. |
| — | muralis Sow. | 91. |
| — | muricatus Fr. | 201. |
| — | muscarius L. | 5. |
| — | muscigenus Schum. | 108. |
| — | mutabilis Schaeff. | 201. |



Digitized by Google

| | | Pag. |
|---|---|---|
| Agaricus | mycenoides Fr. | 204. |
| — | Myosotis Fr. | 253. |
| — | nanus Pers. | 138. |
| — | nebularis Batsch | 52. |
| — | necator Bull. | 38. |
| — | nidulans Pers. | 130. |
| — | Nigrella Pers. | 143. |
| — | nitens Vahl | 243. |
| — | nitidus Pers. | 31. |
| — | niveus Pers. | 226. |
| — | nuceus Bolt. | 668. |
| — | nucisedus Fr. | 257. |
| — | nudus Bull. | 29. |
| — | obtusus Fr. | 183. |
| — | ocellatus Fr. | 99. |
| — | ochroleucus Pers. | 158. |
| — | odorus Bull. | 57. |
| — | oedematopus Schaeff. | 71. |
| — | olivaceo-albus Fr. | 17. |
| — | olorinus Fr. | 54. |
| — | oniscus Fr. | 86. |
| — | opalus Fr. | 217. |
| — | oreades Bolt. | 95. |
| — | oreinus Fr. | 29. |
| — | ostreatus Jacq. | 123. |
| — | pallidus Pers. var. | 43. |
| — | pannosus Fr. | 215. |
| — | pantherinus DC. | 6. |
| — | panuoides Fr. | 226. |
| — | papilionaceus Bull. | 265. |
| — | papillatus Batsch | 277. |
| — | parvulus Weinm. | 238. |

Digitized by Google

| | | Pag. |
|---|---|---|
| Agaricus | pascuus Pers. | 141. |
| — | pediades Fr. | 253. |
| — | pennatus Fr. | 260. |
| — | perforans Hoffm. | 102. |
| — | peronatus Bolt. | 95. |
| — | perbrevis Weinm. | 185. |
| — | perpusillus Lumm. | 133. |
| — | personatus Fr. | 28. |
| — | pessundatus Fr. | 20. |
| — | petaloides Bull. | 125. |
| — | phalloides Fr. | 2. |
| — | pholideus Liljebl. | 149. |
| — | phyllophilus Pers. | 82. |
| — | picreus Pers. | 211. |
| — | pictus Fr. | 89. |
| — | pinsitus Fr. | 131. |
| — | piperatus Scop. | 50. |
| — | pityreus Fr. | 223. |
| — | platyphyllus Pers. | 66. |
| — | plautus Weinm. | 136. |
| — | plexipes b. Fr. | 108. |
| — | plicatilis Sow. | 278. |
| — | plumbeus Bull. | 48. |
| — | Pluteus Batsch | 137. |
| — | politus Pers. | 142. |
| — | polygrammus Bull. | 109. |
| — | porphyrius Fr. | 3. |
| — | porrigens Pers. | 130. |
| — | praecox Pers. | 232. |
| — | pratensis Pers. | 66. |
| — | Prescotii Weinm. | 249. |

Digitized by Google

Pag.

Agaricus procerus Scop. . . . . . . . . . . . . 7.
— Prunulus Pers. . . . . . . . . . . . . 134.
— psittacinus Schaeff. . . . . . . . . . . 69.
— pterigenus Fr. . . . . . . . . . . . . 120.
— pulmonarius Fr. . . . . . . . . . . . 128.
— pumilus Pers. . . . . . . . . . . . . 204.
— punctatus Fr. . . . . . . . . . . . . 207.
— purpurascens A. S. . . . . . . . . . . 16.
— purpureus Bull. . . . . . . . . . . . 168.
— purus Pers. . . . . . . . . . . . . . 113.
— pusillus Fr. . . . . . . . . . . . . . 222.
— pustulatus Pers. . . . . . . . . . . . 17.
— putidus Weinm. . . . . . . . . . . . 12.
— pyriodorus Pers. . . . . . . . . . . . 185.
— pyxidatus Bull. . . . . . . . . . . . 92.
— quietus Fr. . . . . . . . . . . . . . 45.
— radiatus Bolt. . . . . . . . . . . . . 220.
— radicosus Pall. , . . . . . . . . . . 569.
— ramealis Bull. var. . . . . . . . . . 100.
— rancidus Fr. . . . . . . . . . . . . 104.
— raphanoides Pers. . . . . . . . . . . 171.
— repandus Bull. . . . . . . . . . . . . 184.
— rhodopolius Fr. . . . . . . . . . . . 135.
— Riederi Weinm. . . . . . . . . . . . 161.
— rigidus Scop. . . . . . . . . . . . . 667.
— rimosus Bull. . . . . . . . . . . . . 190.
— ringens Fr. . . . . . . . . . . . . . 132.
— rosellus Fr. . . . . . . . . . . . . . 113.
— Rotula Scop. . . . . . . . . . . . . . 101.
— rubellus Scop. var. . . . . . . . . . 665.
— ruber Fr. . . . . . . . . . . . . . . 34.

Digitized by Google

Pag.

Agaricus rubescens Fr. . . . . . . . . . . . . . 6.
— rufus Scop. . . . . . . . . . . . . . . 47.
— Russula Schaeff. . . . . . . . . . . . 21.
— rutilans Schaeff. . . . . . . . . . . 21.
— rutilus Schaeff . . . . . . . . . . . . 246.
— sagatus Fr. . . . . . . . . . . . . . 242.
— salignus Pers. . . . . . . . . . . . . 124.
— sambucinus Fr. . . . . . . . . . . . . 189.
— sanguinolentus A. S. . . . . . . . . . 112.
— sapineus Fr. . . . . . . . . . . . . 210.
— saponaceus Fr. . . . . . . . . . . . 23.
— scambus Fr. . . . . . . . . . . . . . 224.
— scaurus Fr. . . . . . . . . . . . . . 160.
— scyphoides Fr. . . . . . . . . . . . 94.
— Schaefferi Weinm. . . . . . . . . . . 665.
— Schumacheri Fr. . . . . . . . . . . . 52.
— scorodonius Fr. . . . . . . . . . . . 97.
— scorbiculatus Scop. . . . . . . . . . 37.
— segestrius Fr. . . . . . . . . . . . . 236.
— semiglobatus Batsch . . . . . . . . . 242.
— semiovatus Sow. . . . . . . . . . . . 264.
— septicus Fr. . . . . . . . . . . . . . 132.
— sericellus Fr. var. . . . . . . . . . . 135.
— serotinus Pers. . . . . . . . . . . . . 128.
— serrulatus Fr. . . . . . . . . . . . . 139.
— setipes Fr. . . . . . . . . . . . . . . 119.
— siparius Fr. . . . . . . . . . . . . . 215.
— Sobolewskii Weinm. . . . . . . . . . 98.
— sordarius Pers. . . . . . . . . . . . . 60.
— speciosus Fr. . . . . . . . . . . . . 232.
— spumosus Fr. . . . . . . . . . . . . 212.

Digitized by Google

Pag.

Agaricus squamosus Pers. . . . . . . . . . . . . 243.
— squamulosus Pers. . . . . . . . . . 82.
— squarrosus Müll. . . . . . . . . . . . 198.
— stabilis Weinm. . . . . . . . . . . 210.
— stercorarius Schum. . . . . . . . . . 254.
— sticticus Fr. . . . . . . . . . . . . . 669.
— stipatus Pers. . . . . . . . . . . . 247.
— stipticus Bull. . . . . . . . . . . . 129.
— stipularis Fr. var. . . . . . . . . . . 120.
— stylobates Pers. a. . . . . . . . . . . 116.
— suaveolens Schum. . . . . . . . . . 58.
— subalutaceus Batsch . . . . . . . . . 57.
— subdulcis Pers. . . . . . . . . . . . 45.
— subferrugineus Batsch . . . . . . . . 157.
— subzonatus Weinm. . . . . . . . . . 207.
— sulphureus Bull. . . . . . . . . . . 63.
— temulentus Fr. . . . . . . . . . . . . 222.
— tenax Fr. var. . . . . . . . . . . . . 252.
— tenacellus Pers. . . . . . . . . . . . 98.
— tener Schaeff. . . . . . . . . . . . . 218.
— tenuissimus Weinm. . . . . . . . . . 219.
— terginus Fr. . . . . . . . . . . . . . 663.
— terreus Schaeff. . . . . . . . . . . 25.
— testaceo-canescens Weinm. . . . . . . 149.
— torminosus Schaeff. . . . . . . . . . 38.
— tornatus Fr. . . . . . . . . . . . . . 60.
— torpens Fr. . . . . . . . . . . . . . 264.
— torvus Fr. . . . . . . . . . . . . . . 144.
— traganus Fr. . . . . . . . . . . . . 155.
— tremulus Schaeff. . . . . . . . . . . 131.

| | | Pag. |
|---|---|---|
| Agaricus | Tricholoma A. S. | 189. |
| — | Trinii Weinm. | 194. |
| — | trivialis Fr. | 59. |
| — | tuberculosus Fr. | 200. |
| — | tuberosus Bull. | 99. |
| — | tumidus Pers. | 27. |
| — | turbinatus Bull. | 162. |
| — | udus Pers. | 255. |
| — | ulmarius Bull. | 126. |
| — | umbelliferus L. | 90. |
| — | umbratilis Fr. | 88. |
| — | umbrosus Pers. | 137. |
| — | unguinosus Fr. | 68. |
| — | uranius Fr. | 106. |
| — | urbicus Fr. | 148. |
| — | ursinus Fr. | 126. |
| — | ustalis Fr. | 20. |
| — | utilis Weinm. | 43. |
| — | uvidus Fr. | 41. |
| — | vaccinus Pers. (-rufus Pers.) | 22. |
| — | vaginatus Bull. | 4. |
| — | Vahlii Schum. | 195. |
| — | vaporariorum Weinm. | 231. |
| — | variabilis Pers. | 228. |
| — | vatricosus Fr. | 194. |
| — | vellereus Fr. | 50. |
| — | velutipes Curt. | 70. |
| — | vernus DC. | 2. |
| — | vervacti Fr. | 234. |
| — | vibratilis Fr. | 166. |


Digitized by Google

| | | Pag. |
|---|---|---|
| Agaricus | vietus Fr. | 41. |
| — | vinosus Bull. | 224. |
| — | violaceo-cinereus Pers. | 151. |
| — | violaceus L. | 150. |
| — | virgatus Fr. | 26. |
| — | virgineus Pers. | 67. |
| — | vitellinus Pers. | 268. |
| — | volemus Fr. | 44. |
| — | volvaceus Bull. | 237. |
| — | vulgaris Pers. | 118. |
| — | xantopus Fr. | 75. |
| — | xylophilus Weinm. | 659. |
| — | zephirus Fr. var. | 110. |
| Agyrium | nigricans Fr. | 535. |
| Arcyria | cinerea Fr. | 608. |
| — | incarnata Pers. | 608. |
| — | nutans Fr. | 609. |
| — | punicea Pers. | 607. |
| — | umbrina Schum. | 609. |
| Ascobolus | denudatus Fr. | 483. |
| — | furfuraceus Pers. | 483. |
| — | glaber Pers. | 484. |
| Asterophora | candida Weinm. | 630. |
| — | lycoperdoides Fr. | 629. |
| — | nauseosa Weinm. | 629. |
| Batarrea | Steveni Fr. | 542. |
| Boletus | bovinus Linn. | 297. |
| — | calopus Fr. | 300. |
| — | cyanescens Fr. | 304. |
| — | edulis Bull | 301. |
| — | felleus Fr. | 304. |

Digitized by Google

| | Pag. |
|---|---|
| Boletus flavidus Fr. | 295. |
| — granulosus Linn. | 296. |
| — luridus Schaeff. | 301. |
| — luteus Linn. | 295. |
| — pachypus Fr. | 300. |
| — piperatus Bull. | 297. |
| — scaber Bull | 302. |
| — subtomentosus Linn. | 299. |
| — variegatus Sw. | 298. |
| Bovista clavata Fr. | 561. |
| — nigrescens Pers. | 561. |
| — plumbea Pers. | 562. |
| Bulgaria inquinans Fr. | 485. |
| — nigrita Fr. | 486. |
| — pura Fr. | 485. |
| — sarcoides Fr. | 486. |
| Calocera carnea Fr. | 517. |
| — gracillima Weinm. | 517. |
| — viscosa Fr. | 516. |
| Cantharellus aurantiacus Fr. | 286. |
| — bryophilus Fr. | 292. |
| — cibarius Fr. | 287. |
| — cornucopioides Fr. | 289. |
| — crispus Fr. | 290. |
| — laevis Fr. | 291. |
| — lutescens Fr. | 288. |
| — muscigenus Fr. | 291. |
| — parilis Weinm. | 285. |
| — retirugus Fr. | 291. |
| — tubaeformis Fr. | 288. |



Digitized by Google

Pag.

Cantharellus umbonatus Fr. . . . . . . . . . . . 285.
Cenococcum geophilum Fr. . . . . . . . . . . 636.
— heliophilum Weinm. . . . . . . . . . 637.
— phytophilum Fr. . . . . . . . . . 636.
— xylophilum Fr. . . . . . . . . . 636.
Chaetomium elatum Kz. . . . . . . . . . . . 638.
Clathrus cancellatus Linn. . . . . . . . . . . 542.
Clavaria abietina Schum. . . . . . . . . . . . 502.
— apiculata Fr. . . . . . . . . . . . 503.
— Ardenia Sow. . . . . . . . . . . . 509.
— byssiseda Pers. . . . . . . . . . . . 507.
— canaliculata Fr. . . . . . . . . . . 513.
— candida Weinm. . . . . . . . . . . 514.
— coralloides Linn. . . . . . . . . . . 501.
— corniculata Schaeff. . . . . . . . . . 504.
— cristata Pers. . . . . . . . . . . . 505.
— crispula Fr. . . . . . . . . . . . . 503.
— falcata Pers. var. . . . . . . . . . . 514.
— fistulosa Vahl . . . . . . . . . . . 509.
— flava Schaeff. . . . . . . . . . . . 501.
— formosa Pers. . . . . . . . . . . . 500.
— fragilis Holmsk. . . . . . . . . . . . 512.
— fumosa Pers. . . . . . . . . . . . . 512.
— grisea Pers. . . . . . . . . . . . . 501.
— inaequalis Fr. γ. . . . . . . . . . . 510.
— incarnata Weinm. . . . . . . . . . . 510.
— juncea Fr. . . . . . . . . . . . . . 509.
— Kunzei Fr. . . . . . . . . . . . . 674.
— ligula Schaeff. . . . . . . . . . . . 508.
— macropus Pers. . . . . . . . . . . . 506.

Digitized by Google

| | Pag. |
|---|---|
| Clavaria mucida Pers. | 507. |
| — pistillaris Linn. | 508. |
| — pratensis Pers. | 504. |
| — pyxidata Pers. | 503. |
| — rosea Dalm. | 511. |
| — rugosa Bull. | 506. |
| — striata Pers. | 512. |
| — stricta Pers. | 502. |
| — subtilis Pers. | 507. |
| — suecica Fr. | 502. |
| — tenacella Pers. | 505. |
| — vermicularis Sw. | 513. |
| Craterium deoperculatum Fr. | 597. |
| — leucocephalum Dittm. | 596. |
| — minutum Fr. | 595. |
| — pendulum Fr. | 597. |
| Cribraria argillacea Pers. | 619. |
| — aurantiaca b. Fr. | 621. |
| — fulva Schrad. a. | 619. |
| — purpurea Schrad. | 620. |
| — tenella Schrad. | 621. |
| — vulgaris Schrad. | 620. |
| Crinula caliciformis Fr. | 518. |
| Cyphella eruciformis Fr. | 523. |
| — Friesii Weinm. | 523. |
| — Goldbachii Weinm. | 522. |
| — griseo-pallida Weinm. | 522. |
| — lacera var. sulphurea Weinm. | 521. |
| — muscicola Fr. | 521. |
| — Tuba Fr. in lit. | 520. |

Digitized by Google

| | Pag |
|---|---|
| Cyphella vernalis Weinm. | 522. |
| Dacrymyces caesius Sommerf. | 534. |
| — stillatus Nees. | 534. |
| — tortus Fr. | 534. |
| — violaceus Fr. | 533. |
| Daedalea betulina Rebent. | 341. |
| — cinerea β. grisea Fr. | 344. |
| — confragosa Pers. | 343. |
| — mollis Sommerf. | 345. |
| — quercina Pers. | 340. |
| — sepiaria Sw. | 342 |
| — suaveolens Pers. | 343. |
| — unicolor Fr. a. | 344. |
| Diachea elegans Fr. | 610. |
| — fulgens Fr. in lit. | 611. |
| Dichosporium aggregatum Nees | 634. |
| Dictydium microcarpum Schrad. | 618. |
| — splendens Schrad. | 618. |
| — umbilicatum Schrad. | 617. |
| Diderma Bongardi Weinm. | 674. |
| — chalybeum Weinm. | 592. |
| — conglomeratum Fr. | 594. |
| — cyanescens Fr. | 592. |
| — deplanatum Fr. | 593. |
| — flavum Fr. in lit. | 593. |
| — globosum Pers. | 591. |
| — granulatum Fr. | 593. |
| — rugulosum Weinm. | 594. |
| — stellare Pers. | 590. |

Digitized by Google

Pag.

Diderma testaceum Pers. . . . . . . . . . . . . 591.
— Trevelyani Fr. . . . . . . . . . . . . 591.
— vernicosum Pers. . . . . . . . . . . . 590.
Didymium cinereum Fr. . . . . . . . . . . . 580.
— complanatum Schrad. . . . . . . . . 579.
Didymium crustaceum Fr. . . . . . . . . . 579.
— effusum Fr. . . . . . . . . . . 579.
— farinaeeum Schrad. . . . . . . . . . 575.
— fulvipes Fr. . . . . . . . . . . . 578.
— furfuraceum Fr. . . . . . . . . . 574.
— hemisphaericum Fr. . . . . . . . 573.
— herbaceum Fr. . . . . . . . . . 576.
— leucopus Fr. . . . . . . . . . . 577.
— lobatum Nees . . . . . . . . . . 578.
— melanopus Fr. . . . . . . . . . 573.
— nanum Fr. in lit. . . . . . . . . 577.
— nigripes Fr. . . . . . . . . . . 576.
— physaroides Fr. . . . . . . . . . 580.
— serpula Fr. . . . . . . . . . . . 581.
— spumarioides Fr. . . . . . . . . . 578.
— sqummulosum Fr. . . . . . . . . 575.
— terrestre Fr. in lit. . . . . . . . 574.
— tigrinum Schrad. . . . . . . . . . 574.
— Weinmanni Fr. . . . . . . . . . . 577.
Ditiola radicata Fr. . . . . . . . . . . . . 489.
Elaphomyces granulatus Fr. . . . . . . . . . 554.
— muricatus Fr. . . . . . . . . . 554.
Erysiphe adunca Schlechtd. . . . . . . . . . 654.
— biocellata Ehrenb. . . . . . . . . . 652.
— circumfusa Schlechtd. . . . . . . . . 653.

Digitized by Google

| | Pag. |
|---|---|
| Erysiphe communis Schlechtd. | 652. |
| — depressa Schlechtd. | 654. |
| — guttata Schlechtd. | 654. |
| — lamprocarpa Schlechtd. | 653. |
| — macularis Schlechtd. | 651. |
| Exidia Auricula Judae Fr. | 525. |
| — glandulosa Fr. | 527. |
| — pithya Fr. | 528. |
| — recisa Fr. | 526. |
| — repanda Fr. | 527. |
| Geaster fornicatus Fr. | 558. |
| — hygrometricus Pers. | 560. |
| — limbatus Fr. | 559. |
| — rufescens Fr. | 560. |
| Geoglossum atropurpureum Fr. | 498. |
| — cucullatum Fr. | 499. |
| — glabrum Pers. | 497. |
| — glutinosum Pers. | 497. |
| — hirsutum Pers. | 496. |
| — olivaceum Pers. | 498. |
| — viride Pers. | 498. |
| Guepinia Helvelloides Fr. | 524. |
| Helvella atra Koenig | 406. |
| — crispa Fr. | 404. |
| — elastica Bull. | 408. |
| — esculenta Pers. | 406. |
| — infula Schaeff. | 406. |
| — lacunosa Afzel. | 405. |
| — pezizoides Afzel. | 407. |

Digitized by Google

Pag.
Helvella pulla Holmsk. . . . . . . . . . . . . . 407.
— sulcata Afzel. . . . . . . . . . . . . . . 405.
Hydnum alliaceum Weinm. . . . . . . . . . . . 370.
— alutaceum Fr. . . . . . . . . . . . . 366.
— Auriscalpium Linn. . . . . . . . . . . 358.
— cirrhatum Pers. . . . . . . . . . . . 361.
— Clathroides Pall. . . . . . . . . . . . 361.
— compactum Pers. . . . . . . . . . . . 358.
— coralloides Scop. . . . . . . . . . . . 360.
— crustosum Pers. . . . . . . . . . . . 367.
— cyathiforme Bull. . . . . . . . . . . . 356.
— Erinaceus Bull. . . . . . . . . . . . 360.
— farinaceum Pers. . . . . . . . . . . . 367.
— ferrugineum Fr. . . . . . . . . . . . . 355.
— ferruginosum Fr. . . . . . . . . . . . 365.
— fimbriatum DC. . . . . . . . . . . . . 369.
— fusco-atrum Fr. . . . . . . . . . . . . 364.
— gelatinosum Scop. . . . . . . . . . . . 359.
— imbricatum Linn. . . . . . . . . . . . 352.
— melaleucum Fr. . . . . . . . . . . . . 358.
— membranaceum Bull. . . . . . . . . . . 364.
— microdon Pers.? . . . . . . . . . . . . 366.
— nigrum Fr. . . . . . . . . . . . . . . 356.
— niveum Pers. . . . . . . . . . . . . . 368.
— obtusum Pers. . . . . . . . . . . . . . 367.
— pudorinum Fr. . . . . . . . . . . . . . 363.
— repandum Linn. . . . . . . . . . . . . 353.
— Sobolewskii Weinm. . . . . . . . . . . 368.
— sordidum Weinm. . . . . . . . . . . . 370.
— stipatum Fr. . . . . . . . . . . . . . 370.

Digitized by Google

Pag.

Hydnum strigosum Sow. . . . . . . . . . . . . . 363
— suaveolens Scop. . . . . . . . . . . . . 354.
— tomentosum Linn. . . . . . . . . . . . . 357.
— violascens Alb. et Schw. . . . . . . . . . 353.
— Weinmanni Fr. . . . . . . . . . . . . 365.
Hyphelia bombycina Fr. in lit. . . . . . . . . 628.
— rosea Fr. . . . . . . . . . . . . . . 627.
Illosporium carneum Fr. . . . . . . . . . . . 639.
Irpex candidus Weinm. . . . . . . . . . . . . 376.
— Cerasi Fr. . . . . . . . . . . . . . . 375.
— deformis Fr. . . . . . . . . . . . . . 377.
— fusco-violaceus Fr. . . . . . . . . . . . 373.
— lacteus Fr. . . . . . . . . . . . . . . 374.
— obliquus Fr. . . . . . . . . . . . . . 376.
— sinuosus Fr. . . . . . . . . . . . . . 375.
— umbrinus Weinm. . . . . . . . . . . . . 372.
Lentinus cochleatus Fr. . . . . . . . . . . . 283.
— lepideus Fr. . . . . . . . . . . . . . 282.
— tigrinus Fr. . . . . . . . . . . . . . 281.
— ursinus Fr. . . . . . . . . . . . . . . 284.
Leotia atra Weinm. . . . . . . . . . . . . . 410.
— circinans Pers. . . . . . . . . . . . . 409.
— lubrica Pers. . . . . . . . . . . . . . 409.
Licea cylindrica Fr. . . . . . . . . . . . . . 600.
— fragiformis Nees . . . . . . . . . . . . 601.
Lycogala epidendrum Fr. . . . . . . . . . . . 571.
— parietinum Fr. . . . . . . . . . . . . 571.
— terrestre Fr. . . . . . . . . . . . . . 572.
Lycoperdon Bovista Linn. . . . . . . . . . . . 563.
— caelatum Bull. . . . . . . . . . . . . 563.

Digitized by Google

Pag.

Lycoperdon gemmatum Batsch . . . . . . . . . . 563.
— pusillum Batsch . . . . . . . . . . 564.
— pyriforme Schaeff. . . . . . . . . . 567.
— saccatum Vahl. . . . . . . . . . . 565.
Merulius lacrimans Schum. . . . . . . . . . 349.
— molluscus Fr. . . . . . . . . . . 350.
— niveus Sommerf. . . . . . . . . . 347.
— Petropolitanus Fr. in lit. . . . . . . 348.
— rufus Pers. . . . . . . . . . . . 350.
— serpens Tode var. . . . . . . . . . 351.
— squalidus Fr. . . . . . . . . . . 349.
— tremellosus Schrad. . . . . . . . . 346.
Morchella esculenta Pers. . . . . . . . . . 402.
Mucor decumanus Pall. . . . . . . . . . . 569.
Nematelia encephala Fr. . . . . . . . . . 532.
— rubiformis Fr. . . . . . . . . . . 533.
Nidularia campanulata Sibth. . . . . . . . . 546.
— Crucibulum Fr. . . . . . . . . . 547.
— farcta Fr. . . . . . . . . . . . 547.
— striata Bull. . . . . . . . . . . 545.
Onygena corvina Alb. et Schw. . . . . . . . 631.
— equina Pers. . . . . . . . . . . 631.
— Friesii Weinm. . . . . . . . . . 631.
Perichaena abietina Fr. . . . . . . . . . . 599.
— populina Fr. . . . . . . . . . . 599.
— quercina Fr. . . . . . . . . . . 599.
— strobilina Fr. . . . . . . . . . . 597.
Periola tomentosa Fr. . . . . . . . . . . 640.
— ulmicola Weinm. . . . . . . . . . 640.
Peziza abacina Fr. . . . . . . . . . . . 473.

****

Digitized by Google

Pag.
Peziza Abbotiana Sow. . . . . . . . . . . . . . 480.
— abietina Pers. . . . . . . . . . . . . . 414.
— Acetabulum Linn. . . . . . . . . . . . . 412.
— acuum Fr. . . . . . . . . . . . . . 445.
— aeruginosa Pers. . . . . . . . . . . . 466.
— alba Fr. . . . . . . . . . . . . . . 482.
— albo-violascens Alb. et Schw. . . . . . . 446.
— annulata Holmsk. , . . . . . . . . . . 453.
— anomala Pers. . . . . . . . . . . . . 452.
— applanata Fr. . . . . . . . . . . . . 424.
— armeniaca Pers. . . . . . . . . . . . 445.
— Aspegrenii Fr. . . . . . . . . . . . . 467.
— atrata Pers. . . . . . . . . . . . . . 479.
— aurantiaca Pers. . . . . . . . . . . . 415.
— aurelia Pers. var. . . . . . . . . . . 455.
— badia Pers. . . . . . . . . . . . . . 413.
— barbata Kunze . . . . . . . . . . . . 448.
— bicolor Bull. . . . . . . . . . . . . . 442.
— bolaris Batsch . . . . . . . . . . . . 457.
— Boltoniana Weinm. . . . . . . . . . . 464.
— Bongardi Weinm. . . . . . . . . . . . 476.
— brunea Alb. et Schw. . . . . . . . . . 436.
— calycina Schum. . . . . . . . . . . . 441.
— caliculaeformis Schum. . . . . . . . . 443.
— Calyculus Sow. . . . . . . . . . . . . 465.
— Campanula Nees . . . . . . . . . . . 463.
— Capula Holmsk. . . . . . . . . . . . . 463.
— Catinus Holmsk. . . . . . . . . . . . . 423.
— caulicola Fr. var. . . . . . . . . . . . 444.
— ceracella Fr. var. . . . . . . . . . . . 454.

Digitized by Google

Pag.

Peziza cerea Bull. . . . . . . . . . . . . . 417.
— Cerastiorum Wallr. . . . . . . . . . . 481.
— cerinea Pers. . . . . . . . . . . . . . 442.
— chrysocoma Bull. . . . . . . . . . . . 473.
— ciborioides Fr. . . . . . . . . . . . . 458.
— Ciborium Fr. . . . . . . . . . . . . . 422.
— ciliaris Schrad. . . . . . . . . . . . . 440.
— cinerea Batsch . . . . . . . . . . . . 475.
— citrina Batsch . . . . . . . . . . . . 467.
— clandestina Bull. . . . . . . . . . . . 443.
— clavata Pers. . . . . . . . . . . . . . 462.
— coccinea Jacq. . . . . . . . . . . . . 434.
— cochleata Huds. . . . . . . . . . . . . 415.
— compressa Alb. et Schw. . . . . . . . 481.
— connivens Fr. . . . . . . . . . . . . . 480.
— conspersa Pers. . . . . . . . . . . . . 454.
— coronata Bull. . . . . . . . . . . . . 460.
— corticalis Pers. . . . . . . . . . . . . 447.
— corvina Pers. . . . . . . . . . . . . . 447.
— crassa Weinm. . . . . . . . . . . . . 424.
— cruenta Bong. . . . . . . . . . . . . 476.
— cupularis Linn. . . . . . . . . . . . . 423.
— cyanea Weinm. . . . . . . . . . . . . 427.
— cyathoidea Bull. . . . . . . . . . . . 463.
— cyathula Pers. . . . . . . . . . . . . 444.
— dentata Pers. . . . . . . . . . . . . . 478.
— dilutella Fr. . . . . . . . . . . . . . 479.
— epiphylla Pers. . . . . . . . . . . . . 472.
— erratica Fr. . . . . . . . . . . . . . . 454.
— fascicularis Alb. et Schw. . . . . . . 431.

Digitized by Google

Pag.

Peziza fimipulris Fr. in lit. . . . . . . . . . 426.
— flavo-fuliginea Alb. et Schw. . . . . . . . 448.
— flexella Fr. . . . . . . . . . . . . . 481.
— Friesii Weinm. . . . . . . . . . . . . 469.
— fructigena Bull. . . . . . . . . . . . 459.
— fulgens Pers. . . . . . . . . . . . . 427.
— fuliginea Schum. . . . . . . . . . . . 425.
— furfuracea Pers. . . . . . . . . . . . 432.
— fusca Fr. . . . . . . . . . . . . . 455.
— Gmelini Weinm. . . . . . . . . . . . 447.
— gracillima Weinm. . . . . . . . . . . 445.
— granulata Bull. . . . . . . . . . . . 426.
— haemastigma Fr. . . . . . . . . . . . 431.
— hemisphaerica Hoffm. . . . . . . . . . 435.
— herbarum Pers. . . . . . . . . . . . 471.
— hirneolus Fr. . . . . . . . . . . . . 423.
— hispidula Schrad. . . . . . . . . . . 447.
— humosa Fr. . . . . . . . . . . . . . 429.
— hyalina Pers. . . . . . . . . . . . . 449.
— hyemalis Weinm. . . . . . . . . . . . 426.
— janthina Fr. . . . . . . . . . . . . 466.
— imberbis Bull. . . . . . . . . . . . 471.
— ingrica Weinm. . . . . . . . . . . . 429.
— Krascheninikowii Weinm. . . . . . . . 465.
— Laxmanni Weinm. . . . . . . . . . . . 458.
— lenticularis Bull. . . . . . . . . . . 470.
— leporina Batsch . . . . . . . . . . . 414.
— leucoloma Rebent. . . . . . . . . . . 429.
— leucostigma Fr. . . . . . . . . . . . 479.
— leucotricha Alb. et Schw. . . . . . . . 435.

Digitized by Google

| | Pag. |
|---|---|
| Peziza lignyota Fr. | 480. |
| — litorea Fr. | 461. |
| — livida Schum. | 438. |
| — luteola Fr. | 456. |
| — lutescens Fr. | 460. |
| — Macropus Pers. | 420. |
| — melaleuca Fr. | 480. |
| — melastoma Sow. var. | 434. |
| — merdaria Fr. | 471. |
| — Messerschmidii Weinm. | 453. |
| — Micheliana Weinm. | 437. |
| — Micropus Pers. | 418. |
| — nigrella Pers. | 435. |
| — nipripes Pers. | 469. |
| — nigro-caesia Schum. | 446. |
| — Nidulus Schm. et Kz. | 451. |
| — nivea Fr. | 441. |
| — olivacea Pers. | 474. |
| — ollaris Pers. | 426. |
| — omphalodes Bull. | 430. |
| — onotica Pers. | 415. |
| — pallescens Pers. | 468. |
| — papillata Pers. | 440. |
| — Personii Moug. | 461. |
| — Phascoides Fr. | 472. |
| — punctiformis Fr. | 452. |
| — purpurea Fr. | 433. |
| — pustulata Pers. | 419. |
| — pyriformis Fr. a. | 462. |
| — quisquiliaris Weinm. | 421. |


Digitized by Google

Pag.

Peziza Rapulum Bull. . . . . . . . . . . . . . . 422.
— relicina Fr. . . . . . . . . . . . . . 450.
— repanda Wahlenb. . . . . . . . . . . . . 416.
— Resinae Fr. . . . . . . . . . . . . . . 479.
— Riederi Weinm. . . . . . . . . . . . . 456.
— Rosae Pers. . . . . . . . . . . . . . 455.
— rubella Pers. . . . . . . . . . . . . . 474.
— rubiginosa Fr. . . . . . . . . . . . . . 453.
— rufo-olivacea Alb. et Schw. . . . . . . . 448.
— rutilans Fr. . . . . . . . . . . . . . . 428.
— salicella Fr. . . . . . . . . . . . . . . 470.
— sanguinea Pers. . . . . . . . . . . . . . 456.
— sanguinolenta Alb. et Schw. . . . . . . . 476.
— scutellata Linn. . . . . . . . . . . . . 437.
— scutula Pers. . . . . . . . . . . . . . 462.
— setosa Nees . . . . . . . . . . . . . . 439.
— Stelleri Weinm. . . . . . . . . . . . . 478.
— Sphagni Bong. . . . . . . . . . . . . . 428.
— stercorea Pers. . . . . . . . . . . . . . 439.
— strigosa Fr. . . . . . . . . . . . . . . 450.
— strobilina Fr. . . . . . . . . . . . . . 464.
— subtilis Fr. . . . . . . . . . . . . . . 482.
— sulphurea Pers. . . . . . . . . . . . . 451.
— tegularis Weinm. . . . . . . . . . . . . 432.
— tiliacea Fr. . . . . . . . . . . . . . . 432.
— tricolor Sow. . . . . . . . . . . . . . 470.
— tuberosa Bull. . . . . . . . . . . . . . 421.
— uda Pers. . . . . . . . . . . . . . . . 475.
— umbonata Pers. . . . . . . . . . . . . . 477.
— Urnula Weinm. . . . . . . . . . . . . . 459.

Digitized by Google

Pag.

Peziza varia Hedw. . . . . . . . . . . . . . . . 422.
— variecolor Fr. . . . . . . . . . . . . . . 449.
— venosa var. ancilis Pers. . . . . . . . . . 413.
— versiformis Pers. . . . . . . . . . . . . . 466.
— vesiculosa Pers. . . . . . . . . . . . . . 417.
— villosa Pers. . . . . . . . . . . . . . . . 452.
— vinosa Alb. et Schw. . . . . . . . . . . . 473.
— violacea Pers. . . . . . . . . . . . . . . 425.
— virginea Batsch . . . . . . . . . . . . . 440.
— vulgaris Fr. . . . . . . . . . . . . . . . 478.
— xanthomela Pers. . . . . . . . . . . . . . 430.
— xanthostigma Fr. . . . . . . . . . . . . . 477.
Phallus impudicus Linn. . . . . . . . . . . . 540.
Phlebia contorta Fr. . . . . . . . . . . . . . 401.
— merismoides Fr. . . . . . . . . . . . . . . 401.
— mesenterica Fr. . . . . . . . . . . . . . . 400.
— radiata Fr. . . . . . . . . . . . . . . . . 401.
Physarum albipes Fr. . . . . . . . . . . . . . 583.
— aureum Pers. . . . . . . . . . . . . . . . 582.
— columbinum Pers. . . . . . . . . . . . . . 585.
— compressum Alb. et Schw. . . . . . . . . . 583.
— confluens Pers. . . . . . . . . . . . . . . 589.
— conglobatum Dittm. . . . . . . . . . . . . 587.
— fulvum Fr. . . . . . . . . . . . . . . . . 587.
— hyalinum Pers. . . . . . . . . . . . . . . 586.
— Licea Fr. . . . . . . . . . . . . . . . . . 588.
— nutans Pers. . . . . . . . . . . . . . . . 582.
— psittacinum Dittm. var. . . . . . . . . . . 585.
— ramentaceum Fr. in lit. . . . . . . . . . . 584.
— sinuosum Weinm. . . . . . . . . . . . . . 588.

Digitized by Google

Pag.

Physarum striatum Fr. var. . . . . . . . . . . . . . 583.
— subulatum Schum. . . . . . . . . . . . 584.
— sulphureum Schum. . . . . . . . . . 585.
— thejoteum Fr. . . . . . . . . . . . . 587.
— utriculare Fr. . . . . . . . . . . . . 586.
Pilacre Friesii Weinm. . . . . . . . . . . . 633.
— subterranea Weinm. . . . . . . . . . . 633.
— Weinmanni Fr. . . . . . . . . . . . . 632.
Pilobolus cristallinus Tode. . . . . . . . . . . 552.
— roridus Pers. . . . . . . . . . . . . 553.
Pistillaria diaphana Fr. . . . . . . . . . . . 519.
— muscicola Fr. . . . . . . . . . . . . 519.
— ovata Fr. . . . . . . . . . . . . . 519.
— quisquiliaris Fr. . . . . . . . . . . . 519.
Polyangium vitellinum Link . . . . . . . . . . 549.
Polyporus abietinus Fr. . . . . . . . . . . . 324.
— adustus Fr. . . . . . . . . . . . . . 319.
— amorphus Fr. . . . . . . . . . . . . 318.
— badius Pers. . . . . . . . . . . . . 311.
— benzoinus Fr. . . . . . . . . . . . . 327.
— betulinus Fr. . . . . . . . . . . . . 320.
— borealis Fr. . . . . . . . . . . . . 314.
— brumalis Fr. . . . . . . . . . . . . 309.
— bullosus Fr. in lit. . . . . . . . . . . 337.
— caesius Fr. . . . . . . . . . . . . . 317.
— callosus Fr. . . . . . . . . . . . . 336.
— chioneus Fr. . . . . . . . . . . . . 316.
— cinnabarinus Fr. . . . . . . . . . . . 325.
— connatus Weinm. . . . . . . . . . . . 332.
— cuticularis Fr. . . . . . . . . . . . . 327.

Digitized by Google

Pag.
Polyporus destructor Fr. . . . . . . . . . . . . . 315.
— dichrous Fr. . . . . . . . . . . . . . 318.
— ferruginosns Fr. . . . . . . . . . . . . . 333.
— fluctuosus Weinm. . . . . . . . . . . 336.
— fomentarius Fr. . . . . . . . . . . . . 330.
— hirsutns Fr. . . . . . . . . . . . . . 321.
— igniarius Fr. . . . . . . . . . . . . . 331.
— incarnatus Fr. . . . . . . . . . . . . . 335.
— labyrinthicus Fr. . . . . . . . . . . . . 313.
— lacteus Fr. . . . . . . . . . . . . . 316.
— Lonicerae Weinm. . . . . . . . . . . . 331.
— marginatus Fr. . . . . . . . . . . . . 329.
— melanopus Fr. a. . . . . . . . . . . . . 308.
— mollis Fr. . . . . . . . . . . . . . . 316.
— molluscus Fr. . . . . . . . . . . . . . 338.
— mucidus Fr. . . . . . . . . . . . . . 338.
— nidulans Fr. . . . . . . . . . . . . . 328.
— nigricans Fr. . . . . . . . . . . . . . 331.
— obliquus Fr. . . . . . . . . . . . . . 333.
— ovinus Fr. var. . . . . . . . . . . . . 307.
— perennis Fr. . . . . . . . . . . . . . 310.
— Radula Fr. . . . . . . . . . . . . . . 338.
— resinosus Fr. . . . . . . . . . . . . . 326.
— reticulatus Fr. . . . . . . . . . . . . 339.
— Rosarum Weinm. . . . . . . . . . . . 319.
— roseus Fr. . . . . . . . . . . . . . . 329.
— salicinus Fr. . . . . . . . . . . . . . 334.
— serialis Fr. . . . . . . . . . . . . . . 320.
— spumeus Fr. . . . . . . . . . . . . . . 314.
— squamosus Fr. . . . . . . . . . . . . . 306.

*****

Digitized by Google

Pag.

Polyporus stereoides Fr. . . . . . . . . . . . . . 324.
— sulphureus Fr. . . . . . . . . . . . . 312.
— subpileatus Weinm. . . . . . . . . . 332.
— subsquamosus Fr. var. . . . . . . . 307.
— tomentosus Fr. . . . . . . . . . . . 311.
— subspadiceus Fr. . . . . . . . . . . 334.
— vaporarius Fr. . . . . . . . . . . . 337.
— velutinus Fr. . . . . . . . . . . . . 321.
— versicolor Fr. . . . . . . . . . . . . 323.
— vulgaris Fr. . . . . . . . . . . . . 336.
— xanthus Fr. . . . . . . . . . . . . 335.
— zonatus Fr. . . . . . . . . . . . . 322.
Polysaccum herculeum Fr. . . . . . . . . . . . 555.
— turgidum Fr. . . . . . . . . . . . 556.
Radulum orbiculare Fr. . . . . . . . . . . . . 671.
Reticularia atra Fr. . . . . . . . . . . . . . 625.
— muscorum Fr. . . . . . . . . . . . 626.
— umbrina Fr. . . . . . . . . . . . 626.
Rhizina undulata Fr. . . . . . . . . . . . . . 411.
Rhizopogon albus Fr. . . . . . . . . . . . . . 544.
Sarea difformis Fr. . . . . . . . . . . . . . 488.
Schizophyllum commune Fr. . . . . . . . . . . 293.
Scleroderma verrucosum Fr. . . . . . . . . . 557.
— vulgare Fr. . . . . . . . . . . . 557.
Sclerotium applanatum Weinm. . . . . . . . . 649.
— Arctii Weinm. . . . . . . . . . . . 646.
— Brassicae Pers. . . . . . . . . . . . 649.
— circumscriptum Fr. . . . . . . . . . 649.
— complanatum Tode . . . . . . . . . 643.
— corrugatum Fr. . . . . . . . . . . . 646.

Digitized by Google

Pag.
Sclerotium durum Pers. . . . . . . . . . . . . . 648.
— fungorum Pers. . . . . . . . . . . . . 645
— Mycetospora Nees. . . . . . . . . . . 646.
— populinum Pers. . . . . . . . . . . 650.
— Pustula DC. . . . . . . . . . . . . . 650.
— pyrinum Fr. . . . . . . . . . . . . . 648.
— Semen Tode. . . . . . . . . . . . . . 643.
— splendens Fr. . . . . . . . . . . . . 645.
— stercorarium DC. . . . . . . . . . . 645.
— truncorum Fr. . . . . . . . . . . . . 645.
— Tulipae Weinm. . . . . . . . . . . . 647.
— varium Pers. . . . . . . . . . . . . . 647.
— vulgatum Fr. . . . . . . . . . . . . . 644.
— xylophilum Weinm. . . . . . . . . . 647.
Sistotrema confluens Fr. . . . . . . . . . . . . 571.
Solenia candida Hoffm. . . . . . . . . . . . . 493.
— fasciculata Pers. . . . . . . . . . . . . 493.
— ochracea Hoffm. . . . . . . . . . . . . 493.
— pallens Fr. . . . . . . . . . . . . . . . 493.
Sparassis crispa Fr. . . . . . . . . . . . . . . 494.
Sphathulea flavida Fr. . . . . . . . . . . . . 495.
Sphaerobolus stellatus Tode . . . . . . . . . 550.
Stictis fimetaria Fr. . . . . . . . . . . . . . . 492.
— inclusa Fr. . . . . . . . . . . . . . . . 490.
— Lecanora Fr. . . . . . . . . . . . . . . 489.
— pallida Pers. . . . . . . . . . . . . . . 491.
— parallela Fr. . . . . . . . . . . . . . . 491.
— Pupu'a Fr. . . . . . . . . . . . . . . . 490.
— radiata Pers. . . . . . . . . . . . . . . 490.
— sphaeralis Fr. . . . . . . . . . . . . . 490.

Digitized by Google

| | Pag. |
|---|---|
| Stictis versicolor Pers. | 491. |
| Thelebolus stercoreus Tode | 551. |
| Thelephora abietina Pers. | 389. |
| — acerina Pers. | 399 |
| — alutacea Pers. | 398. |
| — arida Fr. | 391. |
| — aspera Fr. | 395. |
| — atra Weinm. | 380. |
| — bufonia Pers. | 399. |
| — calcea Fr. | 396. |
| — caryophyllea Fr. | 378. |
| — centrifuga Weinm. | 392. |
| — cinerea Pers. | 398. |
| — coerulea var. fumosa Fr. | 672. |
| — confluens Fr. | 397. |
| — cotyledonea Fr. in lit. | 382. |
| — disciformis DC. | 390. |
| — evolvens Fr. | 326. |
| — ferruginea Pers. | 392. |
| — fusca Fr. | 393. |
| — gigantea β. Fr. | 395. |
| — granulosa Pers. | 397. |
| — hirsuta Willd. | 384. |
| — incarnata Pers. | 398. |
| — incrustans Pers. | 395. |
| — juniperina Fr. | 387. |
| — laciniata Pers. | 381. |
| — lactea Fr. | 394. |
| — laevis Fr. | 394. |
| — livida Fr. | 397. |


Digitized by Google

Pag.
Thelephora nuda Fr. . . . . . . . . . . . . . 398.
— ochracea Fr. . . . . . . . . . . . . 396.
— ochroleuca Fr. . . . . . . . . . . . 385.
— odorata Fr. . . . . . . . . . . . . 395.
— palmata Fr. . . . . . . . . . . . . 397.
— Pini Schleich. . . . . . . . . . . . 389.
— Polygonia Pers. . . . . . . . . . . 399.
— purpurea Pers. . . . . . . . . . . . 385.
— puteana Schum. . . . . . . . . . . 390.
— quercina Pers. . . . . . . . . . . . 388.
— rosea Fr. . . . . . . . . . . . . . 393.
— rubiginosa Schrad. . . . . . . . . . 381.
— rugosa Pers. . . . . . . . . . . . . 383.
— salicina Fr. . . . . . . . . . . . . 388.
— sanguinea Fr. . . . . . . . . . . . 393.
— sanguinolenta Alb. et Schw. . . . . . 386.
— sarcoides Fr. . . . . . . . . . . . 387.
— serialis Fr. . . . . . . . . . . . . 397.
— sulphurea Pers. . . . . . . . . . . 294.
— tabacina Fr. . . . . . . . . . . . . 382.
— terrestris Ehrh. . . . . . . . . . . 380.
— umbrina Fr. . . . . . . . . . . . . 395.
— undulata Fr. . . . . . . . . . . . . 378.
— versicolor var. caucasica Weinm. . . 383.
Tremella albida Huds. . . . . . . . . . . 530.
— aurantiaca Schwein. . . . . . . . . . 530.
— fimbriata Pers. . . . . . . . . . . . 528.
— foliacea Pers. . . . . . . . . . . . 529.
— intumescens Eng. bot. . . . . . . . 531.
— lutescens Pers. . . . . . . . . . . . 529.

| | Pag. |
|---|---|
| Tremella mesenterica Retz | 530. |
| — sarcoides Fr. | 531. |
| Trichia chrysocoma DC. | 605. |
| — clavata Pers. | 603. |
| — fallax Pers. | 603. |
| — nigripes Pers. | 604. |
| — pyriformis Hoffm. | 602. |
| — rubiformis Pers. | 602. |
| — turbinata Withg. | 604. |
| — serpula Pers. | 606. |
| — varia Pers. | 605. |
| Trichoderma viride Pers. | 635. |
| Tuber cibarium Sibth. | 544. |
| Tulostoma mammosum Fr. | 568. |
| Typhula erythropus Fr. | 416. |
| — gyrans Fr. | 415. |
| — Phacorrhiza Fr. | 415. |
| Vibrissea vermicularis Weinm. | 487. |

Digitized by Google

# ERRATA.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Pag. | 15 | lin. | 6 | ab infra | loco | *A. carnosus* | lege | *A. crassus Wahlb.* |
| — | 28 | — | 10 | — | — | acerbis | — | acervis |
| — | 33 | — | 11 | ..... | — | 4—5″ cras | — | 4—5′ lat. |
| — | 50 | — | 11 | ab infra | dele | altera vice *Subol.* Flor pet. p. 297. | | |
| — | 108 | — | 2 | — | loco | pileo | lege | stipite. |
| — | 120 | — | 3 | — | — | albus | — | latus |
| — | 125 | — | | loco | — | pag. 225 | pone | 125 |
| — | 192 | — | 7 | ab infra | — | *Fr. syst.* | lege | *Fr. observ.* |
| — | 380 | — | 6 | — | — | 2—3″ lat. | — | 2—3′ |
| — | 429 | — | 3 | ..... | — | subdilata | — | subdilatata |
| — | 432 | — | 13 | ..... | — | coufertae | — | confertae |
| — | 446 | — | 5 | ab infra | — | depressa-applan. | — | depresso-applanata |
| — | 455 | — | 14 | ..... | — | PERS. | — | FR. |
| — | 496 | — | 4 | ab infra | — | eloogatis | — | elongatis |
| — | 504 | — | 6 | ..... | — | canle | — | caule |
| — | 509 | — | 6 | ..... | — | WAHL. | — | VAHL. |

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google